

MALLEI
MALEFICARVM.
TRACTATVS
ALIQVOT TAM

veterum, quàm recentiorum in vnum
corpus coaceruati.

ARTIS MAGICÆ STUPENDOS
effectus, Lamiarum Pythonicos contractus, impia dogmata
spurcitas, fascinationes, veneficiæque demonstrantis,
TOMI SECUNDI PARS PRIOR.

Cum Indicibus Auctorum & rerum utilissimis.

Hac postremâ editione castigata, & ad inuentionis suadendam reuulgata.

Vir sine mulier, in quibus Pythonicus, sine diuinationes fuerit
spiritus, morce moriatur. *Leuitici cap. 20.*

de la Libra
ria N^o.



Num. 1.

Cap. 1.

Num. 1.




L P C D F N I

Sumptibus CLAVDII LANDRY.

M. DC. XX

CVM PRIVILEGIO REGIS.

INDEX RERVM MEMORABILIVM IN HAC PRIMA SECVNDI
tomi parte contentarum.

A	Angeli boni mouent caelos & non maligni. 169
 Bacuc à Iudza in Chaldziam transfatio. 21. 44	Angeli boni nunquam beatiarum formas assumpserunt. 172
Aduerfitas proficit plus quàm prosperitas. 3	Angelus cuiilibet ab utero matris datus. 305
Adoratio Dæmonum. 29	Angeli tenentes ventos interpretantur Diaboli. 35
Aëris turbaciones Maleficarum. 53	Angelus missam in forma sancti Ambrosij administrat. 63
Affectiones formant somnia. 27	Animæ ex sola imaginatione calefcit aut frigescit corpus. 17
Afflicti in corpore à demonibus. 56	An animæ sint potiores in his qui miracula edunt. 15
Aio te Æacida Romanos vincere posse. 52	Animal vt cibus, sic spiritus signis allicitur. 231
Aliquis somnians alteri locum quendâ explicat. 186	A non esse ad non posse nullum est argumentum. 226.
S. Ambrosius à Dæmone spacium trium horarum Mediolano Roman defertur. 170	Sanctus Antonius Eremita à Diabolis pessimè vexatus. 59
doriniens Mediolani officium exequiarum sancti Martini perfecit Turonis. 187	A particulari ad vniuersalem non valet argumentum. 226
illius inde chirotheca Turonis asseruatur. ibid.	Apostatare à fide quid. 233
Ambulantes in somnis ibid.	Apuleius in asinum phantasticè conuersus. 256
Angeli sensibus carent vt lapides. 205	Aqua Iordanis vnde figura sit baptismi. 246
in Assumptis corporibus, nõ sensualiter, sed intellectualliter oblectantur. ibid.	

*Auctores Prioris Partis
secundæ Tomi.*

- I. M. Bernhadi Basin Opusculum de artibus Magicis ac Magorum Maleficis.
II. Vincti Molitoris, Constantiensis, V. L. Doctoris & Professoris Papiensis, Dialogus de Lamiis, & Pythonicis mulieribus
III. D. Ioannis de Getson. olim Cancellarij Parisiensis, libellus de probatione Spirituum.
II. I. M. Thomæ Murner, Ordinis Minorum, libellus de Pythonico contractu.
V. R. P. Bartholomæi de Spina, ord. Præd. sacri Palatij Apostolici Magistri quæstio de Stigibus seu Maleficis.
Item eiusd. in Apologia quadruplex de Lamiis contra Io. Franciscum Ponzinibium, V. L. D.

INDEX.

Arcus curuata vis. 89
 Aristotelis error. 93
 Artificialia Magorum non habent virtutem ex cœlo. 13
 Artificialia phâta smata. 194
 Arcturi regis Britanniz historia. 47
 Argumentum ex Medicina contra generationem inebriatorum. 67
 Aspides quomodo intelligantur aures obturare. 15
 Astronomi culpantur. 13
 Astronomia est de contingentiis. 95
 Astrologorum vires ad quendam non penetrant. ibid.
 Astrologi sunt magis ceteris egentes. 96
 Sancti Augustini error. 15
 credidit conuersionem muliercularum in caros. 206

B

Boni spiritus an Magis communicent. 15
 S. Bernardus Dæmonem ardentibus candelis excommunicauit. 46
 S. Brigidæ visiones, quarum habuit à sancta Mariæ & sancta Agnetæ iudiciū. 73

C

Cacodæmonum superbia ascendit. 23
 Calamita an habeat impossibilitatem. 258. & quæ sit illius virtus. ibid. 144.
 ad strigandum.
 Canones taxantur. 20. ab hominibus debent approbari. 38. contra Maleficos. 156
 Canonistis non licet Concilia explicare. 28
 Canonizatio sanctæ Brigidæ. 73
 Capitales etiam inimici admittuntur in testes contra hæreticos. 193
 Carmina incantatorum an aliquid operentur. 14
 Carnibus occisorum à se puerorum & postmodum exhumatorum Striges vescuntur. 257
 Caseo infecto immutatur hospes in iumentum. 207
 Catos Maleficos reuera sugere puerorum sanguinem. 180
 Cautela de somniis. 79
 Cautelæ ad propellendas visiones. 78
 Cholericis sonant ignea. 27.
 Christianorum aliqui in bestias etiam mutati. 41
 vocabantur Galilzi. 69
 Christus signat nos in cruce. 70
 Cibus variat somnia. 27
 Cibus Diaboli sunt tentationes. 54
 Cignus nauem trahit in Rheno. 49
 ex eo progenies, in Germania. ibid.
 S. Clementis guttæ, vnde Pisis habeantur. 188
 illius historia de liberatione

INDEX.

tione à Sifinnio. 254
 Clericus diuinator vel magus. 30
 clerici & laici resistunt inquisitoribus. 162
 Cognitio per causas magis est firma. 88
 Cognosci in spiritu. 274
 Cohortatio ad mulierculas. 69
 Coitus impedimentum. 38
 Coitus stellarum. 87
 Color rubeus Britannos denotat, albus Saxones. 48
 Commune malum (ceteris paribus) grauius est, quàm speciale quodlibet. 250
 Conciliis particularibus etiam contradicere hæreticum est. 148
 ab hæreticis sæpius celebrata. 221
 qui possunt conuocare. 229
 Concubitus impotentia duplices. 38
 Conuentum Strigum Itali à corizatione vocant cursum vel concursum. 208
 Conuenticula & conuiuia Maleficarum. 45
 Corporalia malis obediunt Angelis quoad morum localem. 168
 Crescite & multiplicamini Sathan allegat contra virgines. 70
 Crimina atrocissima quatuor. 126
 Curiositas querendi signa est Iudaica. 77
 Currunt cum hominibus Striges in conuenticibus suis. 208
 Custodia Angelorum. 306
 Cyprianus Magus ad fidem Christi conuersus. 70

D

Dæmones & Magi quomodo colloquantur hominibus. 12
 quomodo corporalia Dæmonibus obediunt. 18.
 possunt etiam exterius homines deludere. 22.
 alunt curiositates & superstitiones. 23.
 Dæmonem adorantes credunt eum amicum Deo. 24.
 liberum hominis arbitriam cogere non possunt. 25
 Dæmonum excedentia naturalem scientiam. 26
 Dæmonum experientia. 40.
 vt consulant ambiguitatibus suis. 52. in figura humana adsunt conuenticulis nocturnis. 63
 Dæmon quomodo futura prædicat. 68. nullus se ingerit in alterius munda. 134
 in Dæmonibus naturalia manserunt splendidissima 168. possunt somnia profundissimum immittere. 170
 Dæmon nec potest mori.

I N D E X.

uum asinum fuscicare. 171. possit ex naturali fortitudine totam naturæ molem transferre. 76. illius aëreum corpus. 196. cur conuentus suos agat. 217. princeps mundi: ante Christi aduentum. 246. etsi liber sit, tamen quandoque impeditur, ne quod operat assequatur. 249
 Damon non potest facere vt homo habeat figuram asini, sed potest vt appareat tantum. 271
 Decanus quidam vnā ex Sirenibus ducit & suscipit. 49
 Defensio processus contra vermes & locustas. 122
 Deus quomodo decipere dicitur. 16. quandoque punit sciēter, quandoque ignoranter ss. per Angelum puniens. ibidem. per homines puniens. 56. per Diabolum. ibid.
 Deus vritur Tyrannis, vt faber serra & securi. ibid.
 Dei prouidentia duplex. 83
 Deus cur mala maxima permittat. 259. cur item innocentium mortem peccatorum. ib. permittit peccatum in punitionem alterius peccati. 298
 Deus an permittat iniqua. 306
 Deus in bonum patientis semper conuertit, si sit dolens
 si capax, & patienter propter Deum sustineat. 306
 Deos punit peccata patrum in filios. ibidem.
 Delatio Dæmonis per simile de bombardis. 195
 Delusio non est ex parte videntis, sed rei visæ. 234
 Delusio Strigum vna in visione personarum phantastica. 239. altera in deportatione & reportatione corporali. 240
 Delusio causata à bono Spiritu. ibid.
 Deportatio ad seruiendum Deo paganorum. 340
 Diabolus aliquando dicit verum, vt falsum obtineat. 24
 Diabolus defert Hermogenem ad sanctum Iacobum. 44
 Diaboli quomodo futura & seclera sciant. 50. quomodo detur eis potestas tempestates excitandi. 55
 Diabolus interdum seruit pro exploranda fide piorum. 59. habet potestatem in non baptizatos. 66
 Diabolus seruat pacta aliqua. 89
 Diabolo facilius est vigilantes portare, quàm dormientes

I N D E X.

micates deludere. 198
 Diabolus Christum deportauit. 222
 Diabolus se potest transfigurare in Angelum lucis. 212
 Diabolus creatura spiritalis. 248
 signis vt animal cibus trahitur. ibid.
 quomodo decipiat homines in operibus suis. ibid.
 Diaboli nulla sunt præsidia vt Malefica vindicetur ab inquisitoribus. 250
 quomodo possit astantes præstigiola delusione decipere. 254
 Diaboli à strigibus exigunt vt pro voto strigent infantes maximè baptizatos & non signatos. 257
 Diabolus potest mulierculas decipere, vt & deludere. 276
 prædicat maleficarum numerum breui superatarum Christianorum. 278
 Diabolo est adempta potestas à Christo. 290
 Diabolus contradicit honori Dei & fidei quarum potest, non curat de formisendi, modo inducat ad actum. 302
 Difficile est discernere sensum à consensu. 80
 Digitus Dei aliquando maior, aliquando minor. 53
 Diomedis socij in aues conuersi. 22
 sic apparuerunt. 257
 Dixæ Striges quot seclera perpetrent. 257
 Discenia sine scientia. 79
 Diuinales per ficta. 28
 Diuinationes Dæmonū. 51
 Dusij Dæmones Gallorum. 206
 E
 Effectus fortuitus non habet causam. 84
 Epistolæ pontificum ad inquisitores Germaniæ de Maleficis. 157
 Epistolæ Apostolicæ tenent ad inquisitores Germaniæ contra Maleficos. 163
 Error paganorum de Diana & Herodiade. 340
 Esaiæ visio. 183
 Exemplum de sancto Mathæo. 60
 sancta Iustina. 69
 Exempla de complexionibus. 62
 de visionibus. ib.
 Exemplum de nocturnis comestationibus maleficorum. ibid.
 de Exemplis non est indicandum. 293
 Experimenta verorum sermonum debent concordare cum rebus sentatis. 262

I N D E X.

Exorcismus in vulnera. 612.
 contra vermes, vel mu-
 res. 120
 Experimenta verorum ser-
 monum debent concor-
 dare cum reb. sensatis 262
 Ezechiel in spiritu non in
 corpore videt visiones 148
 in Hierusalem deporta-
 tur. 225

F

Faciem alterius in suam
 mutare. 41
 Fama debet ortam habere
 regulariter à fide dignis.
 290. & 296. sed infamia
 potest & ab aliis. ibid.
 Fama quam omnes famant,
 non vana habenda est.
 34. non ex toto perit. 204
 Fama de S. Antonio vnde
 tam celebris. 59
 Fascinantium aspectus. 16.
 quomodo fascinentur as-
 pectu corpora infantium. 17
 Fascinatio per visum. 180
 Fauni sunt incubi. 206
 Feruescunt carbones dum
 coguntur in vnum. 219
 Formarum mutationes. 60
 Fortuna & casus quomodo
 differat. 86. bona fortuna
 est sine ratione nata. 340
 Fraudis diabolice quis or-
 do. 238

G

Genethliacorum error. 26.
 contra illos. 94
 S. Germanus restituit come-
 stum vitulum. 177. illius

historia de Strigibus a-
 pud hospites cibos con-
 sumentibus. exponitur. 244.
 Gigantes post diluuium. 48
 Gigantes ex quo coitu nati.
 65. ex incubis nati. 174
 Grauiora corpora longius à
 Diabolo deportantur. 225
 Guillelmi Malmes Berien-
 sis historia. 43

H

Hæresis Strigiarum. 165
 Henricus de Bassia
 scripsit contra nimiam
 hominum canonizationem. 76
 Herba faciens trabes appa-
 rere serpentes. 22
 Herodias vt Circe habetur
 choraga. 147
 Hircus mutatus in speciem
 hominis. 42
 Historia de sancto Germa-
 no. 149
 Historia ludantium in agro
 Brizienti. 276
 Histrio in asinum ludicrum
 mutatur. 43
 Homines mutati in iumen-
 ta. 11
 Hominum formæ an à ve-
 tustis immutentur. 39
 Homines creduntur sapius
 se esse in aliquo loco vbi
 non sunt. 64
 Homo est omnium natura-
 lium finis. 93. sine patre.
 48
 Homines pilosi vocantur in-
 cubi. 174
 Hora cursus Maleficarum
 sonitus

I N D E X.

sonitus de nocte multitu-
 dinis tripudiantium. 250.
 Hostiam sacratam. secom-
 volantes Striges portant.
 214
 Hostia Sancta ad Diaboli-
 cum conuentum portata.
 305
 Hypocritæ rugæ. 77
Illusiones in Sathana præ-
 stigiis multiplices. 176
 Impetus an possit esse sine
 ratione. 83
 Impossibile est homines
 conuerti in Deum verum.
 270
 Impotentes medicis exhi-
 bendi. 39
 Incantatricum profectioes
 nocturnæ. 44
 Ex incubis nati. 47
 Ex Incubo & muliere non
 procreatur homo. 65
 Indigens rem partam au-
 dius conseruat. 296
 Indulgentiæ eadem, quæ
 cruce signatis dabantur,
 auxilium præstantibus
 contra maleficos inqui-
 sitibus. 164
 Infantes subtrahiti & suppo-
 siti à Diabolo. 66
 Infidelitas omnis & aposta-
 sia post bapismum ad he-
 resin deducitur. 233
 Infidelitas cessante Diabo-
 lica illa delusio conse-
 quenter cessat. 136
 Iuanicis pro libito dam-
 num dare num possit Ma-
 lefica. 34
 Innocentes patiuntur male-
 ficia. 181
 Inquisitoribus quomodo re-
 fragandum. ibid.
 Inquisitorum persecutio. 300
 Inquisitoribus quomodo re-
 fragandum. ibid.
 Inquisitorum persecutio. 300
 Inuocatio Dæmonum in
 adiutorium. 23
 Non omnis Dæmonum in-
 uocatio sapit hæresin.
 314
 Inuocare est actus latrice.
 316
 Omnis inuocatio est cum
 adoratione. ibid.
 Iudex quod facit, rectum
 præsumitur. 193
 Iura nulli faciunt honores
 contra potentiores. 146
 Iureconsulti aduersantur A-
 strologis. 92. reprehendun-
 tur ob benedictiones. 97
 Iureconsulti conferunt le-
 ges ad disputationes Theo-
 logales. 312
 Iustus perit cum impio
 quando Deus punit. 58
 Iuuamen rex ad Rhenum. 49
 Iuuenis mercator in Cypro
 ex maleficio pro asino re-
 putatus. 256
L
 Læticia Dæmonum in-
 cepta ad quid confi-
 cta. 245
 Lamios & Magos prodigia

I N D E X.

facere posse probatur ex
scriptura sacra. 35
Leges diuinæ contra Male-
ficos. 156. civiles contra
eosdem. 157
Leonis magoan cures renes.
13
Libido Italica horrenda. 175
Ligatio an naturalibus ra-
tionibus proberur. 91
Ligationes naturaliter cau-
sati. 93
Ligationum causa est ho-
minis voluntas. 96
Theologorum sententiæ de
ligationibus. ibid.
Ligationum causam esse
diuersitatum qualitatem.
98
Loca conuentuum Diabolo-
rum. 220
M.
S Machatus auertit ab
hominibus fascinatio-
nem. 236
Magi Druidæ. 10
Magiæ inuentor Zo oastres.
ibid.
Ais Magiæ Medicinam,
Theologiam, & Mathesi-
sibi colligauit. ibid.
Magiæ artis virtute homi-
nes per aëra deportantur.
170
Ars Magica corporibus eccle-
siasticis nō adscribēda, da-
tur ad fallēdū fallaces. 16
Magorum opera ducunt ad
mendacia. ibid.
Magorum poena instituta

in iure canonico. 29. item
à iure civili. 30
Magiæ cur non studendū ib.
Magiæ attribus cur anti-
quitus Sathan vsus sit. 219
Magi nihil nisi virtute Dia-
boli possunt. 222
Malefici futura & secreta
vtrum prædicant. 50
Maleficæ quomodo deci-
pantur in mouendis tem-
pestatibus. 57. quomodo
in aliis ciuitatibus habent-
res, quos nunquam vide-
runt cognoscant. 64
Maleficos cur nocturnis bo-
nis Dæmones ducant. 238
Media nullius momenti per
se, quibus Maleficæ putat
tempestates excitari. 58
Melusina historia. 47
Merlinus diuinator. 48
Merlinus Britannus. 65
Mira Magica non sunt tri-
buenda virtuti humani
intellectus.
Modi, quibus fit, vt res vna
pro alia appareat. 61
Mulierularum imaginariæ
ambulationes. 20
Muliereulæ in raptu ignem
non sentientes. 21
Mulieres se catos esse pu-
tantes. 179
Mulier in equâ murata. 556
Mundi ens omne habet ali-
quid inimicum. 99
Murnerus de pei spectiuis. 86
Mutationem creature in
aliam speciem ab alio

I N D E X.

quàm ipso creatore qui
credit infidelis habebitur.
341
N.
N Abuchodonosor Re-
gis mutatio. 178
Naturam Dæmones non
creant. 42
Naturaliter, jat. vni male, al-
teri beate accidat. 84
Natura libera non semper
impeditur à Deo. 174
Naturæ opus est opus intel-
ligentiæ. 92
Naturæ ordo solum naturæ
subiacet auctori. 175
Natura non nisi ad vnum
est determinata. 111
Naturalis virtus Dæmonis
Angelicæ coequatur. 214
Nemo in terris videre Chri-
stum cupiat, in gloria
eum videre sufficiat. 77
Nemo operatur nisi actu per
formam informatus. 186
Nemo propter somnia pu-
nitur. 187
Nemo potest in somniis in-
currere peccatum, sed so-
lūm per acciens. 263
Nemo potest probare spūi-
tus solidè existentis. 73
Nihil difficilius quàm se ve-
rè peccatorē agnoscere. 76
Nihil noui à Deo. 85
Nil est cuius ortum nō præ-
cedat legitima causa. 99
Non cuiuslibet datum est spi-
ritus probare. 71
Nouitias seruator citò falli-
tur. O.
O Culi quomodo pro-
spectum corpus in-
ficiant. 18
Oculi B. Macharij vt reli-
quorum intuentium non
sunt præstigiari. 255
Oculi vetularum pererentes
inciunt infantes. 308
Oldradi de Lamis opinio
314
Oldradus de Ponte Laufen-
sis I. C. insignis taxatur.
Omnia quæ diuersa sunt se-
cundum speciem in cor-
poralibus, sunt quoque
diuersa secundum figu-
ram. 271
Opiniones quinque circa
actum ligationis. 92
Oscula Maleficarum, quæ
præbent infantibus, sunt
cauenda. 180. P
P Acta cum Dæmone, 170
sunt meræ apostasiæ.
165. quilibet importent. 315
Passio, quælibet suam habet
causam, suum Dæmonium. 74
S. Pauli raptus in cœlum
terti m. 278
Pet camium quædam de-
missa proditur. 215
Per quæ quis peccat, per ea-
dem torquetur. 182
de Permissione Dei onem
alter sentire debet, quàm
Ecclesia. 205
Personæ sceleratæ à Diabo-
lo deluse. 236
Petens à Dæmon ipsius po-

I N D E X.

testatem excedentia hæreticus est. 25
 Petens à Dæmone, ut sibi reuelet futura, credit eum nō esse mendacij patrē. 29
 Phantasia fingit don visa. 61
 quid operetur. 178
 de Phantastico incorporatio 185
 Pilati sepulchrum lacus Luccernarum. 126
 Poëtarum testimonia contra execrandā Magicā. 130
 Poëta rectè historiam scripserunt. 40
 Possibilia naturaliter bonis Angelis, possibilia eadem ratione sunt malis. 172
 Possibili inesse proposito nulum sequitur inconueniens. 200
 Possibili respondet potentia. 194
 Posse quempiam ab alio quam à solo Deo in aliam speciem conuerti. 340
 Prædictiones ex naturalibus signis. 51
 Prædictiones Dæmonum fallaces. ibid.
 Prælatio & subiectio est in spiritibus. 211
 Præstantij pater an. verè cōuersus in iumentum. 20
 Præstantius somnians se equum. 185
 Præstigiæ Dæmonum in nocturnis equitationibus mulierum. 20
 Præstigium quid sit. 60
 per Præstigium an possit Diabolus in aliam similitudinem cōuerrere creaturam. 223
 Principum, nobilium & magistratum fauor omnis ad inquisitionem Sagarum desideratur. 250
 Priuatio manū, non appetitum generat. 296
 Priuilegia sepius à Papa inquisitoribus concessa. 230
 Probatio personarum & visionum. 75
 Prohibitio irrationalis & absurda quæ. 231
 Propter rarissimè contingentia non debent omitti regulariter accidentia. 198
 Puerorum testimonium certissimum. 193
 Pugillus terræ maleficiatæ datur iniuriatæ Strigib. 214

Quadrupes si cadit, cur non bipes videtur homo. 84
 Quæ quis somnians, interdum efficit Dæmon. 187
 Quædam vecta ad nocendum liberis. 210
 Quænam voluitur in cella vinariam. 210
 Quando effectus naturam excedit, tantò maiorem præcedit causæ virtutem. 194
 Qui semel homagium Diabolo fuerit, non facitè po-

I N D E X.

test à proposito resilire. 255
 Qui facit maius, potest & minus. 291
 Quicumq; sacram Scripturam aliter intelligit, quam sensus Spiritus sancti flagitat, hæreticus est. 267
 Quicquid est contra naturam, deficit in suis principiis. 285
 Quidam pro hæreticis sunt habendi, etsi tales reuera non sint. 24
 Quisquis per Strigum artem quouis modo curationem exquirat, peccat mortaliter. 259

Raptus sanctus non deceptionem, sed eruditionem capit. 235
 Recipere pro ægrotis. 36
 Religio, quæ maxime regno Sathanæ aduersatur à Sathanæ impugnatur. 182
 Remedia contra maleficiam. 189
 Reuelationes quomodo probandæ. 74
 Reuelationes hodiernæ onerant religionem. 75
 In omni Reuelatione requiritur, Moyse & Elias. 76
 Rusticus in lupo de die equitans. 64

Saga à conuentibus redeunt sancticæ. 149
 non deportantur. 141
 Sagis, quod in se est facientibus, liberatio à Dæmonibus succedet. 255
 Sagis vnde potestas in pueros. 258
 Sage cur longinquè deportentur. 297
 Saluationi Strigum quidam superveniens earum aliquas, alloquitur. 206
 Saluator in pinnaculo templi constitutus. 46
 Sanctis quibusdam cur Dæmon non noceat, quibusdam minimè possit. 37
 Sancti patres abhorruerunt à visionibus. 77
 Sancti charitate flagrantes sepe pro peccatis aliorum pœnitentiam agunt. 306
 Sathanem, facile possunt turbare Dæmones. 18
 Sapientia consentit bonis. 75
 Sapientia ubi plurima, ibi inimica fortuna. 85
 Sapiens, qui simul est & expertus, est fide dignissimus. 189
 Sathan non potest sine permissu Dei porcos inuadere. 53
 Sathan quæ sinxerit in contumeliam natiuitatis Christi. 65
 Sathan studet æmulari miracula sanctorum. 177
 Sathan interdum dicit verū, ut validius fallat. 282
 Sathan abominatur scelus contra naturam. 308
 Scimus illa quæ testimo-

I N D E X

ut tangere. 150	Visio S. Petri ab Angelo	berari. 193
Sapiens Sibylla, Domina cut-	Visio S. Pauli 184. Ezechie-	lis. ibid.
sus Strigum. ib. T	Vitam hominis sine ratio-	ne perdere, omniū iniulti-
T Empestates fieri dispo-	tionum summa est. 190	
sitione naturali. 55	Vlyssis à Circe in porcos	mutari. 256
Testimonia patrum de in-	Vmbilici puerorum offerun-	tur Diaboli. 214
fantibus à maleficiis im-	Vnctio spiritualis omnia	docet. 11
peritis. 37	Vnctionibus somnus indu-	citur. 154
Testibus nō verisimilia de-	Vnctione strigum nullus in-	tentum assequitur, nisi
ponētibus nō creditur. 262	opere Diaboli. ibid.	
Tholosani Albigeſis Inqui-	Vncti non omnes vt vetu-	lar, deferuntur. 253
sitorum ordinis institutio-	Vnguentorum Diabólico-	rum vsus. 215. 353
ni ansam præbuerunt. 278	Vnguentum quo vngunt	vecturas. 211
Thomas Murner expetitus	Vnguentum execrabile mu-	liereularum, quo vtuntur
est maleficia. 81	vt cursus suos perficiant	& dira eiusmodi. 249
Deos Deasque inimicos	Vnguentum spurcissimum	cum ab hominibus sacra-
habens fit monachus. 82	mentorum factum. 252	
Thomæ Murneri quadripar-	Vnguenta sua spurcissima	ex infantibus à se occisis
titum maius. 86	& ex materiis sacramen-	torum quomodo sęge
Torus non potest esse no-	consciunt. Z 257	
uus. V 85	Z oroastres nſit cum nal-	ceretur. 11
V bi minimum sapere,	Zoroastres vitium astrum	dicitur. ibidem.
ibi plus capere. 82		
Velocitas motus corporis		
nostri ad quod determi-		
nata. 246		
Veritatis & nō falsitatis au-		
ctor est spiritus sãctus. 280		
S. Vilielmus anguillas Lau-		
sanenses coniurat & rele-		
gar. 103		
Viliores quo sunt homines,		
eo genere sceleris sunt pe-		
iores. 157		
Vir sapiens quomodo domi-		
netur astris. 87		
Virgij musca ænea an vere		
muscas Neapoli abegerit 13		
Virtus Demonis excedit vir-		
tutē & poteciã hominis. 286		

F I N I S.



DE ARTIBVS MAGI-
CIS, AC MAGORVM MALEFI-

CII S O P V S PRÆCLARISSI-
mu, eximij sacre legis disquisitoris Magistri
Bernardi Basin, Cæsaraugustanensis ecclesie
Canonici, nunc recens à mendis quàm pluri-
mis emendatum.

PROE M I V M



CVM vos in audiendis Magicæ artis dis-
ceptionibus attentissimos conspicio, & rei
magnitudinem meis oculis subicio, Illu-
strissime & Reuerendissime Domine, pur-
purati cæus particeps & sacri concilij
membrum, spectabilis Rector, sacre mili-
tæ duces, prouidices incorrupti, aurati milites & vos sacra-
tissimi Dei studij expositores, à quibus abditissima quæque
doctrinarum omnium intelliguntur: non mediocri mole-
stia afficior, propterea quod id onus ad me delatum intel-
ligo, quod vel ad plures doctissimos & eloquentissimos vi-
ros impartitam impar eorum vicibus videretur, præsertim
hoc in loco celeberrima, & apud cœlestium artium præce-
ptores, quibus de rebus magnis & grauibz iudicandi da-
tur facultas. Itaque veror, cum non videam, quid tanto
conspicui dignum, aut elegantia dicen- ti, aut sententiarum
grauitate à me possit asserri, facis ne mihi parum hac in re
consuluisse iudicetis.

Verum, quis in hoc est mea omnis disposita viuendi ra-
tio, vt nihil esse ducam magis meum, quàm dictis parere
maiorum. Quapropter respondere dignum duxi ad quæ-
sitionem, quam proposuit sacre sciẽtiæ summus interpres,
grauitatis & concilij cultos, cuius eloquio (vt audire potui,

*Prefatio ad
auditeres in
lectorio habi-
ta.*

*Didia paron-
dum maioris*

AAa

stis) & sapientia, & vetustissimarum gentium memoria coniuncta est.

Protestari tamen primū necesse est, nihil pertinaciter me dicere aut defendere velle, quod sacrosanctæ repugnet Ecclēsiæ aut Doctoribus per eam approbatis, seu articulis Parisiis condemnatis. Pauca tamen probabiliter me adducturum gratia conferentiæ habendæ cū præstantissimis commilitionibus meis. Et quia disceptationi locus est, non orationi: pro quaestione proposita: Vtrum Christi doctrina fideles omnes à Magorum maleficiis purgentur.

Articuli hi
Parisienses
habentur in
Ioh. Bodini
Demonologia
de verbo
ad verbum.

Notandum primò, q̄ Magus vocabulū est Persicū id denotans q̄ apud Græcos Philosophus, & apud Latinos sapiens dicitur. Hos Galli Druidas vocauerunt. Vnde Plin. lib. 16 naturalis Historiæ in fine. Nihil, inquit, habent Druidæ in Galli suos appellant Magos. Aegyptii in ea significatione, qua nos sacerdotes & Græci prophetas dixerunt. Inde Gymnosophistas Græco vocabulo & sua interpretatione vocabat. Babylonii necnon & Assyrii suos Magos seu sapientes Chaldæos vocauerunt. Itaq; I. aërio teste, Magi apud Persas Deorū cultui maxime insistunt preces illi ac vota & sacrificia offerunt, de Deorum substantia & generatione differunt, cultum & usum anni interdiciunt. Post hac tractu temporis iurantum modo Magi dicti sunt, qui ob facinorum magnitudinem vulgò Malefici appellantur.

Magi
Druidæ.

Notandum secundò, quod ars Magica vt plerumq; Plin. lib. 30. naturalis Historiæ ab ipso Zoroastre (vt omnes auctores conveniunt) in Perside ortam habuit: quæ (vt ait) fraudulentissima artium in toto terrarum orbe plurimis seculis valuit: & subdit:

De inventore
Magico.

Auctoritatem ei maximā fuisse nemo miretur, quod sola artium tres alias imperiosissimas humanæ mentis complexa, in vnam se redegit. Nam primò de medicina nemo dubitavit hanc specie salutaris irrepisse, veint altiorē sanctionemq; quam medicinā, ita desideratissima blandissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quam maxime alligat humanū genus. Atque vt hoc quoque suggererit, miscuisse artes Mathematicas, nullo non avido futura de se sciendi, atque ea è caelo verissimè peti credēti. Ita possessis hominum sensibus triplici vinculo, in tanto fastigij adolevit, vt hodie etiam in magna parte gentium prævaleat.

Magica Medicinā. Theologia & Mathematicam miscuit.

De

De isto Zoroastre dicit Solinus, quod natus est, quando nascerebat, & dicit August. quod ille risus monstruosus fuit, vt suū cum natiōe (fuit enim quando plorare debuit, vt plorant ceteri) nihil fecerit. boni portenti, quod patuit. Inuentor artis Magicæ fuit, sed sua ars Magica ad infelicem terminum, sicut & ceteros Magos duxit: quoniam in prælo Niuis Rex Assyriorum eam superavit: & demum icu fulguris occubuit: non obstante, quod Magus & Astrologus maximus esset: vnde Zoroastres viuens astrum dicitur. Postea vero Democritus & Orpheus Magicam ampliauerunt. His notatis sic prima propositio talis.

Zoroastres
vixit astrum
dicitur.

SEQUUNTUR DECEM PROPOSITIONES, probantes quod Dæmones possunt propria virtute homines decipere.

PRIMA PROPOSITIO.

Multa per artem Magicam, in præstigiis & maleficiis possunt ostendi & fieri, quæ aspicientibus & causam ignorantibus videntur mira. Probatum primò per Augustinum lib. 28. de ci. Dei. Cū essemus, inquit, in Italia, audiui quosdam mulieres imbutas Magicis artibus, dato casco statim homines in iumenta conuertisse, quæ vt alia iumenta necessaria quæque portabant: finita opera iterum in homines restitui, quibus (vt ait) mens semper humana conseruata fuit. Apuleius etiam Platonicæ sectæ Philosophus scripsit, se in asinum apud Thesaliam veneficiis cuiusdam mulieris (dum per Magiam fieri ausus conaretur) conuersum fuisse, & tractu temporis in hominem restitutum. Plinius, Seneca, & Cicero certissimè affirmant, melleis in variis agros Magorum præstigiis traduci posse. Vnde Ouidius: Cæmine læsa Ceres sterilem vaneleat in herbam. Et Virgilius in Bucolicis, Egloga octaua: Atque sacris aliò vidi traducere melleis. Medea quoque apud Ouidium libro Metamorphoseos septimo ex hac arte mirabilia patrasse narrat: Cū volui, ripis ipsi mirantibus, amnes in fontes rediere suos conculsæque fisco. Stantia concuro, cantu freta nubila pello. Ex his & plurimis experientis, quas breuitatis gratia missas facio, patet veritas propositionis.

SECUNDA PROPOSITIO.

Sicut mira multa per artem Magicam facta, corporibus celestibus minime sunt ascribenda, ita, nec virtuti intellectus hominis, artibus Magicis veteris. Probatio primae partis: quia impossibile est, quod effectus qui sunt proprii naturae intellectualis ex virtute caelestis corporis causentur. Nam propria operatio cuiuslibet rei sequitur propriam naturam eius: constat autem, quod locutio est actus naturae rationalis.

Corpor caelestia non ascribenda miris magicis.

Quomodo colloquentur Damocles & Magi.

In operibus autem Magorum aliqui colloquentes hominibus: & responsa dantes de diversis negotiis expressè audiuntur: quare impossibile est, quod huiusmodi effectus artis Magicæ causentur uniuersaliter ex virtute corporis caelestis. Nec potest dici, quod huiusmodi locutiones quae audiuntur in operibus Magorum, non sunt secundum sensum exteriorè, sed solum imaginariè & pharasticè: quia huiusmodi locutiones indifferèter audiuntur ab omnibus circumstantibus. Hoc autem esse non posset, si solum fieret secundum Magorum, quibus responsa dantur, imaginationes. Nam ea quae sunt intrinsecus in imaginatione unius, non percipiuntur sensibiliter extrinsecus ab aliis. Igitur prima pars vera.

Mira Magica non sunt ascribenda virtuti homini intellectus.

Secunda pars probatur. Primo quidem, quia cum virtus sequatur essentiam rei diversitas vel identitas virtutis diversitatem vel identitatem indicat essentialium principiorum. Intellectus autem communiter hominum talis conditionis inuenitur, quod eius cognitio ex rebus sensibilibus causatur magis, quam possit sua conceptione res sensibiles causare vel immutare. Si ergo sint aliqui homines, qui conceptione intellectus sui possint virtute propria res naturales transmutare, erant alterius speciei ab aliis hominibus, & dicebantur equiuacè homines cum eis, quod constat esse absurdum. Igitur impossibile est, quod virtute intellectus hominis, arte Magica utentis, efficiantur operationes artis Magicæ.

Non discimus virtutem faciendi, sed solum cognitionem faciendi.

Probatur etiam ista secunda pars, quia virtus agendi seu faciendi non acquiritur per disciplinam, sed solum cognitio faciendi. Videmus autem, quod per disciplinam, aliqui homines pestiferi acquirunt, quod huiusmodi effectus Magicos efficiant. Non igitur est in eis virtus realis aliqua, per quam huiusmodi effectus Magicos efficiant, sed solum cognitio vel notitia in libris damnatis acquisita: igitur secunda pars propositionis vera.

TERTIA PROPOSITIO.

Artificialia, quibus Magi utuntur ad benevolentiam, odium, vindictam, seu secretorum notitiam, aut alios quoscunque effectus artis Magicæ, virtutem in se nullam habent ex caelo nec aliunde. Probatio, quia figura secundum sui rationem abstrahit ab omni materia sensibili, cum sit quoddam Mathematicum. Sed talia Mathematici nullius actionis naturalis possunt esse principia, cum non sint actiua nec passiva; igitur propositio vera.

Artificialia Magorum non virtutem habent ex caelo.

Item hominis figuræ vel imagines, quibus Magi utuntur, non sunt affectus corporum caelestium, sed potius hominis per artem illam operantis. Ergo opera artis Magicæ, quæ fiunt cum hominibus artificialibus, non sunt effectus corporum caelestium. Nec dici potest, quod sicut corpora naturalia subduntur caelestibus corporibus: ita & corpora artificialia. Et ideo sicut corpora naturalia sortiuntur quasdam virtutes occultas, contentas speciem (sicut quod Magnes attrahit ferrum) ita & corpora artificialia, sub certa constellatione fabricata, sortiuntur virtutes occultas à corporibus caelestibus ad aliquos effectus producendos (quæ videtur potissima ratio Astronomorum) quia non videtur simile de istis & de aliis corporibus. Nam virtutes naturales corporum naturalium consequuntur formas naturales eorum, quas quidem formas sortiuntur ex impressione corporum superiorum: & ex eorundem corporum impressione sortiuntur quasdam virtutes actiuas speciem continentes. Sed formæ corporum artificialium non sunt effectus corporum caelestium, sed procedunt ex conceptione artificis, eas in materiam inducentis. Igitur ex impressione corporum superiorum nullam propriam virtutem actiuam, in quantum sunt artificialia, sortiuntur.

Imagines seu figurae Magorum non sunt effectus corporum caelestium.

Taxatio Astronomi.

QUARTA PROPOSITIO.

EX hac tertia propositione inferitur quarta. Quia sicut imago leonis sculpta in ligno leonis neminem à passione rebus unquam liberavit: Nec Virgilij Magi in usca aenea ab vbe Neapoli veras muscas fugavit: sic nec per imaginem aliam, aut sculpturam, circulum, anulum, sigillum seu figuram immutantur hominum, aut brutorum corpora: immobilitanter vel fugantur animantia, nec res.

An imago leonis, sculpta in ligno, liberavit aeneam ab vbe Neapoli veras muscas fugavit: sic nec per imaginem aliam, aut sculpturam, circulum, anulum, sigillum seu figuram immutantur hominum, aut brutorum corpora: immobilitanter vel fugantur animantia, nec res.

ferantur ostia, patet propositio ex supradictis.

Ex adhuc aliter probatur: quia vel talibus est impressa virtus vel forma à superiori agente, sicut luna illuminatur à sole per lumen receptum. Vel hoc fit per solam motionem superioris agentis, absque forma aliqua seu virtute eis inherente ad agendum: Sicut aqua maris fluit & refluit per motionem corporis cœlestis. Non primum, quia cum operatio, quæ consequitur formam impressam, communiter inueniatur in omnibus individuis, quæ sunt eiusdem speciei, sequeretur, quod omnia artificialia eiusdem speciei vel figure ingeniorum artificialium similes & conformes haberent actiones, quod falsum est. Nec secundum dici potest, quia cum operatio quæ sequitur solam motionem superioris agentis non semper conueniat rebus motis, sicut non semper Oceanus fluit & refluit, sequeretur, quod huiusmodi artificialia non haberent actiones nisi solum durante constellatione, sub qua sunt fabricata, cuius contrarium asseritur ab expertis. Igitur propositio vera.

QVINTA PROPOSITIO.

An carmina
incantatorum
operantur ali-
quid.

Incantatores, carminum violentia non inficiunt aut faciunt homines, nec incantationibus cogunt de latebris exire serpentes, cum verba eorum scripta seu prolata de se, obseruata etiam constellatione, talia, aut eis similia nequaquam possint efficere. Probatum primò ratione quia ars non producit materiam in qua operatur artifex: sed ea præsupposita superinducit formam Verba autem humana habent materiam, sonos scilicet ab ore hominis sensibilibiter prolatos. Significatione verò quasi formam habent ab intellectu. Vnde ad hoc datus est sermo secundum Philosophum ut præter sint nobis mutæ voluntatis iudicia. Igitur sicut artificialia in quantum huiusmodi non habent efficaciam ad determinatos effectus artis magicæ producendos ex virtute corporum cœlestium: ita pari ratione nec verba incantatorum quantumcunque temporibus electis sint scripta, aut ex intentione & desiderio animæ rationalis formata.

Item habetur 26. quæst. 7. admoneant fideles, qui habent quædam magicæ artes incantationisque infirmitatibus hominum: nihil possint remedijs conferre, sed hoc esse laqueos aut qui hostis.

Nec quenquam mouere debet glossa super illud Psalmi, *Quomodo im-*
Sicut alpidis (urdæ obturantis aures suas. Aspice, inquit, ne *telligendum*
vocem incantatoris audiat, vnam aurem ponit in terra, al- *aspides obtu-*
teram claudit cauda, ac si timeat, quod virtus verborum in- *rare aures.*
cantantis ad se perueniat. Nō. n hoc facit Aspice ex eo, quod S. *Augustini*
verba incantantis intelligebat (ut dicit August.) Sed quia *error.*
in prolatione verborum sentit in se quandam immutatio-
nem: quam naturali instinctu fugiens (sicut omne ani-
mal naturaliter fugit suum corruptiuum) claudit orga-
na sensus auditus, sicut & homo contra aliquem terribilem
sonum apponit subito & quasi sine deliberatione manus
suas ad aures, ne audiat sonum illum. Prædicta autem im-
mutatio, quæ fit in corpore serpentis ad verba incantato-
ris, non fit virtute verborum. Quæ autem virtute fiat, dice-
tur in sequentibus. Et sic patet quinta propositio.

SEXTA PROPOSITIO.

Effectus mirabiles artis magicæ efficiuntur ab intelle- *De intellectu*
ctu separato, Magorum operationibus se immiscente. *separato. Ma-*
Probatum primò, quia magi in suis operationibus videntur *gorum opera-*
quibusdam vocibus significatis ad determinatos effectus *tionibus se*
producendos: quæ quidem voces nihil aliud sunt, quam *immiscente.*
quædam inuocationes, adiurationes, seu imperia quasi vnus
ad alterum colloquentis.

Vnde Aug. de ciuitate Dei dicit, quod Propheta velut *An anima*
dubitans querit: vtrum in diuinantibus, & quædam mira *sint potiores*
facientibus, animæ sint potiores quàm in alijs. An aliqui *in his qui mi-*
spiritus extrinsecus veniant: sit potius venire eos extrinsecus *racula edum*
arbitratur. Spiritus autem separatus aut est bonus aut ma-
lus. Non potest autem dici, quod huiusmodi effectus, qui *Bonos spiritus*
sunt per artem Magicam, fiant per bonos spiritus. Primò *non commu-*
quia non est boni spiritus se familiarem exhibere sceleratis *nicare Magic.*
hominibus: aut præstare eis patrocinium in his quæ sunt
contraria virtuti & veritati. Huiusmodi autem artibus ma-
gicis vtuntur: ut frequenter homines scelerati, plerumque
etiam homicidia & maleficia per eos procurant.

Nam secundum Isidorum vni. li. ethymo. vtentes præ-
dictis artibus Malefici vocantur. Quare manifestum est,
quod per spiritum bonum huiusmodi effectus artis magi-
cæ nullo modo efficiuntur.

Magorum opa Præterea, spiritus boni est ducere quantum in se est ad
va ducunt ad veritatem: Sed in operibus Magorum multa plerumque
mendacia. fiunt, quibus homines ludificantur, decipiuntur, & in erro-
rem trahuntur. Igitur per bonum spiritum opera magica
non efficiuntur.

Boni spiritus Idem patet ex hoc, quia non est spiritus boni, ut si sit
non est, ut se superior, minori vel pari subdatur: aut si sit inferior, ut sibi
subdat mino- a superiori supplicationem fieri paratur. Sed Magi & Ne-
ri, se sit supe- cromantici in suis operationibus inuocant eos, quorum
vi, se sit supe- auxilio vtuntur, suppliciter quasi superiores. Cum autem
vi, se sit supe- veniunt, imperant eis, quasi inferioribus, ut patet per li-
vi, se sit supe- bros acres & sacros illius artis. Quare manifestum est, quod
vi, se sit supe- hominis affectus artis magicæ per bonos spiritus non effi-
vi, se sit supe- ciuntur. Relinquitur ergo, &c.

SEPTIMA PROPOSITIO.

Quod tales effectus artis magicæ fiunt per malignos
spiritus, quos nos Demones vocamus. Hoc expres-
se dicit Augu. 2. de Tri. Per Demones, inquit, magicæ artes

Magica ars possant, quicquid possunt valere nec aliquid, nisi data pe-
ditur ad fal- super potestate. Datur autem vel ad fallendum fallaces, si-
lendum fal- cur Aegyptios: & in ipsos Magos data est, ut in eorum spi-
lites. rituum operatione viderentur admirandi, a quibus fuerant

Quomodo damnandi. Ex quo repellitur error gentilium, qui huiusmo-
Deus dicatur di operationes Diis bonis attribuebant: Contra quos dicit
decipere. August. libr. 85. Deus per semetipsam neminem decipit, sed
per talem Angelum, qui pro suæ voluntatis perversitate, vel
ad vindictam peccatorum, vel ad exercitationem eorum,
qui secundum Deum nascuntur, ordinatur. Et idem 11. su-
per Genes. ad literam. Quod enim, inquit, putatur audire
serpentes, vel intelligere verba Magorum, id est, incanta-
torum, ut eis incantantibus exiliant plerumque de latebris,
in illis vis Diaboli operatur. Et subdit infra. Gaudent enim
Demones hanc potestatem sibi dari, ut ad incantationes ho-
minum serpentes moveantur, ut quolibet modo fallat quo
possunt.

OCTAVA PROPOSITIO.

De aspectu Fascinatrices suo aspectu malevolis immutare possunt
fascinantium. infantium tenerissima corpora, usque ad gravem infirmi-
tatem

mitatem ea quandoque alterare. Hanc propositionem pro-
bat Auicenna: quia substantiis separatis, multo magis obe-
dit materia corporalis ad productionem alicuius effectus,
quam qualitatibus actiuis & passivis in natura. Nam ad ap-
prehensionem substantiarum separatarum sicut multa in
istis inferioribus præter cursum corporum celestium, &
aliorum naturalium agentium.

Quod patet de anima quæ si fuerit fortis in sua apprehensione, immutat corpus proprium: sicut ex sola imaginatione animæ corpus calefit, ut patet in concupiscentibus & irascentibus, vel etiam frigescit, sicut contingit in timoribus. Incurrit etiam quandoque ex hac in febrem, aut aliam quam aliam ægitudinem.

Ex sola ima-
ginatione ani-
ma, calefit
aut frigescit
corpus.

Et per hunc modum dicit, quod si anima coniuncta cor-
pori fuerit depurata a vitiis, & fuerit fortis in sua apprehensione quod tunc obedit ei non solum corpus proprium, sed etiam corpora aliorum. Hinc & secundum eum, quod aliqui san-
cti viri operantur multa mira præter solitum cursum naturæ, ita quod ad eorum apprehensionem sanatur quodque infirmus, vel aliquid huiusmodi. Et consimiliter dicit, quod si anima fuerit foedata vitiis, & habuerit forte apprehensionem in malitia, obedit ei materia corporis alieni ad transmutationem, præcipue in illis, in quibus materia est apta ad receptionem impressionum, sicut contingit infantibus propter teneritatem carnis, sicut cera molli faciliè recipit impressionem sigilli. Et istam Auicenna causam fascinationis

An anima pu-
rum & pro-
primum corpus,
& aliorum
corpora
obediunt,

Nam ex forti apprehensione verularum obstinatarum in malitia, immutatur corpus infantis ad infirmitatem, vel ad aliquam passionem.

Sed ista ratio Auicennæ non valet, nec in se, nec in confirmatione per exemplum quod adducit. In se quidem, quia secundum August. materia corporalis non obedit Angelis, nec multo minus animabus ad nutum quantum ad corporalem transmutationem, sed soli Deo.

Quomodo a-
spectu fasci-
nentur corpa-
ra infantium

Exemplum autem quod adducit pro confirmatione non valet propter duo. Primum quidem quoniam ex sola apprehensione aut imaginatione animæ coniunctæ, non sequitur aliqua mutatio corporis nisi illi apprehensioni fuerit adiuncta aliqua affectio pura gaudij vel timoris, concupiscentiæ aut iræ, aut terius passionis, per quas variatur modus cordis & etiam

spiritum procedendum à corde, ex quibus quidem spiritibus vel retractis ad cor per passionem, timoris, vel diffusis ad membra per passionem gaudij, sequitur alteratio aliqua in corde, quæ potest esse causa infirmitatis, si materia sit disposita.

Secundò, quia maior est colligentia animæ ad corpus suum, quàm ad corpora aliorum: & quia immutatio corporalis est per contactum, magis est natum corpus proprium transmutari ex apprehensione animæ quàm corpora aliorum.

Dicendum est igitur quòd transmutatio corporis, quæ fit per fascinationem, non provenit ex hoc quòd imaginatio vel apprehensio vnius animæ immutat immediatè corpus alterius hominis, sed ex hoc, quòd mediatè motu cordis & spirituum (vt dictum est) immutatur corpus proprium coniunctum, quæ quidem immutatio spirituum maximè inficit oculos. Oculi autem infecti inficiunt medium, medium autem infectum inficit corpus prospectum, si fiat facile immutabile. Sicut videmus, quòd oculus menstruatz inficit speculum, & præcipuè si sit novum, vt habetur in l. de somno & vi. Sic igitur ex forti apprehensione alicuius vetulæ in malitia induratz immutatur motus cordis & spirituum. Quæ quidem immutatio proveniens ad oculos inficit ipsoe: Oculi autem infecti, inficiunt vicinum aërem, aër autem infectus inficit corpus infantis propter eius teneritatem: & ita ad maleolum aspectum vetularum inficitur modo prædicto infans & fascinatur, ita quòd cibum euomat & infirmitatem incurrat.

NONA PROPOSITIO.

Tanta virtute Dæmones corporalibus rebus præsent vt possint Deo permittente elementa commouere, mare concitare, montes & colles destruere, arbores herbalsq; discerere, bruorum corpora atque hominum subintrare, vexationes, infirmitates & mortè ipsam procurare. Probatum propositio, quia corporalia obediunt Dæmonibus quòd ad motum localem, vt patet per August. 3. de trin. Sed prædicta possunt fieri per transmutationem localem rerum corporalium. Patet de infirmitate & morte, de quibus minus videtur. Cum enim sanitas consistat in conuenienti dispositione & adæquatione humorum, possunt Dæmones commouere humores corporis & violentè exagitate ad quòd sequeretur

Quomodo oculi prospectu corpus inficiant,

Quomodo corporalia obediunt Dæmonibus.

Sanitatem facile possunt turbare Dæmones.

sequeretur perturbatio sanitatis, dolor, infirmitas, aut corporalis vexatio, sicut de Saul rege vexato à Diabolo legitur 1. Reg. 16. Spiritus nequam exagitabit eum. Erat autem ista agitatio interior vehemens commotio. Patet etiam de stimulo carnis Paulo dato 2. ad Cor. 12. vbi dicit glossa. Augustini dolore quodam corporis traditur Apostolus vehementer exagitatus. Patet insuper Luc. 13. de muliere detenta in infirmitate annos decem & octo, à qua dominus spiritum infirmitatis eiecit.

Potest igitur Dæmon vexationes grauissimas causare, ad quas Deo permittente sequeretur mors. Potest etiam Dæmon ab intrinseco violentias inferre, vt patet de septè viris Sare, Tob. 3. quos Asmodæus interfecit. Et de Iob patientissimo, qui Sathanæ potestatem in rebus secundis & corpore expertus, spiritu secundo edoctus ait, nò est potestas super terram, quæ valet ei comparari. Et sic patet veritas propositionis.

EX his infertur, quòd Dæmon propria naturæ potestate interius & exterius potest homines variis illusionibus decipere. Probatum primæ partis, quia ea quæ ex motu locali aliquorum corporum causari possunt, naturali virtute Dæmonum subsunt, vt ex supradictis patet. Sed apparitiones imaginariæ causantur interdum in nobis per operationem naturæ ex locali mutatione corporalium humorum & spirituum, vt dicit Philosophus in libro de somno & vigilia. Vbi respondit, causam apparitionis somniorum, dicens, quòd cum animal dormit, descendente plurimo sanguine ad principium sensitium, simul descendunt in spiritu animali impressiones relictæ ex sensibilibus motionibus, quæ in spiritibus sensualibus conseruantur, & mouet principium sensitium apprehensiuum, ita quòd aliqua apparent, ac si tunc principium sensitium à rebus temporis exterioribus immutaretur. Tanta etiam potest esse motio horum spirituum & humorum, quòd non solum dormientibus, sed etiam vigilantibus huiusmodi apparitiones fiunt, sicut contingit in phreneticis, arreptitiis, & vehementer studentibus.

Igitur apparitiones imaginariæ poterunt fieri in homine per Dæmones, humores, & spiritus interiores commouentes, ad quòd sequitur varia ordinatio phantasmatum, vt variis representationes faciant eis, quos decipere cupiunt. Et quia tunc anima conuertitur ad huiusmodi similitudines, sicut ad res

Ergo diabolus Dæmonibus in via inuicem succedentibus vexatus est Iob.

Do causas somnii.

Vehementer studentes habent miras apparitiones & imaginationes.

De Praestatio
conuerso in
iumentum.

videtur homini, quod sit equus, oppressus onere. Quemadmodum videbatur patri ipsius Praestantij se fuisse caballum & annonam cum aliis bestiis portasse, ut recitat Aug. 18. de ciui. Dei, & dicit ibi August. quod ita inuentum est. Quod est intelligendum, quod patet Praestantij & alij (quos ibi recitat August. per Magas mulieres fuisse conuersos in iumenta onera portantia phantasticè solum fuerunt conuersi in iumenta, sed portatio prima onerum fuit vera, non onerum facta per homines, sed per Dæmones.

Praestigia Da-
monij in no-
cturnis equi-
tationibus
mulierum.

Sic etiam videtur aliquibus, quod transferantur de loco ad locum, cum societate magna. Vnde quaedam mulierculæ inferuientes Sathanæ, Dæmonum illusionibus seductæ, cecidit se, & profitentur nocturnis horis cum Diuina paganorum Dea in magna mulierum multitudine equitare, & alia nefanda agere, puta paruulos à latere maritum accipere, assare, & comedere, domos per carminos seu per fenestras intrare, & habitantes variis modis inquietare: Quæ omnia & consimilia aliquando solum phantasticè accidunt eis.

Vnde August. 7. super Genes. ad literam. Illa, inquit, quæ feruntur accidisse, ut quidam recordarentur, se in quorundam animalium corporibus fuisse, aut falsa facta narratur, aut Iudificationibus Dæmonum hoc in eorum animis factum est. Si enim contingit, ut quis in somnis fallaci memoria recordetur, se aliquid fuisse quod non fuit, aut fecisse quod non egit, quid mirum, si quodam de isto occulto iudicio sinantur Dæmones etiam in cordibus hominum vigilantium tale aliquid posse.

De imagina-
tionibus m-
liercularum.

Idem videtur sonare capitulum illud 26. quæst. 5. Episcopi. ubi habetur, quod mulierculæ illæ, quæ dicunt se ductas ad loca remota, imaginariè tantum duconitur. Et est illa ambulatio in imaginatione & non ingressu pedum.

Decretum 26.
q. 5. Episcopi
infirmatur.

Illud tamen decretum videtur redere Maleficos audaciores ad introducendū alios in suam sceleratam, & Iudices Ecclesie ad inquirendum de maleficiis remissiores. & sic videtur parare viam ad cultum idololatricæ. Propter quod dicendum, quod decretum illud fuit sumptum ex concilio quodam particulari: & non ex aliquo quatuor conciliorum generalium, & ideo non fulcitur tanta auctoritate, sicut ab plurima decreta. Videtur etiam leuitate quadam fuisse factum: quod patet in exemplo Ezechielis, quod adducit ad probandum,

Canones ta-
xantur, quasi
male allegent
sanctam Scri-
pturam.

probandum quod deportatio illarum mulierum fiat solum in phantasia, & non realiter: ubi sic habetur: Quis verò tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur, cum Ezechiel Propheeta visiones quæ Domini sunt, in spiritu non in corpore viderit: sicut ipse dicit, statim, inquit, fui in spiritu.

Quod si Ezechiel existens in Chaldaea, dicit se fuisse in spiritu in Hierusalem, hoc non probat intentum, nisi adderetur, quod Ezechiel non potuit ibi esse praesens, nisi in spiritu & non in corpore quod falsum est. Nam & Abacuc è Iudæis in Chaldaeam confestim translatus est Daniel. 14.

Verum tamen pro reuerentia sacri voluminis dicendum, quod si capitulum illud Episcopi, intelligatur, deportationes & apparitiones illarum mulierum aliquando fore imaginarias solum, non negando, quin possint esse veræ & reales, & quin aliquando prædictum capitulum esse tanto volumine dignum. Si verò intelligatur, tales deportationes non posse aliter quam imaginariè fieri, dictis sacrae scripturae manifestè repugnat. Et quod subditur in illo capitulo, quod qui talia credit infidelis est, & pagano deterior, hoc intelligitur de his, qui credunt diuinos cultus Dianæ, aut Hero-diadi debere exhiberi, sicut illæ mulieres credebant.

Sed quid quibusdam vetulis, quæ se in raptu dicunt videre animas purgatorij, & plura alia, ut furta & res perditas: quarum pedes proijcunt adusti non sentiunt ignem? Dicendum, quod Dæmon phantasmata in imaginatione earum tantum intendit, ut extra nihil sentiant. Exemplum de habentibus morbum caducum, qui etiam adustionem non sentiunt in infirmitate sua, quia interioribus passionibus pressi extra non sentiunt ignem. Augustin. etiam de ciuitate Dei recitat de quodam, qui ad modicum alicuius gemitum, se adeo ad interiora conuertere poterat, ut nec voces, nec puncturas, nec vellicantes sentiret, imò tanquam in defuncto nullus anhelitus sentiebatur.

Sed vnde est, quod feminae in maiori multitudine reperiuntur superstitiosæ & Maleficæ, quam viri? Respondeo, quod triplici ratione. Primò, quia prone sunt ad credendum. Fidem autem malam Dæmon principaliter quaerit, vnde Ecclesiast. 19. Qui cito credit, leuis est corde, & minorabitur. Secundò, quia à natura propter fluxibilitatem complexio-

Salutatio ca-
pituli Episco-
pi.

De vetulis
corruptis, vi-
dentibus ani-
mas purgato-
rij.
De corruptis
non sentiendi-
bus ignem.

Cui femini-
nus sexus ma-
gis quam ma-
sculinus pra-
eponderat ad-
Magian.

facilioris sunt impressionis ad reuelationes capiendas per impressionem separatorum spirituum. Et Guillelmus Parisiensis dicit quod cum complexione sua bene utuntur, multum bona sunt; cum vero male, peiores sunt. Tertio, quia lingua lubricam habent, & ea quae mala arte sciunt, comparibus foeminis vix celare possunt, seque occulte cum vires non habeant per maleficia vindicare quaerunt. Vnde Ecclesiastici 25. Commorari Leoni & Draconi plus placebit, quam habitare cum muliere nequam.

Quaedam Dæmones etiam exterius possunt homines deludere.

Ex supradictis patet prima pars propositionis, videlicet quod Dæmones interius homines decipere & illudere possunt. Secunda pars, scilicet, quod exterius possunt illudere, Patet primo ratione organi sensus particularis exterioris, quod cum materiale sit, potest per Dæmonem male disponi, ita ut videatur res aliter esse quam sit: quemadmodum febricitantibus propter indispositionem linguae, dulcia amata esse videntur. Ex parte vero obiecti, circum ponendo aliquid circa obiectum: sicut quando corpus album videtur mediante vtro rubicundo, illud album videtur rubicundum.

Potest etiam illudere, quadam agitatione occultando quaedam, & alia ostendendo: sicut socij Diomedis uerunt subito subtracti, & ducti ad loca remotissima, & verae aues insolite fuerunt ibi positae quae prope templum Diomedis multo tempore volauerunt: & sic illudebantur hi, qui credebant socios Diomedis in aues conuersos.

De socijs Diomedis in aues uersi: exemplum.

Alio modo potest illudere, applicando res aliquas naturales, quarum virtus est, ut faciant apparere res aliter quam sint: sicut herba quaedam accensa fumigans, quae facit trabes apparere serpentes.

Herba facit trabes apparere serpentes.

Potest etiam assumpto corpore illudere, sicut apparuit lactuca Moniali, ut refert Gregorius primo libr. Dialogorum. Et sic patet propositio, quod Dæmones variis illusionibus possunt homines illudere.

His mirabilibus effectibus Magicæ artis, & magna Dæmonis potentia, paucis videre restat: Cur ad vota Necromanticorum, Hydromanticorum, Chiromanticorum, Augurum, Aruspicum, Fascinatorum, Pythonicorum, aliorumque Maleficorum, sua scientia extentissima, ac potestate quam maxima paratus assistat; Dicendum breuiter, quod hoc prouenit quia Dæmones inuident salutem hominum, & ideo prouidentur ad

ad nutriendam & detrahendam eos in errorem. Propter quod, secundum quod vident vnumquemque circa diuersa curiosè & suspitiosè aliquid obseruantem ingerunt se spontè obseruationi eorum.

Secunda ratio, quia homines in signum subiectionis & reuerentiæ Deo verò sacrificia offerunt, hymnos canunt, inuocationes, prostrationes, & alia huiusmodi ad cultum patriæ pertinentia faciunt. Idcirco Dæmones, quorum superbia ascendit, semper appetunt quàm maxime huiusmodi reuerentiæ signa sibi ab hominibus exhiberi: & ideo operationibus talia sibi exhibentium libentissimè se immiscunt.

Causa dæmonis superbia ascendit.

Notandum secundò quod inuocare ex parte inuocantis duo importat. Primum est, inuocantem credere alicuius rei, utpote, scientiæ, potentiae, pecuniæ, seu rei alterius se pati inopiam & defectum. Alterum est credere illi defectum non fore sibi immobiliter affixum, quin valeat per aliquem liberari, quod inuocans desiderat.

De inuocatione Dæmonum in adiutorium.

Ex parte inuocati importat alia duo. Primum est, credere in ipso inuocato esse potentiam ad liberandum inuocantem à tali defectu. Ad Rom. 10. Quomodo inuocabunt eum in quem non crediderunt? Alterum est credere, quod ille qui inuocatur, à tali adiutorio conferendo, si conferre voluerit, nullus poterit impedire. Vel saltem est amicus & familiaris illius, quem nullus potest impedire.

Ex parte finis inuocationis importat duo. Primum, quod credit inuocatum humiliationibus & obsecrationibus ad præstandum, patrocinium inclinari. Alterum, quod inuocans talia facit, ut ab inuocato inuuetur. His notatis ponuntur quaedam conclusiones.

PRIMA CONCLUSIO.

SI Dæmon inuocetur, siue tacitè siue expressè, cum sacrificio & adoratione, si credit ipse inuocans, Dæmonem fortè Deum, à quo petit auxilium talis inuocans hæreticus est. Patet, quia credere Dæmonem fore omnium creatorem, hæresis est. Ergo Dæmonem inuocans, & hoc credens, hæreticus est. Consequentia patet, antecedens sit evidens quia obuiat primo articulo fidei, & variis passibus sacri Canonis, ubi habetur, Dæmonem initium habuisse, deliquisse, &

Dæmonem a-
durantis o-
dum cum a-
micum Deo.

SECUNDA CONCLUSIO.

Inuocans quouismodo Dæmonem, non credens eum esse Deum, sed Dei amicum & clarum, & ideo ipsum inuocat, ut cum Deo, quod petit sibi obtineat, talis inuocans Hæreticus est. Patet, quia credere Dæmonem non esse in culpa obstinatum, hæresis est, ergo credes, ipsum fore Deo clarum & amicum. Hæreticum est. Consequentia claret, & antecedens patet: quia in multis passibus sacræ Scripturæ habet, quod Diabolus est obstinatus. Vt patet Apocalypso 12. & 13. Et extra, de summa Trinitate & fide Catholica cap. I.

TERTIA CONCLUSIO.

Inuocans Dæmonem, & non credens ipsum esse Deum aut Dei amicum, imò in malo obstinatum, credat tamen ipsum inuocare non esse peccatum, aut saltem non graue peccatum, hæreticus est. Patet, quia in multis sacræ scripturæ locis habetur, quòd inuocare, consulere, vel aliquid ab eis expectare, graue peccatum est. Vnde Deuter. 20. Anima, quæ declinauerit ad Magos & Ariolos, interficiam illam, de medio populi mei. Item quia in omni inuocatione Dæmonis fit pactum cum eo. Qui cum verum aliquando dicit, hoc facit, ut assuefaciat ad hoc ut ei credatur.

QUARTA CONCLUSIO.

Inuocans Dæmonem tacitè vel expressè, non credens ipsum fore Deum nec Dei amicum, sed potius in malo obstinatum, & quod inuocando grauer peccat. Sed hoc facit, ut quòd optat à Dæmone obtineat, talis in re hæreticus non est, licet pro hæretico sit habendus. Probatum prima pars, quia talis non discedit corde à fide. Igitur hæreticus non est. Secunda pars patet, quia Ecclesia iudicat de interioribus per exteriora.

QUINTA

QUINTA CONCLUSIO.

Petens à Dæmone inuocato ea quæ excedunt Dæmonis potentiam inuocans tamen, credit Dæmonem ista posse: puta mortuum suscitare (vt Saul videbatur credere posse Pythonissam facere) talis inuocans, sic petens & credens hæreticus est. Patet quia qui credit alium à Deo à se posse facere, quæ pertinent præcisè ad diuinum posse, hæresis est. quia tunc alius à Deo non foret, sed Deus ipse foret: ergo hoc à Dæmone petens, & sic credens, hæreticus est. Antecedens & consequentia ex se patent.

SEXTA CONCLUSIO.

Petens à Dæmone ea quæ sunt contra humani arbitrij libertatem, vt quòd cogat mulierem ad consuetudinem libidinosi hominis voluntati, vel ad aliquid super quo habet dominium sui actus faciendi, & credat inuocans Dæmonem ista posse, hæreticus est. Patet, Nam credere liberum arbitrium hominis à Dæmone posse cogi, est hæresis: quia directè obuiat dictis sacræ Scripturæ. Dicitur enim Ecclesiastici 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, Et Genesis decimo: Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illi. Et ad Rom. 8. Scio quòd neque Angeli, neque principatus, neque potestates poterunt me separare à Charitate.

SEPTIMA CONCLUSIO.

Petens à Dæmone ea quæ non excedunt eius potetiam, vt puta, ligare virum, ne carnaliter vxorem cognoscat, aut quod domum alicuius cuerrat, & credat Dæmonem talia posse, etià si nõ sit permissum à Deo: talis inuocans & petens hæreticus est. Patet, quia talis de primo articulo fidei, (nèpe de Dei omnipotetia) malè sentit, ergo hæreticus est. Malè etià sentit de sacra Scriptura: quia hominè percutere, ignem immittere, ventum commouere, & domum enerrere, (secundum beatum Ang. & recitatur 26. q. 5. c. Nec mirum) nõ excedunt naturalem Dæmonis potestatem, & tamen ista non egit Sathan contra beatum Iob, nisi à Deo permissus & licetatus, vt patet Iob primo. Patet etià in Magis Pharaonis qui impediiri à dño cinifes facere non poterunt. Exod. 8.

Excedentia naturae Dæmonum sciantur.
INuocans Dæmonē, & petens ea quæ excedunt Dæmonis naturalem scientiā, utpote, futura, quæ nō habent causas determinatas in natura, sed dependent a Dei, vel hominis volūrate, ut quis bella geret, quis auaritię inseruiet, quis gladio aut veneno peribit, quis dānabitur, aut quando extram iudicij dies erit: talia petens & credens Dæmonē ista scire, hæreticus est. Patet, quia scire prædicta futura, est solius Dei, Plal. 41. Annūciate quæ vëtura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos. Et Act. 1. Non est vestrum nosse tempora, vel mōmenta, quæ pater posuit in potestate.

Genethliacorum error.
 Ex hoc patet error Genethliacorum, qui ex die natiuitatis fortunam hominis, ac successum, etiam in singulis actibus prænunciare se posse iactant: quos irridens Iuuenalis ait: Si prurit fructus ocelli Angelus, inspecta geneti collyria poscit. Nec obstat, si Astrologi de talibus sæpius vera prædicunt, quia ut plurimum homines passiones partis sensitivæ sequuntur, secundum quam astris subiiciuntur. Patet etiam error diuinatum per somnia futuros hominum euentus, à libero arbitrio dependentes.

Secundis passionibus, partibus sensitiua homines astris subiiciuntur.
Est tamen hęc sciendum. Quod quedam sunt somnia, quæ sunt causæ futurorum euentuum: ut quando ex his quæ somniās vidit, mouetur postea in vigiliam ad aliquid agendum aut vitandum, ut recitat Galenus de quodā Græco, qui somniavit, quod si minueretur inter duos digitos, sanaretur: qui cum euigilasset, fecit minui. sanatus est.

De somniis quæ sunt causas futurorum euentuum.
 Alia sunt somnia, quæ solū sunt figura futurorum euentuum & non causa, ut sunt illa, quæ habent causam conuenientē eis, & futuris euentibus, siue illa causa fuerit corporalis, siue spiritalis. Corporalis quidē, ut quādo ex impressione celestium corporum, & etiam aëris circumstantiis immutatur corpus & imaginatio dormientis. Sic dormienti apparent aliqua visiones, conformes dispositioni corporum celestium & elementorum: prout sunt causæ aliquorum euentuum futurorum sicut quando disponuntur elementa ad serenitatē, vel pluuiam, aut aliqua huiusmodi apparent dormienti aliqua phantasia, conformes illi dispositioni. Unde & bruta animalia percipiunt frequenter futuros temporum euentus serenitatis & pluuię ex circumstantiis aëris immutatione. Et ita dicit Philosophus octauo Physicorū quod

quod è continente nos, sunt multæ mutationes in nobis.

Spiritalis autem causa somnij est quandoque Deus, quādoque Diabolus. Deus quidem, ut quando ministerio Angelorum reuelat in somniis aliqua futura, quorum ipse est futurus causa, secundum illud Num. 12. Si fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei vel per somnū loquar ad eum. Diabolus autem, ut quādo ad deceptionem hominum disponendo interius phantasmata, facit apparere aliqua futura, quæ ipse est factururus.

Causa somniorum Deus vel Diabolus.
 Alia sunt, omnia, quæ nec sunt causæ futurorū euentuū, nec signa, sed sunt solū motus simulachrorum: sicut sunt omnia illa somnia, quæ causantur in dormiente ex aliqua causa interiori: quæ duplex est, animalis. scilicet & corporalis. Animalis quidem, ut quando occurrunt homini dormienti phantasmata conuenientia eis, circa quæ eius cogitatio vel locutio fuit in vigilia immorata. Unde homines solliciti & cogitatiui circa aliqua, frequenter somniant de illis. Ideo dicit Macrobius super somnio Scipionis: Sæpe fit, ut cogitationes sermonesque nostri appareant aliquid in somno tale, quale vigilans sæpissime solebat agitare vel loqui. Propter quod Claudian. dicit.

Omnia quæ sensu voluntur vota diurno,

Peciora sopito reddit amicitia.

Quis Venator defessa thoro cum membra reponit,

Mans tamen ad sylvas, & sua lustra redit.

Corporalis autem, sicut quandoque ex aliqua interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in phantasia dormientis, conueniens illi corporali dispositioni sicut homini, qui abūdāt in frigidis humoribus: occurrit in somno phantastico, quod sit in niue vel in aqua. Propter quod Medici dicunt: intendendum esse somniis ad cognoscendum interiores hominis dispositiones.

De somniis quæ sunt causas futurorum euentuum.
 Ad hęc etiā modū reducuntur omnia somnia sequētia complexionis hominū, sicut Cholericī somniant ignea, somniant frequēter se volare, cōburi. Phlegmatici somniant nigra aquatica ut quod sint in aqua vel niue. Et Melancholici somniant nigra & discolorata: Sanguinei verò lacta.

Cholericī somniant ignea. Cibus variis somnia. Affectiones formās somnia.
 Ad hunc etiam modum reducuntur omnia somnia, quæ sequuntur naturas ciborum. Nam quod complexio facit per naturam, hoc sibi faciunt per accidens.

Ad hunc etiam modum reducuntur omnia somnia, quæ sequuntur appetitum hominis & affectionem, sicut avarus somniat de auro & argento, famelicus de cibo, studiosus de lectione & disputationibus & sic de aliis.

Ad hunc etiam modum reducuntur omnia sequentia naturæ & conditiones infirmitatum. Tales tamen causæ somniorum, non sunt causæ futurorum euentuum sicut primæ. Vnde huiusmodi somnia per accidens se habent ad futuros euentus, & si quandoque simul concurrant, hoc erit casuale & fortuitum.

Si quis ergo utatur somniis ad præcognoscenda futura, secundum quod somnia procedunt ex eleuatione diuina, vel ex causa naturali intrinseca, quantum potest virtus talis se extendere, non erit Diuinitas illicita. Si autem huiusmodi Diuinitas causetur à Dæmone, cum quo pacta habentur expressa (cum ad hoc inuocatur) vel tacita, tunc erit illicita & superstitiosa.

Sed quidam de Magis, Geomanticis, Hydromanticis, Pitomanticis, & aliis Diuinatoribus consimilibus, qui ex protractionibus punctorum factis sine deliberatione, & ex proiectione plumbi liquefacti in aqua, aut ex aliis huiusmodi vanitatibus futura prænunciare videntur. Dicendum, quod prænunciationes quæ fiunt ex talibus signis, originem habent à Dæmone, qui se immiscet descriptionibus punctorum, & aliis superstitiosis obseruantis, & eius operatione disponuntur prædicti motus præter deliberationem existentes, secundum quod congruit dispositioni futurorum euentuum, eorum quidem quos naturaliter ipse cognoscit.

NONA CONCLUSIO.

SI petantur à Dæmone pronuciari certitudinaliter futura, quæ habent causas determinatas in natura non de necessitate producentes, sed vt in pluribus & frequenter, vt prædicere, si pluuiz, siccitates aut sterilitates erunt & credat inuocans Dæmonem scire ista certitudinaliter euenite, talis hæreticus est. Patet, quia talis certitudinaliter huiusmodi futurorum cognitionem, quæ pertinet soli Deo, credi pertinere etiam creaturæ, & per consequens creaturam fore Deum, ergo sic credens hæreticus est.

DECIMA

DECIMA CONCLUSIO.

SI petantur à Dæmone reuelati præterita, vel præsentia nobis abscondita, Dæmoni autem manifesta, & credat inuocans, talia per Dæmonem reuelata infallibiliter ita esse, sic credens hæreticus est. Patet, quia credere Dæmonem non fore mendacij patrem, & verum semper esse eius sermonem vel reuelationem, hæresis est, quia repugnat sacre Scripturæ. Vnde Ioan. 8. habetur. Ille homicida erat ab initio & in veritate non stetit, cum loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia mendax est.

Vnde Chrysof. super Matth. super illo verbo quod dixit Iesu Dæmoni: obmutescere. Saluiferum, inquit, nobis dogma datur. ne credamus Dæmonibus quamcunque denunciet Veritatem. Et quia Magi, Malefici incantatores, & Dæmonum incantatores talia multa de Dæmonis potentia & scientia pertinaciter credunt, merito tales à Christi fidelibus tanquam Hæreticis sunt euitandi.

EX supradictis infero, quod artes Magicæ, quæ inuocationes Dæmonum & pacta cum eis consulunt, merito omni iure sunt prohibitæ: quia malæ & perturbatiuæ omnis politicæ. Cuius oppositum tenuit præclaræ intelligentiæ vir Magister & Dominus nouissimè Vespeticus in simili actu dicēs, quod studium Magicarum artium valet ad salutem fidelium. Et quia probatio corollarij mei est sui dicti confutatio.

PRObatum primò quod iure naturali hæ artes sunt prohibitæ & malæ: quia nocere innocenti, iure naturæ est vetitum. Sed Malefici Magicis artibus plerumq; nocēt innocentibus, vt patet de fascinois, & aliis Maleficis. Ergo iure naturæ tales artes sunt prohibitæ. Quod iure diuino patet Exodi. 12. Maleficos non patietis viuere. Et Leui. 20. Vir, siue mulier, in quibus Pythonicus, vel spiritus diuinationis fuerit, morte moriatur, lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super eos. Vnde propter hoc peccatum Ochozias infirmus mortuus est. 4. Regum 1. & Saul. 1. Paral. 10.

QUod iure Canonico sint prohibite, patet, quia Diuinatoribus & Maleficis occultis imponitur pœnitentia 14 dierum, extra de Sortilegijs cap. 1. Si notorij sint, Eucharistiæ negatur. de cōsec. d. 2. pro dilectione. Si sit clericus

deponat

De iis, qui diuinationem per puncta & plumbum liquefactum.

Qui petit à Dæmone ut sibi reuelat futura, credis Diabolum esse mendacij patrem.

Contra Maleficarum quædam, qui defendebat. Maleficarum artes ad salutem eorum ducere fidelium.

Pœnitentia Magorum statuta in iure Canonico.

deponendus est, & in monasterium retrudendus. 26. q. 5. Si quis Episcopus.

Claricus dicitur vel Magus in Monasterio dicitur, ac in perpetuum excommunicatur.

Vbi sic habetur: Si quis Episcopus est, aut presbyter, aut Diaconus, vel quilibet de ordine clericorum, Aruspices, aut incantatores, aut ariolos, aut certe augures, vel sacrilegos, vel qui profitentur artem Magicam, aut aliquo eorum similia exercentes consuluisse fuerit deprehensus ab honore dignitatis suæ suspensus, monasterij curam excipiat vbi poenitentiae perpetuae deditus, scelus admissum sacrilegij soluat.

Si laicus excommunicationem incurrit. 26. quæst. 5. Si quis ariolos. Tales etiam infames sunt, & qui ad eos concurrunt, vnde nec ad accusationem debent admitti. 2. quæstio 8. quisquis.

Pœna confitentiæ Magicæ à Iure civili.

Quod iure Ciuili prohibeantur patet, quia insectatores carui habent mortis supplicio subiicere. C. de maleficis. I. nemo culpa. & I. multi. vbi sic habetur: Multi magicis artibus vs, elementa turbare, vitas infantium labefactare non dubitant, & manibus accitis audent ventilare, vt quisque suos conficiat malis artibus inimicos. Hos quando naturæ peregrini sunt, feralis pestis absumat. Et legibus duodecim tabularum pœnæ grauissimæ Maleficæ sunt impositæ: patet per Tullium libro de legibus.

Pœtarum testimonio contra execrationem Magicæ.

Pœtæ etiam sentiunt has artes esse vitandas. Vnde Virgilius 4. Æncidos, vbi Dido sororem sic alloquitur: Testor chara Deos & te germana tuumque Dulce caput. Magicas inui tam accingier artes.

Nec valet dicere, vt videtur, quod notitia istarum artium in se sit bona & utilis, quanquam vsus earum sit perniciosus, quoniam 26. q. 2. habetur, quod Christiana pieras condemnat Mathematicas, etiam si vllum sacrificium vel vllæ preces ad aliquem spiritum dirigantur.

Cur non sit deus Magicæ.

Si autem dicatur, quod studium istarum artium sit licitum ad eas confutandum & reprobandum. Hoc non placeat, (saluo meliori iudicio) primò, quia per hoc retardarentur homines à studio vtilium artium. Secundò, quia cum homines naturaliter scire desiderant, & ea magis quæ admirationem secum ferre videntur, vix esse non posset, quin imbuti his perniciosis artibus, experimento scire cupiant,

piat, mira illa quæ per eas fieri posse pollicentur. Et sic patet confutatio sui dicti.

Ex quibus simul cum optima illius regni politia infero, quod nec apud Toletum, nec apud Salmanticam, aut quilibet aliam Hesperiae partem hac tempestate Magicæ artes tolerantur.

In Hispaniâ quondam non tolerabantur artes Magicæ.

Sed est sciendum, quod iam olim apud Salmanticam urbem, Idolum marmoreum in profundissima cauea positum celebrabatur, cui Dæmon assistebat, instruens in huiusmodi artibus eos, qui sibi certis pactis & inuocationibus subiicere volebant, qui post tractum temporis in quibusdam affectibus admirabiles apparebant. Verumtamen non modò à diebus multis, verum & ab annis antiquissimis cauea illa obstructa est, & desuper Ecclesia fabricata. Idolum verò prædictum ante Ecclesiam, in via publica à pertranseuntibus conculcatur, adeo vt vix sculpruræ vestigium appareat. Et sic patet corollarium.

Per marmoream statuas Satanas paciscitur in Hispania cum magis.

ET quia ea, quibus Magicæ artes acrius sunt improbatæ ex Christi doctrina sunt accepta, infero finaliter, quod Christi doctrina fideles omnes à Magorum Maleficiis purgantur. Quod est corollarium responsum ad quæstionem per sacre legis Doctorem mihi propositam. Cui, atque vobis diuinarum literarum in textis arbitris dicta mea submitto corrigenda.

TRA



TRACTATUS UTILIS
ET NECESSARIUS, PER
VIAM DIALOGI, DE
Pythonicis mulieribus.

Præfatio ad Illustrissimum Principem, Dominum Sigismundum Archiducem Austria, Stiria, Carinthia, &c. De Pythonicis mulieribus, per Vlicum Molitoris de Constantia studij Papiensis Decretorum Doctorem, & Curia Constantiensis causarum Patronum, ad honorem eiusdem Principis ac substa Celsitudinis emendatione scriptus.

Excellentissime Princeps & Domine, Domine Archidux clementissime, humilis Vlicus Molitoris de Constantia Doctor, tuæ Celsitudini sese in obsequium offert.

Cum superioribus annis pestis quarundam incantantium mulierum terræ tuæ Excellentie inuasisse diceretur. Itaque cum nouellæ tuæ sub imperio mulieres de huiusmodi hæresi suspectæ, captæ forent, apudque tortutam interrogatæ, varia responderent, vnde tuis consulibus varia ea de re inter se opinantibus, vno quippe in illam, altero in aliam partem declinante, tandem apud tuam Clementiam mei memoria incidit. Itaque pro infinita tua aueritate veritatem cognoscendi, per tuæ dignationis consules demandatum suscepi, vt quid ego in ea re sentirem, id tuæ excellentiæ stylo officioso designare non omitterem.

Verum quamuis istud laboriosum & periculosum sit, laboriosum quidem mihi in aliis occupato, & victum querere curanti. Periculosum autem, propter inuidos & detractores, qui cuncta, quæ nequeunt imitari, non tamen cessant calumniari: & qua ipsi sua inertia experiri non poterunt

poterunt venenoso dente veluti greges hircus lacerare non omittent.

Quamuis insuper ista materia præclaros etiam doctores in dubium aduocauerit tamen dignum existimaui, quia pro tua excellentia corpusculi mei membra tuis obsequiis obtines deuincta, eius etiam si quæ sunt animi vires possideat, vt dum exterioris hominis partes sese ad tua deuocent obsequia, debilis quoque & rudis intellectus meus ad tuæ Celsitudinis gloriam non dormiret.

Opus itaque præsens sub tua tuorumque sapientissimorum consulum correctione præsertim clarissimi viri Conradi Sturkel vetusque Iuris Doctoris. ac tuæ præcellentie maximi Secretarij, cuius quippe correctioni hunc Tractatum specialibus submiti. Quoniam eundem, pilsicis temporibus in præceptorem, & Magistri loco habui: Eloquentiæ etiam emolumenta, Iurisque sententias suxi, hodieque suggerere desiderarem. Et sic aggressus sum.

Etenim cum apud pilsicos oratores Dialogus plerumque aliquid iucundioris delectationis afferri existimatum sit, idcirco presenti in tractatu per viam Dialogi, imò Trilogi, vt procederem decreui. Verum quia multi ea de re disputatione digna cum prouido & præstanti viro Conrado Eschak huius inclytæ ciuitatis Constantiensis plurium annorum prætoris & magistratum gerente, viro vniuersæ spectato & facundia florente, recensentur, qui tanquam prætor huiusmodi mulierum confessiones didicit. Itaque ipsum præsentem Dialogum sub tuo excellentissimo, ipsiusque Conradi, & meo nominibus expedire arbitratus sum. Idcirco sub benignitatis venia ad materiam accedens quasdam quaestiones pro clauis huius materiæ discutiendas præmissi.

EXORDITVR ITAQUE CLEMENTISSIMUS Archidux Sigismundus Austria.

CAP. I.

SIGISM. Fidelis nobisque dilecte Doctor Vlicæ, quoniam singulari fauore ob tua in nos merita te prosequitur: idcirco presenti de materia tecum præ cæteris disputate decreuimus.

V L R I C. Illustrissime Princeps, quamuis gratum sit,

Conrad Sturkel, l. V. D.

Trilogus.

Conrado Eschak.

ut pro tua in me clementia me dignum inter disputandum fore iudicaueris, at tamen ecce adest Conradus *Solak*. Praetor meae ciuitatis vir utique ingenio praestans, in conuersationeque argutus consodalis meus. Placeat igitur eius industriam hac in re prius experiri.

SIGISM. Placeat, nam & eundem consilio maturum, conuersationeque facerem noui. Idcirco quia nobis sermo de incantatrium maleficiis habendus erit quaerendum primum duxi. Vtrum de facto incantatrices possint prouocare tonitrua & grandines?

CONRAD. Quamuis in huiusmodi difficultate, qua etiam doctissimos viros pro discussione terrete solet me incertum putem, iuxta verbum Socratis, qui solitus fuit dicere, se hoc solum scire quod nesciret, at tamen ne videar ek meis Principis monitis non acquiescere, loquar pauca, ut initium dem moueri maiora.

SIGISM. Dic igitur?

Fama quam omnes famant, non vana habenda.

CONRAD. Apud Philosophum tritum est sermone pro-
verbium, ut fama quam omnes famant non omnino perdat-
ur. Fama autem communis est quod ipse Itrige tonitrua &
grandines fecerint, magis que damna tegetibus & homini-
bus intulerint. Ex confessione quoque earum in tortura facta,
se talia fecisse, & modum faciendi tradidisse compertum est.

SIG. At ego vix fama non intendo. Facile enim dictum sequitur vulgus, nec confessione tortuali satiabor, cum in tu tormentorum quis inducitur quandoque ad confitendum id quod in rerum natura non est. Verum ea quae oculis non conspeximus, auctoritate vel concludendi ratione percipere desideramus. Nam recta, disputatio auctoritate & ratione concluditur.

VLRIC. Profecto experientia in dicendis causis cotribilis non est, cum experientia dicatur esse rerum Magistra, ut dicitur in e. ubi periculum de cl. lib. 5. vnde tritum est apud populares pro uerbum. Expetto crede Roberto.

SIGISM. Ad ostendendum igitur, quod Maleficae mulieres nihil sciunt, me istud monet videlicet. Nam si talia istae maledictae mulieres scirent, & efficere possent, non esset opus Principibus temporibus belli clientulos militumque conducere qui in terras hostium irruerent, grosque deuasarent, incendere domos & villas concremarent, Verum satis esset tale mulierem

Recta disputatio auctoritate & ratione concluditur.

Si Magis inimicis pro libere dare possent, non opus haberemus militibus.

mulierem Pythonicam aduocare, eidemque saluum conductum addicere. & horari, quatenus super hostium terras talis maledicta mulier grandines, fulmina & tempestates prouocaret, ut sic hostium terram periclitari moliretur. Etenim quia videmus, quod ipsae talia facere non possunt, etiam si vellent, ad faciendumque etiam si a Principibus (quod tamen absit) iaducerentur. Vnde inferendum censeo ipsas talia facere non posse.

Praeterea, ex fide habemus, solum Deum stellarum & elementorum esse gubernatorem, qui legem pati sidera iubet & qui iuxta Boetium in libro de consolatione, perpetua mundum ratione gubernat, stabilisque manens dancuncta moueri. Quomodo igitur mulieres lamiae adiutorio. Daemonum illum summum motorem, qui certa ratione cuncta gubernat, in huiusmodi suo motu impedire, & in alium motum dirigere possent.

CONR. Ponderanda quidem est magni Principis ratio. Sed non minus ponderandum est illud quod Exod. c. 7. dicitur. Nam quamuis Moyses ante faciem Pharaonis regis Aegypti multa signa & prodigia fecisset, nihilominus Malefici similiter effecerunt, qui incantationibus suis aquam in sanguinem verterunt, & ranas super terram produxerunt. Ecce igitur ex sacra Scriptura veteris Testamenti claret, quod Malefici adiutorio Daemonum aquas turbauerunt, quia eas in sanguinem verterunt, & agros praediaque ranis confuderunt.

Item lib. iob ca. 1. legitur, quod Diabolo procurante ventus vehemens irruit a regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quae corruens oppressit liberos Iob, & mortui sunt. Ecce, quod Diabolus potestate sua aere provocauit, puerosque oppressit. Dicitur etiam eodem libro, Diabolum fulmina ignis prouocasse. Dicit enim textus: Ignis Dei cecidit de caelo, & vaccae, oves, puerosque consumpsit.

Item Ioan. Apoca. cap. 7. ait: Post haec vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terrae, tenentes quatuor ventos terrae ne flarent super terram, neque mare, neque in ullam arborem: vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis habentem signum Dei vidi. & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terrae & mari, dicens: Nolite nocere terrae neque mari, neque arboribus, quousque signemus seruos Dei in frontibus.

Abst. ut prius
ceps utatur
opera Sagan-
rum.

Lamiae &

Magos prodigia
facere possent
se probatur
ex Scripturis.

Angeli tenent
illos in
terpretauit
Diaboli.

§ I G. Doctot, qui sunt illi quatuor Angeli, quibus Ioannes ait esse datum, vt possint nocere terræ.

V L R. Sunt Diaboli.

§ I G. Appellatur ne diabolus Angelus?

V L R. Ita, Nam Diabolus ibidem, & etiam alibi sæpius Angelus dicitur: quia etiam missus à Deo, vt ibidem dicit glossa ordinaria.

§ I G. Fortè Ioannes hoc in spiritu vidit, dans nobis sue visionis exempla.

CONR. Dignissime Princeps non opus est exemplis, dum res ante oculos existit, vt audisti à Maleficis coram Pharaone, & à g. Iob: Si igitur hæc facta fuisse legatur, igitur & iam fieri posse quis dubitat?

V L R. I G. De illo passu in fine & post clariùs loquemur.

CAP. II.

Utrum Incantatrices possint aduſorio Diaboli hominibus & infantibus nocere, & morbos eisdem inferre, eisdemque debilitare.

§ I G. Quia de corruptione & turbatione elementorum nobis sermo est, non incompetenter querendum duximus: Si etiam incantatrices homini, & maxime infantibus morbos inferre, & aduſorio Dæmonum eiusdem nocere possunt, & eos debilitare.

CONR. Audiu à plerisque mulieribus, quomodo pueris in cunabulis iacentibus variæ ægritudines acciderunt: nunc quippe illi puero uasus apparuit euruatus: nunc alteri oculus erutus, quodque maledictæ mulieres quandoque comprehensa, asseruerunt, in torturâque recognouerunt, ob inuidiam parentum se talia pueris auxilio Dæmonis irrogasse.

§ I G. Adisti quod confessionibus talibus per metum extorris non iatator quid igitur aliud rationis seu auctoritatis in medium adducis?

CONRAD. Iam superius pro auctoritate, in libro primo Iob cognouimus, quod Diabolus filios eiusdem ventum prouocando inuasit & mortui sunt. Dignis utique audire B. Aug. 2. li. de ciuit. Dei. c. 18. dicitur: Prorsusque scriptum est, graue iugum filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulture matrem omnium usque

adeo

adeo impleri est necesse, vt ipsi paruuli per lauacrum regenerationis ab originali peccato quo solum tenebantur, uinculo iam soluti, multa patientes, nonnulli incurſus spirituum malignorum patiantur. Ecce quod Augustinus sentit, pueros incurſus Dæmonum pati. Item B. Hierony. ad Paulam de dormitione Bleſillæ in epistola ait: Quid causæ est, vt sæpe ibi noli & moli, ac vbera materna hæctenus à Dæmonio corrumpuntur. Ecce igitur sacra Scriptura & sanctorum patrum auctoritate ostensum esse, Diabolum potestatem quandoque habere corrumpendi pueros & infantes, eisque nocendi.

§ I G. Locuti modò sumus de infantibus, quid igitur in senibus & adultis?

CONRAD. Multos vidimus senes claudicantes & contractos, qui asseruerunt, ex maleficio illarum maledictarum ipsis illud euenisse.

§ I G. Quid autem sentit Scriptura?

CONR. In legenda sanctorum Simonis & Iudæ legitur, quomodo coram rege Babyloniarum Laroche & Arphaxat Malefici fuerunt constituti, qui ipsius regis oratores & rhetores mutos & claudos atque cæcos effecerunt, ac visum & gressum eisdem deo reddiderunt. Ecce apertum testimonium, quod Malefici nocere possunt hominibus, etiam senibus ac claudos & cæcos facere & rursus eosdem sanare.

§ I G. Hi namque oratores, quibus huiusmodi maleficia eueniunt, pagani extiterunt, & in Christum non crediderunt, nec signo crucis muniti fuerunt.

V L R. Prudenter loqueris, ô inelyte Princeps: quoniam in eadem legenda canitur, quod postquam dicti oratores & rhetores in Christum crediderunt, & per Apostolos signo crucis muniti fuerunt: dicti Magi eisdem ultra nocere non poterant, quanquam Magi ipsi irritati iteratò eisdem nocere attentassent.

CONR. Aie, aie, quomodo igitur poterat Diabolus nocere Iob: nam eundem grauissimo uicere percussit adeoque eundem læsit vt in simo iacens, vir suspirare posset, vt legitur in li. Iob, & tamen ipse Iob erat vir sanctus in voluntate Dei, vt testatur Scriptura, ambulans. Itè in legèda S. Antonij legitur, quomodo Dæmones eundem valde percusserunt: qui tamen vir sanctus & Deo placens fuit. Ecce ergo ex his

Cur quibusdam sanctis Dæmon nocere non possit.

constare Dæmones super sanctos etiam viros potestatem nocendi eisdem habuisse. Si igitur viros sanctos turbare potuerunt: cur igitur aliis de quorum sanctitate nobis non constat, nocere non possent?

S I G. Ex his magis magisque hæsitare incipio, quid igitur sentiendum sit, audire desidero.

V L R. Sine modo, prope finem quid sentiendum sit latius de hoc & aliis loquimur.

De impedi-
mento coitus.

S I G. Ex priori dubio oritur aliud: Vtrum possint hominem in conjugali statu existentem inficere, & ad coeundum impotentem reddere?

C O N R. Vidi plures iuvenes, qui in coitu paucum aut nihil valuerunt imò proprias uxores carnaliter cognoscere non potuerunt asserentes, ex maleficio hoc ipsis contigisse.

S I G. O multi multa loquuntur.

V L R. Profectò Canones in hoc consentiunt, asserentes: per maleficia fieri posse, ut homo, qui à natura frigidus non est, ad coeundum inhabilis reddatur, itaque in Decretali specialem titulum de frigidis & maleficiatis habemus. Vnde Hismarus etiam Papa in c. si per sortitias. 34 q. 1. ait: Si per sortitias atque maleficas artes, occulto, sed nonnunquam Dei iusto iudicio permitte, & Diabolo preparate, concubitus non sequitur, horrandi sunt quibus ista eveniunt, ut corde contrito, & spiritu humilitatis Deo & sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciât, &c. Ecce, dicit enim textus, preparante Diabolo concubitus non sequitur.

Canones ab
hominibus de-
bent approb-
ari.

Et quamvis pro decisione huius dubij ad credendum satis foret Canon, quia Canonum constitutiones ab hominibus debent approbari: ut dicitur in c. 1. de const. Nihilominus tamen hoc idem astruunt Doctores. Vnde B. Thom. in quarto super sententiis, dist. 3. ait quòd ex maleficio potest quis esse impotens ad unam, & non ad aliam. Itaque dominus Host. in summa lib. 4. Rubr. 17. de frigidis & maleficiatis dixit. Aliquando maleficiantur homines, ita quòd redduntur per sortilegium impotentes omnibus præterquam uni. Aliquando etiam maleficiantur adeo, ut non possint cognoscere uxorem, sed omnes alias.

Duplices im-
potentia con-
cubitus.

S I G. M. Aominum meum hæc movent, quia mira sunt. Nam cum coitus à natura nobis detur, admirandum certe est

erit, quomodo Diabolus cursum naturæ impedire nobis ignorantibus possit.

V L R. C. Nam & ego Vlricus ad decem & octo annos in curia Constantiensi casarum Patronus & Adveatus, prout hodie sum, etiam huiusmodi causas frigiditatis & maleficij in practica plures habui, ubi mulieres accusabatur coram Iudice maritos de impotentia coeundi.

S I G. M. Quid igitur decretum fuit in talibus causis?

V L R. C. Deceuerunt iudices eos taliter infectos medicis curiæ huiusmodi iuratis ostendere se debere pro examine Medicorum faciendo.

S I G. M. Quid inde?

V L R. C. Itaque plures comperi per Medicos curiæ iuratos inspectos: quos ipsi Medici asseruerunt natura non frigidos, sed sortilegio maleficiatos esse.

Impotentes
Medicis ex-
hibendi.

S I G. M. Et quid super huiusmodi Medicorum examine finaliter sententiarum exitus?

V L R. C. Deceuerunt iudices, partes ad triennium mutuo cohabitare debere, opus carnis huiusmodi attentando, quoque largiores in ieiuniis & Eleemosynis foret, ut Deus, qui institutor est matrimonij, huiusmodi maleficium ab eis auferre dignaretur. Verum quia de huiusmodi articulo opinionem meam in fine cum præcedentibus dubijs latius declarare intendo, interim ad alia dubia te conuertere, si velis, poteris.

C A P. III.

S I G. I S M. V N D V S querit, Vtrum dictæ mulieres in Scantatrices possint facies hominum in alias formas immutare?

Verum forma
hominum im-
mutetur.

V L R. C. Quid tibi dignissime Princeps videtur?

S I G. I S M. Quòd non.

V L R. C. Quo hoc asseris motiuo?

S I G. I S M. Dicitur enim in decreto in c. Episcopi, 26. q. 5. ubi inquit text. Quisquis ergo credit, posse fieri aliquam creaturam, aut in melius aut in deterius immutari aut transformari posse in aliquam speciem aut aliquam similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit & per quæ omnia facta sunt, infidelis est & pagano deterior.

C O N R. A D. Canonem aduersari non intendo. Sed que apud

Historiographos me legisse memini recitare cupio. Qui igitur ad Virgilium dicitur, qui in Bucolicis ecloga octava recenset: quod cum Vlysses suis cum sociis à Troia exulando ad Circeam Reginam declinasset: ipsa quoque Circe hospites tales suscipiendo pocula malefica eisde ministrasset: itaque ipsi hospites postquam venenata pocula bibissent, in animalia diuersarum specierum conuersi sunt, vniusque in lupum, alter in asinum, alius verò in leonem.

SIGISM. Fabulam recitas: poetæ finxerunt quibus nō est credendum.

CONRAD. Certè reiiciendi non sunt. Nam Cælius Lactantius ait poetæ Historias scripsisse: sed sub occulto figmento velasse. Attamen hoc recitat Boëthius Doctox Catholicus in libro quarto de consolatione, & ait:

<i>Vela Natiui ducis</i>	<i>Iam tamen mala re miges</i>
<i>Et vagas pelago rates</i>	<i>Ore pocula traxerant,</i>
<i>Eurus appulit insula</i>	<i>Iam sues Cerealia</i>
<i>Rulchra qua residens domi</i>	<i>Glande pabula verterant,</i>
<i>Solis edita semine</i>	<i>Et nihil manet integrum</i>
<i>Miscet hospitibus nouis</i>	<i>Vocet & corpore perditis.</i>
<i>Tacta carmine pocula,</i>	<i>Sola mens stabili supra</i>
<i>Quos ut in varios modos</i>	<i>Monstra qua patitur gemit.</i>
<i>Veris herbipotens manus</i>	<i>O leuam nimium manum!</i>
<i>Hunc spri facies tegit,</i>	<i>Nec potentia gramina</i>
<i>Ille Marmaricus leo</i>	<i>Membra qua valeant licet,</i>
<i>Dente crescit & unguibus.</i>	<i>Corda vertere non valent:</i>
<i>Hic ludus nuper additus</i>	<i>Intus est hominum vigor</i>
<i>Flore dum parat vltat:</i>	<i>Arte conditus abdita.</i>
<i>Ille Tigris ut Indica</i>	<i>Hac venena potentius</i>
<i>Tecta mistis obambulat,</i>	<i>Detrahunt homines sibi</i>
<i>Sed licet variis malis</i>	<i>Diva qua penitus meant</i>
<i>Numen archaëlis alitis</i>	<i>Nec nocentia corpori</i>
<i>Obstitut miserans decem</i>	<i>Mensis vulnere sanant.</i>
<i>Pesse solum erit hospitis.</i>	

Hæc Boëthius decurratis metris canit.

SIGISM. Tametsi præclaro stylo Boëthius Vlyssis Sociorumq; Æsta recitet, hæsto tamen an vera sint, & si talia gesta vera fuerint, non mirum, si istud his hominibus accidit qui pagani fuerunt, Idola venerantes, & statuas Dæmonum

Poeta vult Historias scripsisse.

monū adorantes: vnde Diabolū super homines tales maiorem potestatem habuisse credimus. Cū autē nos Deum cœli adoremus & in Christū per quē ab imperio Diaboli liberati sumus, vnde nobis talia contingere posse non existimo.

CONR. Insuper his simile factum audiuius. Narrae enim Apuleius prout de eo recitat Augustinus, eidem asini aures accidisse, accepto veneno, humano animo percipiente se asinum factum fuisse.

SIG. Dixi iam differentiam esse inter Idola adorantes, & Deum cœli colentes.

CON. Procedamus igitur ad eos, qui Deū cœli adorāt, vt ostendamus eidem venefica arte talia pariter accidisse.

SIGISM. Procedamus igitur.

CONRAD. In historia sancti Clementis recitatur, quomodo facies Faustianiani, qui pater sancti Clementis exitit, & cum Beato Petro Apostolo conuersabatur, per Simonem Maleficum immutata fuerit. Dicitur enim in eadem historia, quod cū Imperator Cornelium centurionem misisset Antiochiam, vt illic Magos & Maleficos caperet. Faustianianus licentiam salutandi Apionem Anubionem à Beato Petro petiit. Cū autem idem Faustianianus apud Simonem Maleficum declinasset, Simon Anubiani & Apioni ex-

Etiā inter Christianos quosdam magos in be-

De Simonis Magi exēplo

posuit, quomodo idem illa nocte Cornelium fugere vellet, eò quod audisset eundem Cornelium Imperatoris ex præcepto se comprehendere velle: vnde ipse Simon omnem furorem in Faustianianum conuertere proposuerit. Tantūm, inquiens facite Faustianianum cœnare vobiscū: At ego, ait, quoddam interim vnguentum componam quo cœnatus faciem suam perungam, ex eo quoque vultum meum habere videatur.

Vos autem herbæ cuiusdam succo faciem perungimini prius, vt non fallamini de mutatione vultus eius. Volo enim vt comprehendatur ab his qui me querūt, & luctum habeant filij eius, qui me relicto fugerunt ad Petrum, itaque facies Faustianiani fuit mutata, vt nemo eundem præterquam Petrus cognosceret, admodum quippe vt qui Faustianianum intuebantur, existimabant Simonem Magum videre. Ecce igitur quod per maleficas artes vir sanctus erat immutatus.

Faciem alie- rius in suam mutare.

SIGISM. Fortè pro tunc Faustianianus catechumenus fuit: nec dum baptizatus à Petro: vel Deus hoc ideo permi-

fit ut dolus Simonis Magi proficeret in gloriam Petri, prout factum fuit.

CONRAD. Quocunque modo permissum exiterit, attamen ex historia claret, quod facies eius per maleficium immutata fuit.

Item in historia Beati Petri recitatur, quod cum Simo Magus ante faciem Neronis Imperatoris staret, eius effigies subito mutabatur, ut modo senior, modo adolescentior videretur. In eadem quoque historia legitur, quod Simo Magus hircum in speciem hominis secundum ipsius Simonis mutavit. Fertur enim Simonem Neroni dixisse, ut scias optime Imperator, me filium Dei esse, iube me decollari, & tertia die resurgam. Præcepit ergo Nero carnifici ut decollaret eum; qui cum putaret Simonem decollare, decollavit arietem. Simo autem arietis membra recolligens, & se illa tribus diebus abscondit. Tertia vero die ostendit se Neroni, dicens: Fac sanguinem meum abstergi qui effusus est: quonia ecce ego qui decollatus fueram sicut promisi, tertia die resurrexi. Nero vero his visis obstupuit, & eum filium Dei putavit.

SIGISM. Bone Doctor, quid tu affers in medium?

VLRIC. Maiorum Doctorum testimonia in eam rem adducam. Dicit enim Beatus Aug. in libro de spiritu & anima. Humana opinio dicit, quod quadam arte & potestate Demonum homines conuertere possunt in lupos & iumenta & portare quæque necessaria. post peracta opera iterum ad se redire, nec bestialem mentem in eis fieri, sed rationalem humanamque seruare. Hoc intelligendum est, quod Dæmones quidem naturas non creant, sed solum aliquid tale facere possunt, ut videatur esse quod non est. Hæc Aug. Ecce ergo quod Aug. concepit, quod aliqui tale facere possunt.

SIGISM. Sed subdit ut videatur esse quod non est.

VLRIC. De hoc latius in solutione finali dicemus. Insuper Aug. in lib. 18. de ciuitate Dei, ait: De iudificationibus Dæmonum quid dicemus, nisi de medio B. bylonis esse fugiendum: quia enim in hoc maiore potestate Dæmonum videmus: tunc tenacius Mediatori inherendum, per quem de inuis ad summa cõscendimus. Nam cum essemus in Italia audiebamus talia de quadam regione illarum partium, ubi stabularias mulieres imbutas his artibus in caseo dare solere dicebant, quibus vellent, seu possent viatoribus, vnde in iumenta illico

illico verterentur, & necessaria quæque portarent, postquam perfuncta opera ad se redirent, nec in his vitam bestialem fieri, sed rationalem seruari. Hæc Augustinus.

SIG. Hæc Aug. loquitur de auditu alieno, dicens, se à quibusdam recitatoribus audiuisset, vnde dictum Augustini nihil in hoc concludit quia testis de auditu alieno loquens non probat.

VLRIC. Sapienter loqueris, attamen audiamus propinquiora. Vincentius in speculo naturali lib. 3. ca. 3. refert, cuius verba hic refert Guillelmus Malmes Berientis monachus, in historia sua, quod tempore Petri Damiani fuerunt stabularias, item transeuntes ad hospitia. Pro mercede surripientes. Nam stabularium proprie hospitium venale & publicum dicitur: Hæc uno comorantes tugurio, uno quoque vtentes maleficio, hospitem, si quando superueniebat solus in equum, vel suam vel asinam mutabant, & mercatoribus vendentes, pretium habebant.

Quadam die iuuenem histronicis gestibus victum exigentem hospitio susceperunt, susceptumque asinum fecerunt, multum inde lucrantes per asinum, scilicet qui miraculo gestum distinebat transeuntes. Nam quocunque modo asinus præcepisset, mouebatur. Non enim amiserat intellectum, sed loquelam: multum inde quaestuum constauerat vetula. Audiens hoc vicinus diues, asinum emit magno pretio. Dictum quoque est ei ab illis vetulis ut custodiret eum, ne in aquam intraret: seruatusque asinus diu ab aqua tantem incautiorem factus custodiam, in locum proximum, se proiecit: & ibi se diu volutans asinam figuram perdidit, propriamque recepit. Cumque custos eius sciscitaretur ab eodem obuiio si asinum vidisset, ille se esse dixit, famulus ad domum revertit, dominus ad Apostolicum Leonem illo seculo sanctissimum, conuictæ etiam anus idem fatentur.

Dubitantem Papam confirmavit Petrus Damianus vir eruditissimus, producto exemplo de Simone Mago qui Faustianum videri fecit in figura Simonis. Ecce ergo quod Petrus Damianus vir magnæ auctoritatis apud Papam conclusit hoc fieri potuisse.

SIGIS. Sanctis historiis & auctoritatibus me impellit ut nesciam quorsum me vertam.

VLRIC. In fine latius loquemur de hoc.

Hircus mutatus in speciem hominis.

Simon Magus se filium Dei fingit.

Naturæ Dæmones non creant.

Guillelmi Malmes Berientis historia.

Stabularium quid significet veteribus.

Histrion in asinum ludicrum mutatur.

De profectio-
nibus noctur-
nis incantatio-
nicum.

Vtrum dictæ mulieres incantatrices proficiscantur ad
cõuuiua, vel possint super baculum vinctum, vel super
lupum, seu aliud animal equitare, & ad sui conuiuij ludum
de loco ad locum traduci, vbi bibant & comedant, ac se
mutuò cognoscant atque delectentur,

SIGISM. Vtcrius quæro, vtrum super baculum pin-
guedine quadam vinctum, aut super lupum, vel aliud ani-
mal possint tales mulieres maledictę equitare, & an Diabo-
lus possit eas deferre de loco ad locum, vt bibant & conui-
uia celebrent, seque mutuò cognoscant atque delectentur.

VL R. Audienda est tua opinio benigne Archidux.

SIGIS. Nouimus quòd Diabolus spiritus est, qui non
habet manus, neque pedes, nec etiam alas, qui etiam non
commensuratur loco, quomodo igitur hominem qui cor-
poreus est portare possit?

De propheta
Abacuc tran-
sente per ange-
lum.

CON R. Fortè spiritus ingrediuntur aliqua corpora, &
assumunt sibi talia ad opus illud quod facere volunt. Nam
in sacra Scriptura legimus, Danielis vltimo, quòd Angelus
Domini apprehendit Abacuc in vertice eius, & portauit
eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylonem. Ecce
quamuis Angeli spiritus sint, & non habent manus neque
pedes, tamen concludendum est, quòd Angelus corpus as-
sumpserit, quo Abacuc capillis tenere & portare potuit. Sic
Actuum Apostolorum 8. legitur, Spiritus Domini rapuit
Philippum, & inuentus est in Azoto.

SIGISM. Hoc in spiritibus & Angelis bonis fieri pos-
se concedo, in quibus maior est potestas.

Diabolus du-
cit Hermoga-
nem ad S. Ia-
cobum.

VL R. Loquamur ergo de malis, & sic de Diabolo. Nam
in legenda sancti Iacobi legitur, quòd Diabolus Hermo-
genem constrinxit, & ligatis manibus & pedibus eundem
ad sanctum Iacobum detulit.

CON R. Referã autem ego, quod tēporibus nostris qui-
bus adhuc iuuenes mutuò in scientiis humanitatis constu-
dentes fuimus, accidit ante lapsum mulhorum annorū, vidi
ergo in iudicio prouincialis ciuitatis Constantiensis duos
mutuò ligantes, vbi accusator in forma Iuris se inscribēs
contra quendam rusticum, quem Maleficū asseruit, actio-
nem proposuit, quòd idē rusticus super lupū quendã equi-
tans obuiã accusatori venerit, quo obuiante ipse accusator

Equitans le-
pum in die.

subitò

subitò contractus, & membris languidis factus fuerit. Ita-
que rogante eo Maleficum, vt sanitatem sibi restitueret, an-
nuerit Maleficus: Qui abiens rem aliquantulum temporis
tacitus continuit. Verum, quia idem rusticus etiam aliis suo
Maleficio damna intulisse dicebatur, vnde tandem accusa-
tor eundem publicè insignem iudici recusat.

SIGISM. Quid ad huòdi accusationē rusticus respòdit?

CON R. Negauit ille.

SIGISM. Ad torturam fustne positus?

CON R A D. Non.

SIGIS M. Quomodo igitur conuinci potuit?

CON R. Per testes.

SIG. Quam causam dicti allegarunt testes?

CON R. Assueuerunt per eorundem iuramenta publicè
præstita, quòd ipse rusticus Maleficus, etiam ipsos testes in
corpore & rebus damnificauerit.

SIG. Datus fuerat ipsi accusato orator ad defendendū.

VL R. At ego tali iudicio affui, & ego illud cum grauitate
& maturitate fieri vidi: ipsas etiam partes duos magnæ
eloquentiæ viros proloquutores habuisse memini.

SIGISM. Quinam hi fuerunt?

VL R I C. Cõradū quòdã Schak patrem nostri disputã-
tem, ac Vlticum quondam Blasfer nostræ ciuitatis Prætores,
viros rememoratione dignos pro oratoribus habuerunt.

Vlticus
Blasfer.

CON R A D. Ordinato itaque iudicio, ex dictis testiū
ipsū accusatum conuictum condemnari, condemnatum
concremari vidi.

SIG. Quæstio ista aliam etiam particulam continet: vi-
delicet, quòd huiusmodi mulieres quandoque conueniant
mutuòque confabulentur, bibant & se inuicem agnoscant.

CON R. Sic fieri solere vulgus clamat, ipsæque mulieres
talia cõstentur, & propinqua iudicia cõfessionis assueant.

De conueni-
bus & conui-
uijs Malefican-
rum.

SIGIS. Nõne ait Canon in c. Piscopi: 2. 6. q. 5. vbi tex-
tus. Illud etiã non omittendum est quòd quædam mulieres
sceleratæ retro post Satanam conuersæ Dæmonū illusioni-
bus, phantasmatis se seductas credunt, & profitentur, se
cum Diana nocturnis horis, Dea paganorum & cū Hero-
diade, & innumerata multitudiue mulierum equitare super
quasdam bestias, & multa terrarū spacia intempesta nocte
perire.

pertraasire, eius iussionibus obedire, veluti domine, & certis noctibus ad eius seruitium euocari, sed vti in hac solæ in perfidia, perissent, non multas secum ab infidelitatis interitum prouocassent. Nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta, vera hæc esse credit, & credendo à rectâ fide deuia, errore paganorum inuoluitur.

De Incubis.

CONR. Si itaque iuxta verba Canonis opinio decepta, vnde igitur prouenit, quod ipse mulieres ex aliis ciuitatibus homines noscunt, quos etiam conuiuio interfuisse asserunt: & iudicia cognitionis suæ ostendunt, quos tamen prius nunquam viderunt, neque in huiusmodi ciuitatibus cum talibus prius conuersatæ fuerunt?

VLRIC. Hanc instantiã, etiã si vrgeri videatur, tamè prope finem huius tractatus exẽplo sancti Germ, soluẽmus.

CAP. V.

SIGIS. Quærendum insuper fortè existimo, vtrũ Diabolus in forma hominis possit apparere, & cum huiusmodi maledictis mulieribus possit incubando commisceri.

CONR. Nemo dubitat quia Diabolus in forma hominis apparere possit. Nã in legenda sancti Martini legitur, quod cum Martinus Mediolanũ præterisset, Diabolus ei in humana specie obuius fuit. Sic in legenda sancti Antonij legũt, quod Diabolus in specie pueri nigri prostratus apparuit. Item in legenda sancti Eligij legitur, quod Diabolus in specie pulchræ mulieris eundem apud fabricam suam alloquebatur. De Salvatore quoque nostro Matthæi quarto legitur, quod assumpsit eum Diabolus, & statuit eũ super pinnaculum templi. Vnde in hanc partem assentior, quod Diabolus in specie humana possit hominib. apparere, & cum eis conuersari. Legitur quod Plato Dæmone domestico quasi famulo vsus sit.

De Salvatore in pinnaculo templi confisso.

SIGIS. Sed quid de alia parte quæstionis, an Dæmones possunt cum talibus mulieribus dormire, & coire cum eis?

CONR. Hoc namque mulieres cõfitentur, quod incubis commisceantur, & sicut ab amatoribus tractentur.

SIGIS. Vana mulierum opinio, multa garrulant quæ vera esse putant.

CONR. Profectò quãdoq; perseverant in huiusmodi eorũ confessione, etiã cum ad mortem ducuntur, & nihil

aliud

aliud vident, quàm moriendum esse. Veruntamẽ audiamus gesta aliorum magis authorizata. Legitur enim in historia sancti Bernardi, quod Dæmon siue incubus, pluribus annis cum quadam muliere dormiuit etiam marito mulieris in eodem lecto condormiente, at tamen hoc nefas ignorante. Itaque tandem mulier pœnitentia ducta, voluit deinceps licentiarè & expellere Incubum, verũ non potuit: vbi beato Bernardo conquerens, qui ipsum Dæmonem ardentibus candelis excommunicauit. Ac si eundem à dicta muliere effugauit.

S. Bernardus Damone ardentibus candelis excommunicauit.

Item beatus Aug in 15 lib. de ciui. Dei, ait: Creberrima facta est, multique exorti sunt, vel ab illis, qui expertos se audisse affirmant, Syluanos atque Faunos, quos vulgò Incubos vocant improbos, sæpè mulieribus exiisse: & earum appetisse & petegisse concubitum.

Item in historiis Arcturi regis Britannia: sæpius leguntur huiusmodi accidisse.

Historia Arcturi Regis Britannia.

SIG. Quid igitur responderetur ad auctoritatem Cassiani, qui ait: Nullo modo credendum est, spirituales naturas cum fœminis carnaliter coire posse. Nam si hoc aliquando posset fieri, quomodo nunc vel nuaquam vel rarò videremus aliquos ex eorum concubitu de mulieribus absque virili semine nasci. cum præsertim contestet eas libidinum sordibus admodum delectari, quas proculdubio per semetipsas potius quàm hominibus exercere mallet, si illud villo modo effici posset. Hæc ille.

VLRIC. Hæc auctoritas induxit ad aliam quæstionem, An videlicet ex coitu Dæmonum cum mulieribus patrato possit nasci puer?

De natu ex incubis.

CAPVT VI.

SIGISM. An ex coitu Dæmonum cum mulieribus patrato possit nasci puer?

CONR. Tritum est seimone prouerbium, ex huiusmodi concubitu filios natos esse, quos vulgus abiectos nominat, qui etiam Alematico idiomate *me hselbach* appellantur, vnde fabulantur de quadam Melusina incuba, que cui-

Historia Melusina.

dam Comiti adhaesisse dicitur, pluresq; filios ex ea natos fuisse. At vnumquemque huiusmodi filiorum aliquid prodigij in membris habuisse, illum namque tres oculos, alium dentes aprinos contraxisse fama est.

De Pythonicis mulieribus.
 SIG. Fabula hæc ab incerto auctore orta fidem non facit.

CONR. Apud Vincentiū libro historiali 21. lib. capite 30. narratur, quod Vortigernus Rex consilio inuito cum sapientibus quid agere deberet ad sui tutamentū consilio autem capto, iussit conueniri artifices, vt ei turrim fortissimam construerent, sed cum opera eorum tellus absorberet, suum esse regi, vt hominem sine patre quaereret, & eius sanguine lapides in cementum aspergi perciperet, & quasi hoc facto demum stare potuisset. Inuenerunt igitur adolecentem, cui nomen erat Merlinus, qui cum matre sua adducitur coram Rege, quæ confessa est, de spiritu in specie hominis illum concepisse. Merlinus autem multa obscura reuelauit, multa prædixit futura. Aperuit enim, sub fundamento esse lacum, sub lacu duos latere Dracones, quorum vnus rubeus, populum Britannum, alter verò albus Saxonum designaret, & quis in conflictu suorum alterum vinceret, prædixit & Aurelium Ambrosium deuicto Hengisto & combusto Vortigerno regnaturum. Ex illa enim historia habetur, Merlinum ex Incubo Diabolo genitum. Item & de illo Merlino B. Aug. & ceteri Doctores faciunt mentionem.

SIG. Quid igitur sentiunt de Merlino Doctores?

VLRIC. Prope finem tractatus latius explicabitur. Nunc de illa particula Incuborum amplius progrediamur. Glossa ordinaria super 6. c. Gen. i. lib. vbi textus ait, Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt potentes à seculo & viri famosi. Hæc textus. Glossa autem desuper dicit, Non est incredibile ab hominibus, non ab Angelis vel quibusdam Dæmonibus, qui sunt improbi, huiusmodi homines esse procreatos, quia post diluuium corpora non solum virorum, sed & mulierum incredibili magnitudine existerunt. Hæc glossa.

SIGIS. Mirabilis hæc foret glossa, si Diabolus posset procreare pueros.

VLR. Iosephus Iudæorum nobilis Princeps, viz vtiq; multarum rerum discretus, quem etiam Hieronymus laudibus effert, hoc idem super illum passum scribens, asserit, illos ex concubitu spirituum Incuborum cum mulieribus

paratos fuisse.

CONRAD. Adducam etiam propinquiores historias, Gausfridus Athioderus prout eundem Vincetius in naturali libro tertio recitat, dicens, quomodo quidam Decanus sacerdotum cum sorore Ducis Burgundie Regis Siciliae Rogerio desponsata ali qua diu regni inhabitans, ibi certissime cepit quod narrabat quidam strenuus iuuenis: & natandi arte peritus, circa crepusculū noctis lucete luna in mari balneas mulierem post se natantē per crines apprehendit, tanquam vnā ex sociis, qui eum vellet mergere, eamque alloquēs, nullum verbum extorquere potuit, opertamque pallio in domum duxit: & tandem in vxorem solēnter accepit. Incepit aliquando à socio quodā quod phantasma accepisset, expatescens arripuit gladium, minatus in conspectu eiusdē mulieris, filiū quem ex ea susceperat interfectorum, nisi illa loqueretur, & diceret vnde esset. Quid inquit: Væ tibi misero, vile perdis vxorē dum cogis avari. Tecum essem, & tibi bene foret, si iniūctū mihi silentiū tenere permisisses. Nūc autē deinceps me non videbis, & mox euauit. Puer autem creuit, & marinum balneū frequentare cœpit. Tandem vna dierum phantastica illa mulier coram multis eundē puerū in eisdem fluctibus occurrentem rapuit: quem si verus filius fuisset, mare ad litus expellere debuisset.

SIG. Fuit ne igitur talis puer verus vel phantasticus?

CONRAD. Ex historia deprehenditur, quod talis puer comedere bibit, ambulauit, & multis annis educatus fuit.

VLR. Pro quo Merlinus & hic puer habiti fuerint prope finē enodabimus: nūc interim ad alias historias pergamus.

SIGISM. Perge igitur.

CONRAD. Helimandus quarto libro, quem Vincentius refert, pariter narrat, cuius verba hæc sunt. In Colonienfi Diocesi famosum & immane palatium Rheni fluminis supereminet, quod Louamē nūcupatur, vbi pluribus olim congregatis principalibus improviso aduenit nauicula, quæ collo alligatam cygnus tradebat argentea cathena. Exindē miles nouus & incognitus omnibus exiit: & cygnus nauē reduxit. Miles postea vxorē duxit, liberos procreauit. Tandē in eodem palatio residēs, & cygnū inspiciens aduentantē, eandē nauicula & cathena statim in nauem se recepit, & vltorius non comparuit, progenies autem eius vsque ho-

D d d

Homo sine patre.

Merlinus
 Divinator

Color rubeus
 Britannos, no-
 sat, albus Sa-
 xones.

De Giganti-
 bus post dilu-
 uium.

Quidā vnā
 mulierem post se natantē per crines apprehendit, tanquam vnā ex sociis, qui eum vellet mergere, eamque alloquēs,

Louamē auz
 ad Rhenum,
 Signus tra-
 hit nauem i
 Rheno.

Progenies in
 Germania ex
 cygno.

die perseverat. Hæc Helimandus.

SIG. Quanquam huiusmodi historiarum auctores graves sint, graue tamen non minus est credere talia facta fuisse, & facta, quomodo talia intelligenda veniat. Etenim, quia dicit te in fine, huiusmodi dubia pro tua capacitate resolvere, in quantum possis, velle, ideo ad vltiorem questionem progredior, videlicet vtrum Maleficæ possint futura prædicere, & secreta Principum consilia reuelare.

CONR. Audimus, quod Melibus multa futura prædixit, quæ etiam facta sunt, prout ex historiis deprehendimus. Item, nonne Balaam, vt testatur Scriptura, Arius fuit, & tamen multa futura prædixit. Item nonne Diabolus in specie Samuelis ad prouocationem Pythonicæ mulieris prædixit Saul & omnem suam familiam in bello mansurum, quod factum fuit, vt dicitur Reg. 1. Cecidit enim Saul & Ionathas filius eius in bello, & mortui sunt.

SIGIS. Nonne futurorum cognitor solus est Deus, secretorumque inspector, qui est prima causa & primus motor omnium?

VLR. Est verè sed nihilominus tamen Diabolus futura prædicere potest. Videmus enim quod Medici & Astrologi, & alij sapientes homines sæpè futura prænoscent.

SIG. Quæuis futura prædicet, tamè nõ est necesse, vt ita eueniat, vnde necesse est futura prædicendo non cõcludunt.

VLR. Rectè arguis, colendissime Princeps, quia omnia in potestate Dei, cui nemo est consiliarius nisi ipse sibi.

SIGISM. Vellem enim scire, quomodo Diabolus futura prædicere potest.

VLR. Audi verba B. Augustini in Decreto posita, in c. Sciendum. 36. q. 4. vbi text. Sciendum hanc esse naturam Demorum, vt aëri corporis sensum terrenorum corporum sensum faciliè præcedant celeritate, & propter aërei corporis superiorem nobilitatem non solum cursus quorumlibet hominum vel ferarum, verum etiã volatus auium incomparabiliter vincunt, quibus duabus rebus quantum ad aëreum corpus attinet præditi, hoc est, acimonia sensus, & celeritate motus ante cogitata pronunciant, quæ homines pro sensu terreni tarditate mirentur.

Accessit & Dæmonibus per tã longũ tempus, quod eorũ vita protenditur, longè maior experientia, quã potest hominibus

ibus propter breuitatem vite peruenire. Per has efficacias, quas aërei corporis natura sortita est, nõ solum multa futura prædicunt Dæmones, verum etiam multa faciunt, quæ quoniam homines dicere aut facere non possunt, eos dignos quibus seruiant & quibus honores diuinos deferant arbitratũ, instigante maximè vitio curiositatis, propter amorè felicitatis falsæ atque terrenæ excellentiæ tẽporalis.

Nunc quia de Diuinatione Dæmonum questio est: Primum sciendum est, illos plerumque prænunciare quæ ipsi facturi sunt. Accipiunt enim sæpè potestatem & morbos immittere, & ipsum aërem vitando morbidum reddere & peruersis & maioribus terrenorum commodorum malefacta suadere. de quorũ moribus certi sunt, quod eis talia suadentibus consensuri sunt. Suadentibus miris & inuisibilibus modis per illam subtilitatem corpora hominum nõ sententium penetrando, se cogitationibus eorum per quædam imaginaria iussa miscendo, siue vigilantium, siue dormientium. Aliquando autem nonnunquam ipsi faciunt,

Sed quandoque naturalibus signis futura prænoscent, quæ in omnem sensum venire non possunt ante prædicunt: neque enim, quia præuidit medicus, quod præuidere nescit huius artis ignarus, ideo diuinus habendus est. Quid autem mirum si quemadmodum ille corporis humani perturbata vel mortificata temperie, seu bona vel mala futura, prouidet valetudines, sic Dæmones in aëris affectione sibi nota nobis igaotas futuras præuident tempestates. Aliquando etiam hominum dispositiones non solum voce prælatas, verum etiam cogitatione cum suis quædam ex animo exprimentur in corpore facilitate prædicunt, atque hinc etiam multa futura prænunciant alij, videlicet mira iis qui ista disposita ignorarunt. Hæc August.

SIG. Est igitur ipsis credendum?

VLR. Prorsus non.

SIG. Quare?

VLR. Quoniam ipsi etiam Dæmones quandoque fallunt & etiam homines fallunt & decipiunt.

SIG. Da exemplum vbi falluntur.

VLR. Legitur in legenda sanctorum Simonis & Iudæ, quod eum Varralach Princeps regis Babyloniorum aduersus regem Indorum bello decertare vellet, Magos & Ariolos cõsultit, vt super euentu belli responsa ab Idolis & Dæmonibus reciperent,

D d d 2

Vtrum Malefici futuri & secreta prædicant.

De diuinationibus Dæmonum.

Ex naturalibus signis prædictiones.

Quomodo Dæmones futura & secreta sciunt.

Experientia Dæmonum.

Dæmonum prædictiones fallaces sunt.

At Dæmones responderunt & prædixerunt grande bellum futurum fore & ex utraque parte interfici præliantes. Postquam hoc Varradach audiuit, in tristitiam incidit. Apostolis autem Simone & Iuda in risum, excitatis, ait Dux, me timor inuasit, vos autem ridetis. Dicunt A) ostoli, cesse timor tuus, nobiscum pax intrauit istam provinciam hodie intermirte profectioe & cras hora tertia veniens quos præmissi cum legatis Indorum, qui pace vestra ad quascunque conditiones gratanter contentientes pactum firmissimum stabiliet. Simili modo Arioli ridetes, dicentes Duci: Noli Domine hominibus illis credere mēdacibus, aduenis & ignotis qui ideo aliqua loquuntur, ne exploratores teneantur. Isti Dij qui nunquam fallunt, dederūt tibi responsum, ut cautus & sollicitus sis. Quid multa? Crassino die venerunt nuncij, qui missi fuerāt, & nunciaverūt ita esse prout Apostoli dixerūt.

Ecce quod Dæmones falsi exiterunt, mendacia prædixerunt & procul dubio ipsi Dæmones si potuissent, & si sciuissent, libenter vera responsa dedissent: cum illud mendacium eisdem Dæmonibus in præiudicium exierit. Sed quia futura ignorabant, ideo se ipsos sefellereunt? Ita habes, quod etiam ipsimet Dæmones tolluntur.

Sed istud notandū est, quod ipsi Dæmones dubitant de euentu eorum quæ prædicunt. Quid igitur faciūt cum dubitant? Ait Aug. n. d. c. sciendum, sed ne, inquit apud cultores suos pondus auctoritatis amittant, id agunt, ut interpretibus suis signorum suorum coniectationibus culpa tribuatur, quando ipsi decepti fuerint vel mentiti, hæc Aug.

SIGIS. Pone exemplum.

VIR. Legitur de quodā Principe, qui aduersus Romanos pugnare valens, Deos suos, id est Dæmones & Ariolos super victoria consuluit, qui euentū ignorantes, ut tamen aliquid responderēt, ne futura ignorare, arbitrarentur, dixerūt, Romanos te vincere certum habe. Potest autē accusari ille, Te, variis modis conserui, ita ut si ipse Dux Romanos viciisset, consonum responsioni fuisset: si vero à Romanis victus fuisset responsioni inmutari Dæmonibus nō potuisset. Vnde igitur ambigua obscuritate responsa solent dare.

Itē sapē etiam sua eorum voluntate fallunt & mendacia dicunt: quoniam pleni sunt inuidia, & gaudent, dum homines, in errorem mittunt & decipiunt. Vnde periculosum est

est eis credere, quoniam nescit homo, quando ipsi fallunt, ut fallere pro eorum consuetudine nos volunt. Sic itaque elementissime Princeps habes, quando ipsi secreta scire & futura prædicere possunt: & quod fides in eorum dictis ponenda non est, quia in eis ponenda non est veritas.

§ I G. Satis iā dubiorum nostrorum occasione vos hinc inde allegantes audiuius. Nunc nostri propositi mens finem determinationis appetit, quid igitur tu sentias placet ut detegas.

VLRIC. Quæ igitur dubia resolui cupis?

CAP. VII.

SIGIS. Vtrum Dæmones, seu homines ministerio Dæmonum possint turbare aërem, prouocare grandines, & nubes aëris nocere terræ atque hominibus morbos inferre, seu hominem sterilem facere.

VLR. Dico quod non possunt, nisi quando & quibus, ac quantum à Deo ex causa Maiestatis suæ mouente cōceditur.

§ I G. Super quo fundas hanc conclusionem.

VLRIC. Super prius deductis. Insuper Ioannes Damascenus. li. 2. ait: Non habent Dæmones virtutes aduersus aliquem, nisi à Deo dispensante, cōcedatur, sicuti in Iob. & in porcis. Percussione vero Dei facta, & fortitudo linem habent & transmutantur, & transfigurantur, in quamcunque volūt figuram, secundum imaginem, id est, phantasiā.

Item Gregor. in Dialogo lib. 3. ait. Absque omnipotentis Dei concessione, nullam habet potestatem contra hominem malignus spiritus, qui etiam in porcos transire non potuit nisi permissus.

§ I G. Quid est hoc dicere, in porcos transire non potuit: nisi permissus.

VLRIC. In Evangelio legitur, quod cum Christus Dyabolum moniacū curasset & multas legiones Dæmonum ab eo eiecisset, petierunt Dæmones licentiā à Domino, ut porcos ingredi possent qua data intraverunt porcos, & in mare struerunt, &c. Ecce quod Dæmones nō audebant porcos intrare, & eos molestare, nisi prius à Deo obtenta licentiā.

SIGIS. Cognosco itaque quod cum eisdem à Deo permissum fuerit, quod ex tunc nocere possunt.

VLR. Rectè cognoscis. Vnde ait Hier. super Pl. 33. Itaque

Quemodo Dæmones consulant ambiguitate suis prædictionibus.

Alij sic referunt, Aio te viciisti Romanos viciisti te posse.

Nec Satanas porcos sine Dei permissu intrare potest.

54
qui quibusdam in Psal. dicitur: Fiat Angelus Domini persequens eos. i. Diabolus seu spiritus malus: quia Dominus creavit illum, & in sua habet potestate. Ecce ex hoc habes, quod sapere Deus concedit Diabolo, ut persequatur homines

Item Beatus Aug. de divinatione Demonum ait: Accipiunt autem sapere potestatem & morbos immittere: & aërem vitiaudo in orbis reddere, & peruersis malefacta suadere. Nam beatus Aug. in lt. 3. de Trinitate ait: Ex ineffabili aërem Dei potentia fit, quod possint mali Angeli. si permittentur: deo vero non possunt, quia non permittuntur.

SIGISM. Cum autem Dæmonibus talia facere à Deo permittitur, possunt nequæ, pro eorum libito facere quantum volunt?

VLRIC. Non, nisi tantum quantum eis facere permittitur: & ideo August. eodem loco in lib. 3. de Trinitate, ait: Ideo non possunt, quia non permittuntur. Subiungit etiam, dicens: Neque enim alia occurrit ratio, cur Magi non po-

Aliquando ruerunt facere cinifes, qui ranas serpentisque fecerunt, nisi quia maior aderat prohibitio Dei dominatio per spiritum sanctum, quod etiam Magi confessi sunt: Digitus Dei est, &c. prout Exo c. 7. dicitur.

Cibus Diaboli sunt tentationes.
Vnde Ioannes Chrysostomus super Matthæum libro primo, ait: Homines autem non quantum vult, tentat Diabolus, quoniam quantum ad se, nunquam cessaret à tentatione, neque enim habet alium actum. Non enim manducaret nec dormit, nec aliud operatur: nisi ut teneat, fallat, & subuertat, hic cibus illius est. Ecce ergo, quod Ioannes Chryso. dicit, non quantum vult, &c. tentat &c. Vnde in lib. 2. sent. dist. 7. Petrus Lombardus ait: Dæmonum autem scientia & virtute exercentur etiam artes Magica, quibus tamen tam potestas quam scientia à Deo data est, vel ad fallendum fallaces, sicut Ægyptios, & etiam in ipsos Magos data est: ut eorundem spirituum operatione viderentur admirandi, à quibus erant damnandi, vel ad mouendum fideles, ne tale quid facere pro magno desiderant, vel ad exercendum seu probandum iustorum patientiam: Nec putandum est Dæmonibus hanc rerum visibilibus materiam ad nutum seruire, sed Deo potius, à quo hæc potestas datur.

Demonibus potestas datur fallendi fallaces habere Magos.

SIG. Nunc si possibile foret te duce cuperem scire, quando Deus gloriosus Dæmonibus concedat & permittat nocere

terra:

terre & hominibus, ac subuertere aërem & aquas, &c.

VLRIC. Grauis est hæc quæstio, quis enim nouit Dei voluntatem? unde clamauit Apost. Paulus ad Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiarum & scientiarum Dei, quam incomprensibilia sunt iudicia Dei, & inuestigabiles viæ eius quis enim cognouit secretum Domini, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?

SIG. Ex si arcana cuncta Dei inuestigare non liceat, loquamur tamen quantum nobis ab alto de gratia conceditur.

VLRIC. Dico itaque, sapere numero aëris perturbationem, tempestates, tonitrua & alia absque ministerio Dæmonum posse fieri, & dispositione naturali, Planetarumque motu, diuina bonitate astra cursus suos agere permittente, & de illis causis satis Philosophi tractant, prout Aristoteles in libro Meteororum scribit.

Tempestates fieri dispositione naturali.

SIGISM. De hoc non est dubium, quin naturali motu talia fieri possint. Sed quæstio est, quando Diabolo concedatur hæc faciendi potestas.

VLRIC. Misericordissimus Deus, qui singulari sua providentia ob utilitatem hominum disponit, quandoque talia permittit, in pœnam correctionis peiorum, quandoque in tentationem augmentatorum meritorum, quandoque in prodigium futuræ gratiarum actionis.

Quando Diabolo datur potestas excutiendi tempestates.

SIGISM. Quomodo igitur Deus peccata in hoc punit?

Deus quandoque punit scienter, quandoque igne-

VLRIC. Quandoque scienter, quandoque ignoranter.

SIGISM. Quomodo scienter?

quandoque igne-

VLRIC. Ut cum homines puniuntur manifestè, scienter aspiciunt propter delicta se punitos fuisse. Sic cognouerunt homines in Sodomæ & Gomorhæ subuersione, se ob peccata eorum punitos fuisse. Sic etiam, cum cunctis videntibus Abyron & Dathan terra absorbit.

quandoque igne-

SIGISM. Sed quomodo ignoranter?

VLRIC. Hic punctus respicit præsentem materiam ignoranter itaque quandoque Deus punit peccatum per Angelum, quandoque per hominem, quandoque per Diabolum.

SIGISM. Præbe vbi per Angelum correxit?

VLRIC. Dicitur Esaiæ 37. Cum Sennacherib. venisset ad obsidendum Hierusalém, egressus est Angelus Domini, & percussit in castris eorum & cælogiora quoque millia viro- rum. ecce itaque, quod Deus per Angelum suum punit superbiam Assyriorum, tot millia eorundem occidendo. Sic diuertiam

Deus per Angelum punit.

Domus per 120 Pharaonis & Aegyptiorum puniuit per Angelum omnia manus punies primogenia Aegyptij interficiendo.

SIGISM. Quomodo autem ponit per homines?

VLRIC. Exempla plura habes in c. Remittuntur. 23. q. 5. in ver. Hinc notandum, &c. Itaque populus Hebraeorum per Nabuchodonosor. Item per Antiochum. Item per Titum & Vespasianum punitus est &c. Dicit enim ibi text. Assur. Sannacherib, erat virga furoris Domini, quia per eum innumera gentes diuina iustitia flagellare disposuit. Sic Attila Rex Hunnorum flagellum Dei sese nominauit. Itē subiungit textus: ipse verò Assur non cognouit, quia in superbiam elatus, victoriam quam assecutus fuerat, non diuinae potentiae sed suis viribus attribuit. Vnde contra eius superbiam loquitur Dominus, Nunquid gloriabatur setra contra eum qui secat, aut exaltabitur securis contra eum qui cedit in ea. haec textus in di. c. Remittuntur 23. q. 5.

SIGISM. Nunc ad terram speciem. scilicet quomodo per Diabolum punit.

VL A. Et hoc ad materiam facit. Audiuius enim supra in Psalmo per Prophetam dicentem, Fiat Angelus Domini, Diabolus persequens eos, &c. cum aliis enumeratis auctoritatibus. Et ita effigitur quandoque peccatur in corpore quandoque in rebus.

In corpore videmus torqueti Energumenos, Demoniacos & obfessos. Sic etiam videmus propter peccata, multas infirmitates homines contrahere. Et ideo dixit textus in cap. Cum infirmitas, de peccatis, & remissio. vbi ait. Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat dicente Domino languido, quem sapauerat. Vnde & noli amplius peccare, ne deterias aliquid tibi contingat. Praesenti decreto statuius & praecipimus Medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocati contigerit ipsos ante omnia moueant & inducant vt medicum animarum, aduocent 24. postquam fuerit homini de spiritali remedio prouisum, ad corporalis medicinae remedium salubrius procedat, cum cessante causa cesset effectus, &c. haec textus.

Exemplum habes de Nabuchodonosor Rege Babylonicorum, qui propter peccatum superbiae tantis calamitatibus aeternis corporis afflictus fuit, vt quadrupes incederet, hominem se fore arbitratu, gramina comedisse dicitur. &c.

Vnde

Vnde succedit text. in c. Si per sortitias. 13. q. 2. vbi textus Si per sortitias atque maleficas artes occulto, sed nunquam iniusto Dei iudicio permittente & Diabolo preparante concubitus non sequitur, &c. Ecce canonem determinare, quo oculo Dei iudicio procurante Diabolo homo maleficari potest. Et sic habes, quod Deus in ferendis poenis vtitur Diabolo pro ministro.

SIGISM. Quo modo igitur Maleficae mulieres asserunt, & credunt, se ipsas talia facere, videlicet turbare aërem, procreare tempestates, morbos inferre hominibus?

VLRIC. Ipsae duntaxat pro earundem stultitia se talia facere credunt: & tamen sua credulitate decipiuntur.

SIGISM. Quomodo.

VLRIC. Nancum vt Diabolus ex motu elementorum cognoscit mutationem aëris, & tempestates fieri debere, quas tamen ipse Diabolus, vt supra diximus facilius & citius quam homo praescire poterit: Vel dum diuina permissione aliqua plaga, & peccatorum correctio super terram iusto Dei iudicio cadere debet cuius quidem plagae, & correctionis ipse executor diuinae prouidentiae deputatur, ita vt huiusmodi plagam praenoscat futuram, ex tunc commouet mentes huiusmodi Maleficarum mulierum, aliquando eisdem persuadendo, aliquando ob inuidiam, quam tales sceleratae mulieres aduersus proximum gerunt, in vindictam mouendo easdem sollicitat, quasi ipsas mulieres doceat huiusmodi tempestates, & aëris turbationes prouocare.

SIGISM. Quid facit igitur, cum easdem docet: aut quomodo ipsas instruit, vt ipsae mulieres huiusmodi incommoditates prouocent, & suo maleficio perficiant?

VLRIC. Consultit & docet eas aliquid stultum & factum facere, & quod ad eiusmodi factum nihil pertinet.

SIGISM. Si stultum, quid igitur eos docet, vnde namque prouenit, quod postquam mulieres huiusmodi documenta sequuntur pro earundem voluntate tales tempestates succedant & eueniunt?

VLRIC. scilicet cum Diabolus prauidit, vel ex cursu naturae, & elementorum, vel ex permissione diuina, super aliquam terram plagam infligere debere, sibi quae potestatem faciendi concessam esse, & sic huiusmodi euentum alias futurum fore, perficit vt mulieres huiusmodi sceleratae credant, se ex do-

D d d

Deus videtur
Tyrannus ut
f. bar sera
securi.

Deum puniens
per Diabolum.
In corpore aff-
licti à De-
monibus.

Recipe pro
e. rotis.

Quomodo
deceptantur
Malefica im-
mouendus tē-
pestatibus.

Blodia n ullus
momenti per
se, quibus Ma
lesica putant
tempestates
ascendari.

Et rina Diabolus alia effucere; Diabolus instruit easdem, ve
quandoque accipiat lapides silicis & versus Occid. ntem
post tergum prouocant, aliquando vt arenā aqua torrētis in
aërē prouocant, aliquando quòd in vna olla pilos porcorum
bulliant, aliquando quòd trabes vel ligna in ripas trāsuersa-
liter collocent, & sic de aliis facultatibus. Et tamen talibus
faciendis communiter Diabolus præfigit eis diem & horā,
vnde fatux huiusmodi mulieres Diaboli doctrinæ creden-
tes, talia & alia his familia faciunt itaque postquā ipse talia
fecerunt, ac succedentibus tempestatibus, grandinibus & a-
liis incōmōditatibus, quas Diabolus alias in tali tēpore no-
uit, vt præmissum est profuturas, ex tunc credunt illæ sce-
leratæ fatux mulieres euentum huiusmodi ex facto earum
processisse, cum tamen talia earum facta non possent vni-
cam guttam prouocare. Verū est tamē, quòd post huius-
modi mulieres gratificantur Diabolo, adorantes eum, &
immolantes ei holocaustomata, vel quid aliud eidem of-
ferentes. Nam quis tam hebes mentis est, qui credere
posset quòd ex huiusmodi fatuitate & mulierū stulta ope-
ratione, vna tā immensa sphaera aëris & alia elemēta debe-
rent cōmoueri inde vt grādines & fulmina prouocarentur?

Iustus petit
cum impio
quando Deum
punit.

SIG. Sed quid ad hoc dicis: videmus nāque vnā totā sarpē
terram periclitari, in qua non omnes homines deliquerunt.

V L R I C. Sæpē iustus petit cū impio, sic etiam quis pu-
nitur pro alio. Nā Gen. 19. legitur, quòd dū Sodoma & Go-
morra propter peccatū submersæ fuerunt, certē pariter aliæ
ciuitates cum eis perierunt propter viciniam, vt Segor &
Iegor: & tamen hæc ciuitates non peccauerunt. Sic Regū 2.
videmus, dum David coram Domino populū numerando
peccasset, quòd propter peccatū David, & sic vnus homi-
nis, multitudo hominū, & sic multa millia hominū, perierūt
& mortui sunt. Cum autem legimus, Deum tam innume-
ram multitudinem hominum percussisse propter peccatum
numerationis vnus duxerat hominis, quomodo igitur pu-
niet Dominus populum suum propter grauiora peccata, vt
puta propter hæresim & blasphemias. Cū n autem tales mu-
lieres, vt textus in c. Episcopi. 6. quæstione quinta Deum
abnegant, & se Sathanæ tradunt Diabolū adorantes, & sa-
crificia sibi offerentes, quis dubitat quin vna tota ciuitas,
in qua tales scelelatæ mulieres degunt & tolerantur,
iuste

infeliciora omnia & huiusmodi ruinam diuinę ex maiesta-
tis vltione timere habeat.

SIGISM. Videmus itaque determinationem duarum
causarum, quibus Diabolus nouit futuras tempestates, vide-
licet causam motus astrorum & dispositionis naturalis: al-
teram diuinę vltionis seu correctionis peccatorum. Quid
igitur erit, cum huiusmodi nocumenta probis & iustis ho-
minibus euenerint?

V L R. Posuimus superius etiam alias vias diuinę per-
missiois, videlicet, quòd quādoque in tentationem iusto-
rum ob augmentandum meritum permittit Deus.

Pro exploram-
da fide piorum
Diabolus in-
terdum sauit.

SIGISM. Ostende.

V L R I C. Nonne Iob iustus, & laudans Deum erat. Et
tamen tentauit eum dominus in bonis agris, armentis, &
gregibus: & tandem in corpore, dando tentandi potestatem
Diabolo, qui etiam eum grauisimo vlcere percussit, & quia
his omnibus repertus est Iob patiens & humilis, vnde apud
Deum meruit.

Nōne Beatus Antonius eremita, vir religiosus & Deo a-
mabilis fuit, nōne sapiens à Diabolo tētatus, & grauiter per-
cussus, donec quasi defecisset, ac vt sic meritū ampliātū eius
fuit. Legitur enim in legenda eiusdē, quòd Antonio in quo-
dam tumulo latitante multitudo Dæmonum eum ita cæde
varia lacerauit, quòd minister eius de villa veniens, quasi
mortuum propriis humeris ad villæ hospitium reportauit:
quo audito conuenerunt vicini, & cum post planctum su-
neris media iam nocte dormiret, Antonius subito reuiuif-
cens vocato ministro, fecit se in silentio ad tumulum repor-
tari, ibique priorum vulnerū dolore prostratus, cū ex animi
virtute cōstictū Dæmonū prouocasset, & statim illis in va-
riis bestiarū formas mutatis, ab eorū dētibus, cornibus, vu-
gibus laceratus fuisset, subito radius quidam lucis Dæmo-
nes & tenebras fugauit, statimq; sanatus Christū præsentē in-
telligēs dixit: Vbi eras Iesu bone, vbi eras, quare à principio
nō affuisti, vt curares vulnera mea. Et vox ad eū facta: An-
toni, inquit, hic es: sed expectabā videre certamē tuū: nunc
autē, quia viriliter dimicasti, in toto o-be te faciā nomina-
ri. Hæc Vincentius in historia lib. 14. recitat Athanasii no-
tasse. Vnde dicitur Iacobi i. beatus vir qui fuffert tentatio-
nem, quia cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.

De S. Antonio
eremita à Dia-
bolis pessimè
vexato.

Fama de An-
tonio vnde est
cel.

SIGISM. Nūc satis habeo, ex facto talium mulierum, neque Scorpiones, grāsines, seu alia mala fieri posse, sed duraxat vel ex moru naturali vel impressione diuine bonitatis: qua vel in p̄ram, vel in meritum ex sua ineffabili pietate talia euenire Diabolorum ministerio permittit. Idcirco placec iter nunc ad alias quaestiones dirigere. Vtrum Maleficæ

De mutationibus formarum.

& Strigæ possunt ministerio Dæmonum seipsas, ac alios homines in alias formas specierum seu animalium mutare?

VLR. ex causis supradictis possunt, at tamen apparenter & sic præstigijs facere.

Quid præstigijs.

SIG. Quidnam est præstigijs?

VLRIC. Ars transformandi formas iuxta apparentiam. Præstigijs dicitur quasi præstringens oculos: prout ait Isidorus etymologiarum lib. 8. ita ut ipsi Dæmones præstringendo oculos faciant apparentiam, qua homo iudicat rem alterius formæ esse, quam sit, ita ut quis videns hominem, credat eum esse asinum, vel lupum & tamē vnusquisque retineat formam suam, quanquam oculi nostri decipiantur, & ad aliam speciem erroneo iudicio deducantur. Sic Simō Magus perstrinxit oculos Neronis, & carnificis, qui decollando arietem credit se Simonem decollasse, in oculis suis ministerio Diaboli præstricti deceptus.

Exemplum de S. Machario.

Itē legitur de Sancto Machario Ægyptio eremita, prout recitat Vincentius lib. Hymnor. quod cū Ægyptius quidam amore vesano alienæ vxoris arderet, nec ad effectū concupiscentiæ peruenire posset: eō quod illa virginitatem suæ coniugis nimis amaret, ipse Maleficum precatu est, ut aut ab ea amari faceret aut à marito proprio repudiari: qui mutis illectus muneribus, solito suæ artis ingenio fecit illam equam videri: itaque vir eius turbatus, quam equam suo lectulo iacentem videret, ingemiscens flebat: eo quod illam alloquens, nullū responsum audire poterat. Adductis ergo presbyteris, quid illa pateretur ostēdit, & ne sic quidem calamitatis causam agnouit. Illigatā igitur eā in morē iumentis ad desertū duxit. Cū autem iam villæ sancti Macharij propinquarent, monachi arguebant eū cur eū equa ad monasterium veniret. Et respondit, Vxor inquit, mea hæc fuit, sed in equam conuersa, iam tertia dies est, ex quo cibum non sumpsit. Quod cum sancto Machario, cui iam Dominus

ho.

hoc ipsum notū fecerat, retulissent. Vos, inquit, equi estis, & Sicmelsi oculos equorum oculos habetis. Illa namque mulier est: nec in illos asinosam naturam transfigurata videretur, nisi in eorum oculis qui habent, qui præstigijs vanitate falluntur. Mox aquam ei benedictam alios asinos infundens oratione completa, subitō eam omnibus videri putant. feminā fecit, eamque refici iussit, & cum viro suo reuerti: dicas, Nūquam à communionem sanctorum mysteriorum, neque ab Ecclesiæ oratione discedas. Hæc enim idcirco perPELLA es: quia per quinque septimanas mysteria diuina nō attigeras. Ecce igitur quod non omnium oculi erant perstricti, quia oculi beati Macharij non erant præstricti.

SIGISM. Præfecto hæc Historia multum facit ad propositum.

VLRIC. Certè quadam vice ea de re cum colendissimo domino Ottone, ex Comitibus de Sonnenberg. Episcopo Constantiensis, qui etiā multarū rerū cognitionem habet, ac literis pro magno desiderio intendit, disputauit: Hic eandem historiam in medium attulit, quæ me in materia præstigijs propter eiusdem domini Episcopi auctoritatem, & frequēs studium suum, cuius etiam ego humilis famulus existo, & sub clementiæ etiam alijs me foueo plurimum mouit.

SIGISM. Cuperē audire aliquos modos, quibus apud oculos hominum vna res apparere pro alia possit.

Modi quibus fit ut res vna pro alia appareat.

VLR. Saluo iudicio melius sentiendū, duos vel tres adducam secundum quod ego meo ignaro ingenio colligere potui. Et iuxta mentem beati Thomæ super 2. sententiarum, distinctione octaua, ac aliorum Doctorum videtur mirari dici posse, quod vno modo Diabolus possit Iudificatione sensus nostros ab inferiori mouendo phantasmata & similitudines rerum existentium in virtute imaginatiua faciendā eas ad organa sensuum exteriorum desinere: sicut quandoque contingit in somnijs. Nam ex motu phantasmatum in somnijs, cum defluxu coram ad organa sensuum exteriorū sicut ad oculum vel tympanum, in quo fundatur auditus. Et sicut vilus in oculo apparet nobis, quod multa videamus atque audiamus. Ita nobis vigilantibus aliquando apparet quod multa videamus, sicut patet in phreneticis, & acutè febricitantibus, &c.

Phantasmata finguntur non acutè febricitantibus, &c.

Secundo modo ex vehementi conuersione intentionis ad phantasmata, quæ facit ut similitudo rei res ipsa videatur

tur

tur. sicut Augustinus dicit, quod quidam tanta conversione recogitabat cuiusdam mulieris imaginem, quod ei carnaliter commisceri vigilans videbatur. Cum igitur Dæmon non ignoret hos modos, dico, quod Dæmon possit ita organa sensuum disponere, quod una res apparebit alia.

Sicut ex abundantia humoris cholericis, videtur gustu quod omnia sint amara, cum tamen aliquando sint dulcia & descensu humoris sanguinei vel vaporis ignei ad oculos, videtur nobis quæ exterius apparent quod sint rubra.

Secundò dico, quod Diabolus potest ita disponere mediū quod una res videtur alia. Et secundum sanctum Bonaventuram, aliquando ex dispositione candelæ, per artem confectæ, palæ videntur serpentes esse: & huiusmodi experimenta etiam multa fiunt a ioculatoribus. Cùm autem Diabolus Magister sit ioculatorum, nemini dubium, quin subtilius Diabolus hæc operari possit.

Item aliquando non res sed similitudo rei & figura videtur. ita secundum glossam Beati Augustini, Beatus Petrus vidit istud vas submitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, serpenta terræ & volatilia cæli, ut dicitur Actorum Apostolorum decimo, quæ nempe non corpora erant, sed imagines. Eadem visione beatus Benedictus totum mundum vidit. Nam in legenda sua dicitur, quod totus mundus, velut sub vno solis radio collectus, ante oculos eius adductus est, ecce quod erant rerum imagines. Ex præmissis itaque inducitur ad alias quæstiones.

CAP. IX.

UTRUM dicte mulieres conueniant ad conuiuia, mutud bibant & comedant, & sibi mutud loquantur, ac se inuicem cognoscant.

S I G. Gauderem super hæc opinionem tuam audire.

V L R. Ex prædictis satis cognouisti, quomodo quandoque in sono, quandoque in vigiliis sit representatio imaginationum, tam fortium, quod homo credit se essentialiter hoc vel videri vel facere. Audisti etiam, quod Diabolus quandoque perstringit oculos & alios sensus hominum ut homines aut mentent, se hoc vel hoc facere.

Etenim ut me satius intelligere possitis, introducam historiam in legenda Sancti Germani. Dicitur enim ibidem cum prædictus S. Germanus quadam nocte hospitatus fuisset,

set, in vna domo, & post cenam mensa iterum pararetur, admiratus sanctus Germanus ipse quæsiuit ab hospitibus cui denuo mensa pararetur. Qui cum dicerent, quod illis bonis viris & mulieribus, quæ nocte incedunt, mensam præpararent. Nocte itaque illa statuit sanctus Germanus vigilare. Et ecce vidit multitudinem ad mensam, in formas & figuris virorum & mulierum venientem, qui eis præcipiens ne abirent vel recederent: cunctos de familia domus istius excitauit, quæsiuitque ex illis si perionas illas cognoscerent? *Dæmons in* Qui cum omnes vicinos & vicinas dicerent esse, misit ad *figura humana* domos singulorum, & ecce in suis lectulis sunt inuenti & *na adsumt cō-* admirati. Postea Dæmones per sanctum Germanum se esse *mentis oculis no-* spiritus malignos & peruersos dixerunt: qui sic hominibus *sturnis.* illudebant. Ecce quod spiritus se loco illarum personarum ostendere possunt, ita quippe ut homines existiment, huiusmodi imagines veras personas esse. Et sic ex illa habes historia, quod eadem hora homo potest esse in vno loco: & nihilominus per spiritum apparere in alio, sicut illi homines hora noctis fuerunt in domibus, & in lectulis suis: & eadem hora eorum imagines prestigio Diabolico apparuerunt in domo hospitis cenantes.

Sic etiã de Simone Mago dicitur in legenda sancti Petri, quod Simon eadem hora in conclauis erat cum Nerone & foris loquebatur populo, id est, imago eius per Diabolum foras loquebatur populo. Sic idem in bonis spiritibus & Angelis contingere solitum fuisse legimus.

Nam beato Ambrosio apparuit, quãdo faceret officium *Angelus mis-* in exequiis sancti Martini in ciuitate Thuronensi. Dixit ei: *sam inf. vna* Ego funeri exequium præbuisset ultimam orationem vobis *S. Ambrosij* excitantibus explere non valui. Et reuera ita inuentum *a cōmiserat.* fuit, sicut ipse retulit, & tamen ipse Ambrosius cum eo tunc in ciuitate Mediolanensi fuit, quæ ad plures diuitas distat à Thurone. Vnde secundum Egidium in quodam quodlibeto dicitur: quod bonus Angelus in forma Ambrosij fuerit in ciuitate Thuronensi, & corpus beati Ambrosii fuerit in ciuitate Mediolani.

SIGISM. Ad quem finem properat hæc instructio.

V L R. Ad hoc, ut cõcludam, quod homines sæpè existimant se videre alios homines in certo loco cõstitutos quorundam imaginem duntaxat vel in spiritu bono vel malo videt.

SIGISM

Exempla de
complexioni-
bus.

Candela fa-
cientes palæ
videri serpen-
tes.

Ioculatorum
suis historiam
Magister est
Diabolus.

De visio-
bus.

Exemplum de
sturnis co-
mmissionibus
la laficarum.

SIGISM. Sed quod econtra. anne quandoque Pythonicæ mulieres credunt se proficisci in alium locum cum tamen remaneant in domo sua?

Sapius credere hominis se esse in aliquo loco, ubi non sunt.
 VLRIC. Superius iam audiuimus exempla: vnde sapius credit: homo se esse in alio loco ubi non est: ergo bene dicitur textus in capitulo Episcopi, 26. quæst. 5. ubi ait: Illud etiã non est omittendum, quod quædam sceleratæ mulieres retro post Sathanam conuersæ. Dæmonum illusionibus & phantasmatis seductæ, credunt & se profitentur cum Diana nocturnis horis, Dea Paganorum vel cum Herodiade & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias: & multarum terrarum spacia in tempestate noctis silentio pertransire: vel eius iussionibus obedire velut dominæ, & certis noctibus ad eius seruitium euocari: sed vti in hæc solæ in perfidia sua perissent, & non multos ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nã & innumera multitudo hæc falsa opinione decepta, vera esse credit, & credendo à rectâ fide deuiat. hæc textus.

SIGISM. Nonne ceteri homines possunt equitare & ambulare de loco ad locum, tam de nocte, quam de die? Quid igitur ipsis talibus mulieribus obstat?

VLRIC. Certè nõ denego, quin huiusmodi mulieres & equitare & ambulare, tam super asinum, equum bouem seu camelum possint, &c. sicuti alij homines, & more aliorum hominum. Et sic secundum cursum naturalem. Nos autem in hoc casu loquimur, qui se ultra communem hominum cursum extendi: videlicet, vt non possint in vna hora ad decem vel viginti miliaria proficisci.

SIGISM. Si igitur non vadunt de loco ad locum, & conuicia visitant, vt dicit supradictus textus, vnde igitur prouenit, quod homines in aliis ciuitatibus existentes, quos nunquam antea viderunt cognoscunt.

Quomodo maleficia in alijs ciuitatibus habitantes, quos nunquam vident, cognoscunt.
 VLRIC. Ex præmissis patet solutio: quoniam per impressiones imaginationum seu repræsentationum imaginum ministerio Diaboli factam, hoc percipiunt: credentes se sensus corporalis præsentia cognouisse.

SIG. Saturati sumus de præmissis disputationibus nõc de ulteriori quæstione interrogemus, videlicet, an Diabolus possit in forma hominis cum huõni mulieribus incubando commisceri, Et an ex huiusmodi coitu possint pueri nasci?

CAP I

AN Dabo ius possit in forma hominis cum huiusmodi mulieribus commisceri.

VLR. Quamuis in superioribus plenè cum auctoritates & rationes, tum exempla & historię pro decisione huius satis sint introductæ, vt tamè finem materiæ aggrediamur. Dico, quod ex Incubo & muliere non procreatur homo.

Ex Incubo & muliere non procreatur homo.
 Nec vsquam inuentus est homo, qui ex spiritu & muliere natus sit, præterquam Saluator Dominus noster Iesus Christus, qui summi Dei patris misericordia dignatus est, sine commixtione virili, de Spiritu sancto ex gloriosissima virgine in mundũ nasci. Absit igitur apud me, quod homo sine homine de spiritu & maledicta muliere debet nasci.

In contumeliam nationis Christi Sathan hæc de Incubis finxit.
 Nec obstat, quod in comœdia Plauti pœtę de Amphytrione legitur, quod Hercules ex Ioue Deo, & Alcmena muliere Amphytrionis natus sit: & sic Medius fidius dicatur, quasi medius filius: quia fabula Pœtarum nefandissima fictio est.

SIG. Quid igitur respondes ad allegatam glossam Genesis 1. ubi dicitur, Gigantes ex tali coitu natos extitisse?

VLR. Dico, quod glossa nominatiuè loquitur, & nõ cõcludit.

SIG. Quomodo autem saluas textum, qui dicit, quod exinde nati sunt Gigantes?

VLR. Dico, quod eo tunc surrexerunt Gigantes, hoc est, homines potentes & magnifici, qui propter eorum potentiam & magnanimitatem dicti sunt Gigantes.

SIG. Quid igitur de Merlino in Britannia supradicto?

VLRIC. Sentio quod fuerit verus homo.

SIG. Sentis? Cuius filius.

VLR. Vtriusque hominis, tam viri, quam mulieris.

SIG. Quomodo igitur mater eius coram Rege Britannia confessa fuit, eum de Incubo concepisse?

VLR. Me iudice errauit mulier, à Dæmone illusa, credens se Merliam de semine Incubi genuisse.

SIG. Vnde igitur conceptus est talis Merlinus?

VLR. Sic arbitror, quia fortè mater Merlini se Diabolo, pro dolor, dedicauit: vnde Diabolus imaginationem eius, vt præmissum, seducens, sensusque eiusdem perstringens, quasi eidem commisceretur, cuius etiam corpus fortè per prestigium tumidum fecit, quasi foru grauida incederet: ac

Hee

De Merlino Britanno.

adueniente tempore, ficti partus flatum diuinæ permissio-
 ne propter eiusdem mulieris incredulitatem in corpore e-
 iusdem moueri, vnde ipsa existimans se gravidā & fecun-
 dā, ac prole parere debere. Itaque ipse Diabolus diuina per-
 missione ob incredulitatem mulieris in ventre eiusdem do-
 lorem immisit, & huiusmodi flatum extinguendo & alium
 puerum hominis alicubi furarum supponendo, apparentiā
 fecit occulto suo præstigio, quasi talis puer de tali muliere
 natus fuisset, quem post mater suscipiens, credens de corpo-
 re suo exiisse, enutriuit, cum tamen talis puer ab aliis ho-
 minibus prægnatus fuerit, & per Diabolum subtractus.

*Subtracti in-
 fantes & sup-
 positi à Dia-
 bolo.*

SIG. Sic audio, quod Diabolus potest homini subtrahere
 puerū suum: & deferre ad alium locum, & supponere alteri.

*In non bapti-
 zatis Diabo-
 lum habere
 potestatem.*

VLR. Permittente Deo potest, præsertim non baptizatos
 pueros surripere.

SIG. Ostende hoc exemplo vel auctoritate.

VLR. Diabolum super puerum non baptizatum habere
 potestatem, suscipe auctoritatem ex decreto. in c. Postea, isti
 c. sacerdos de conse. dist. 4. vbi text. Sacerdotes cum per e-
 xorcismi gratiam manum credentibus imponunt, & habi-
 tate maligno spiritu in eorum mentes contradicunt: quid a-
 liud faciunt, nisi quod Dæmonia eiciunt? Item tex. 3. c. De-
 hinc eadē dist. dicit: dehinc iterum exorcizatur Diabolus, vñ
 suam nequitiam cognoscens, iustum super se Dei iudiciū
 timeans, recedat ab homine, nec iam cōtendat arte sua sub-
 uertere. Ecce quod Diabolus arte sua potest subuere pue-
 ros non baptizatos. Ex his infero ad proles & pueros, quos
 vulgus opinatur de milite Coloniensi per mulierem pro-
 creatos, prout superius in historia latius tractatum est.

SIG. Dic quæso, pro quo habuisti illum militem inco-
 gnitum?

VLR. Pro Incubo & Diabolo.

SIG. Pro quo autem filios?

VLR. Ego saluo tamen iudicio melius sentientium, repu-
 to illos pro veris hominibus: alicui tamen subtractis, & ibi,
 vt præmissum est, suppositis.

SIG. Qualē autē existimas illā mulierē fuisse, vt supra di-
 ctū est, quā cuius ille Siciliæ in mari accipiens vxorē duxit?

VLR. Pro succuba, & sic pro Diabolo.

SIG. Pro quo autem reputas filium per ipsam, vt puta-
 batur

batur genitum. & postea in mari per eundem ereptum?

VLR. Pro Diabolo qui sic in forma pueri apparuit. Nam
 & Helimandus eadem historia sentit, inquiens, si talis puer
 verus homo fuisset: nemini dubium, quin postquam mater
 eundem in mari arripuit, & submersit, mare ipsum tanquā
 cadauer ad litus eiecisset, quod tamen non fuit factū, quia
 talis puer disparuit, & amplius visus non fuit: natura autem
 maris est, omnia cadauera ad litus proicere.

SIG. Nonne plures opinantur, quod Diabolus vt succu- *De succubis*
 bus possit cum viro coire, & sperma assumere, ac ex post, vt *excipientibus*
 incubus in muliere proicere, & exinde prolem generare? *semē natura-*

VLR. IC. Mihi non videtur fieri posse, dato enim quod *le & incum-*
 sperma taliter colligere & immittere posset: hoc tamen ad *bendo insua-*
 generandum non sufficit, quoniam Conciliator differentia *dentibus.*

15. ait sic. Scire debes, quod istud membrum, puta testiculi,
 non est princeps virtutis generatiuæ, quamuis virtus in eo *Pulchrum ar-*
 sit, vt opinatur Galenus: quia illud non potest agere suam *gumentum est*
 operationem per se: nisi per spiritum emissum à corde, tem- *Medicina cō-*
 peratum quantitate & qualitate, propter quod virtus cor- *tra generatio-*
 dialis, quæ mensurat hunc calorem, vt possit facere suas ope- *nem Incubo-*
 rationes, sit principaliter generatiua, & virtus quæ est in *rum.*
 hoc membro est eius seruens: & si aliquid in hoc habet do-
 miniū est illud particulare. Vnde mihi videtur ex illa Theo-
 rica, quod cum Diabolus huiusmodi spiritum à corde prin-
 cipiantem & illam generationem virtutem assumere non
 posset, clarum erit, quod quamuis fortē assumat sperma ex
 projectione dantaxat huiusmodi spermatis, aliis non co-
 mitantibus nihil generare poterit.

SIG. Ex supradiētis & iam de iudicis video, te pedem fige-
 re super eo, quod aut huiusmodi pueri sint phantastici: aut
 verò alibi surrepti & suppositi.

VLR. Bene habet, & in illam partem videtur declinare
 Vincencius in 4. lib. historiae naturalis in c. 128.

SIG. Nūc satis mutuo inter nos hac de re disputaui mus.
 Expedit pro memoriae tenacitate, vt nunc determinationis
 cōclusiones paucis verbis per epilogum detegere coneris.

*Epilogus præ-
 cedentium per
 octo determi-
 nationes.*

VLR. Saluo igitur iudicio Doctorū quorūcunque melius
 sentientiu, quorū determinationi me submittere non recu-
 so, quantum mihi visum fuerit, dicam. Est igitur meæ opi-
 nionis determinatio, Prima, quod Diabolus, neque per

se, neque ministerio hominum potest elementis, hominibusque & animalibus nocere: vel homines ad generandum impotentes reddere: nisi quando occulto Dei, sed nunquam iniusto iudicio, vel ob poenam delictorum nostrorum, vel ob meritum tentationis nostrae augmentandum: siue ob diuinæ Maiestatis gloriam magis timendam, & per nos colendam: seu aliam causam Deum mouentem, ipsa clementissima Pietas permiserit.

Secunda determinatio est, quod cum ipsa Dei providentia occulto sue bonitatis iudicio Diabolo nocedi potestatem per miserit: ipse Diabolus huiusmodi potestatem amplius extendere, quam sibi à summo Deo concessum fuerit, non poterit, &c.

Tertia determinatio, quod quavis Diabolus permittente diuina Clementia ob incredulitatem hominum, vel aliam causam superius enarratam, posset perstringere oculos, aliosque sensus hominum obstruere: ita ut homines credant se alicubi esse, ubi tamen non sunt, vel videre id quod in se tale non est, vel apparere aliter quam sunt: hominem tamen vel animalia in aliam speciem veraciter immutare non potest.

Quarta determinatio, quod huiusmodi malae mulieres per multa milliaria spacia in noctis silentio non proficiscuntur, nec mutuo taliter proficiscendo conueniunt. Sed dumtaxat ipsis somniantibus, vel imaginatione forti, ut praemisum est, laborantibus, per representationem specierum similitudinum à Diabolo eis impressarum, haec & alia ipsis apparet, quae postea vigilando verè sibi accidisse, sic illis credunt.

Quinta determinatio, quod Diabolus, siue ut Incubus, siue ut Succubus pueros generare nullo modo potest. Sed huiusmodi pueri nisi inuenti fuerint, vel suppositi pueri, vel phantastici existunt.

Sexta determinatio, quod solus Deus futurorum certus est inspector, & solus cogitationes hominum nouit, quodque Diabolus per se, siue Magos seu Maleficos vera & futura praedicere alteri non potest, nisi ea quae ipse pro subtilitate naturae suae prior ex consideratione astrorum, & elementorum dispositione accidere debere noscit: vel quae accepta licentia à Deo facere intendit, vel hominibus ad faciendum persuadere in eorum mentes suggerendo proposuit: vel quae ex moribus & gestu hominum coniecturando deprehendit: nihilominus tamen ipse saepe fallit, & fallitur.

Somniantes muliercula somniant nocturnas excursions.

Quomodo Daemon futura praedicat.

Septima determinatio, quod quamuis effectualiter huiusmodi maledictae mulieres nihil efficere possunt, nihilominus tamen, quia insigante Diabolo tales mulieres, vel ob desperationem, vel paupertatem, vel odia vicinorum, vel alias tentationes per Diabolum immixtas, quibus non resistunt, à vero & piissimo Deo recedentes: sese Diabolo deuouendo, ac eundem colendo, sibi que Diabolo holocausto, mata & oblationes offerendo, apostatant: haereticam prauitatem sectantes, & propterea succedit.

Ultima determinatio, videlicet, quod propter huiusmodi apostasiam & corruptam voluntatem de iure civili tales sceleratae mulieres, quae à Deo largissimo apostatarunt, & Diabolo sese dedicarunt, morte plekti debent: prout dicitur in l. multi. C. de Maleficis, & Mathematicis.

Vos igitur, o mulieres, mementote professionis vestrae in baptismo factae, ac cum Diabolus vos tentauerit, estote fortes, & suis suggestionibus resistite & resistendo signo crucis vos ipsas armate: scientes, quod aduersum vos nullam habebit potestatem: quonia contra signum crucis nullum stat periculum. Sumite exemplum beatae Iustinae, in cuius legenda ita legitur.

Erat enim quaedam virgo in Antiochia ciuitate, Iustina nomine, quam quidam scholasticus, nomine Agladius, videns frequenter ire ad Ecclesiam, in amorem eius incidit, multosque ad eam transmittens, petiit in uxorem, quae cum omnibus diceret, Christo caelesti sposo se esse desponsatam: ille congregata virorum multitudine voluit eam per vim rapere, sed non potuit: tunc iratus abiit ad Cyprianum Magum, promittens ipsi duo talenta auri: ut Iustina per maleficia sua caperet: qui per magicas vocauit Daemonem & ait illi: amo virginem de Galilea, potes ne eam persuadere & adducere mihi? Qui promisit ei, dicens: accipe hoc medicamentum,

& sparge circa domum eius: & ego inperueniens, pateream sensum ei iniicia, & statim obediet mihi. Cumque Cyprianus ita fecisset, sancta virgo tertia noctis hora surgens ad orationem, sensit imperium Daemonis. Signauit itaque se & domum suam signo crucis & Daemonem signo crucis exfluxit. Qui veniens ad Cyprianum confusus, & cur virginem non adduxisset requisitus, ait: vidi quoddam signum Thau. Iterum Cyprianus per artem magicam alium Daemonem fortiores vocauit, & simili modo fecit: & similes eidem accidit: tandem voca-

Cohortatio ad mulierculas.

Signi crucis efficacia.

Exemplum S. Iustinae.

Christiani vocabantur Galilai.

De signo T.


uit ipsum Demonem patrem, & ait illi: quoniam est infirmitas vestra: victa est ab vna virgine omnis vestra virtus: Respondit Diabolus: Nunc adducam tibi eam ad desiderium incorruptionis, tu tantum paratus sis. Tunc Diabolus in specie virginis ad iustinam intrauit. Et sedens super lectum eius eandem tentando dixit: Hodie missa sum a Christo ad te, viuere tecum in castitate. multum autem te video vexatam abstinentia. Sancta autem virgo dixit: merces quidem multa, labor vero modicus. Dixit ei Diabolus: Deus in paradiso benedixit Adam & Eua, dicens: crescite & multiplicamini. Puto ergo, quod si in virginitate manserimus, in iudicium incidamus, quia verbum Dei contempnimus. Cumque virgo turbata surrexit, & per spiritum sensit, quis esset qui ei loqueretur, signo crucis se signans Diabolum exsufflauit, qui disparuit. Deinde Diabolus Cypriano confusus apparuit, qui dixit ei: & tu numquam victus es, vt ceteri subiecti tui: quomodo enim victi estis ab vna virgine Christiana: nunc mihi quae sit virtus victoriae eius. Qui respondit, dicere tibi non possum, quoddam vidi terribile signum & Thau. Si autem virtutes huius signi vis addiscere, iura mihi, quod nunquam a me velis discedere: qui cum iurasset, ait illi, vidi signum crucifixi & Thau: & sicut cera a facie ignis fluxit. Cui dixit Cyprianus. Ergo crucifixus maior est. Qui respondit: etiam maior omnibus est, quia desertores Dei accipiunt ab eo sententiam ignis. Cyprianus autem ait, Festinabo igitur, vt amicus siam crucifixi, ne talem poenam incutram: Diabolus respondit. Iurasti namque mihi: Cyprianus ait. Contemno te, & omnes fumigantes virtutes tuas, meque ipsum tibi denego: & me consignans, dico: Gloria tibi Christe, & tu Damon recede a me. Abiit ergo Diabolus confusus: vnde Cyprianus Christianus factus est. Ecce ergo quante virtutis fuerit, & hodie existat signum sanctae crucis, quo nos signare dignetur Christus, qui pro nobis in signo crucis seipsum offerre & nos saluos facere dignatus est, qui viuunt & regnat in secula benedictus, Amen.

Crasite & multiplicamini: allegat Sathan contra virginem.

Cyprianus: Magis ad sedem Christi conus sus.

Christus: signet nos crucem.

DOCTI



DOCTI ET ACV-

TISSIMI IN SACRA PA-

GINA DOCTORIS IOANNIS

De Gersono, Cancellarij Parisien-

sis, Tractatus perutilis de

probatione Spiri-

tuum, incipit

feliciter.



Probare Spiritus si ex Deo sunt, iubet discipulus ille, quem diligebat Iesus. Neque enim nesciebat illam Compostoli sui sententiam, Angelum Satanam transfigurare se in Angelum lucis: sic vt fiat Demonum meridianum, dum pro tenebris erroris, quas ad tempus celare permittitur, lucem veritatis claram se fingit offerre. Patuit hoc apud Sanctum Martinum visibiliter, & pater apud alios plurimos invisibiliter, dum teste Bernardo, sub specie magni boni & ardui, grande peccatum aperit, suggerit, & inducit.

Probare Spiritus si ex Deo sunt, non cuiuslibet datum est, sed aliquibus per Spiritum sanctum, qui vnus existens, diuisiones gratiarum distribuit singulis, prout vult, ac glorificationem corporis Christi, & est Ecclesia, cui nunquam deficit in necessariis. Sicut igitur non omnium est prophetare, nec omnium euangelizare, nec omnium interpretari sermones, sed aliquorum ex officio, vsque in fine seculi, sic non omnium est probare Spiritus si ex Deo sunt, sed quibus datum est. Quales sunt spirituales, quos vnctio docet de omnibus, qui & de omnibus iudicant etiam inter diem & diem, quare donum beatus Martinus, Antonius & plures alij leguntur habuisse.

Probare Spiritus si ex Deo sunt, contingit multipliciter. Vno quidem modo, per modum artis & doctrinae generalis, sicut per eruditionem sacrarum scripturarum diligentem, & pioque studio conquisitam. Sunt nimirum scripturae, in

Non cuiuslibet datum spiritus probare.

Vnctio spiritualis omnia docet.

Quos modis Spiritus probentur.

quibus putamus nos fidem habere, continentes autem falsos Prophetas à veris, & ab illusionibus reuelationes cognoscendi.

Alius inuenitur modus per inspirationem intimam, seu per internum saporem, siue per experimentalem dulcedinē quandam, siue per illustrationem à motibus æternis effugātem omnes tenebras dubietatis. Hoc autem est, Manna absconditum, & nomen nouum in calculo scriptum, quod nemo nouit, nisi qui acceperit. Hoc Greg. in Dialog. hoc Aug. in de conf. de se ipso & matre. hoc Hugo de arra anime cum pluribus aliis notauerunt.

Probare spiritus si ex Deo sunt, per regulam artis generalem & infallibilem pro particulari quolibet casu, aut non potest, aut vix potest humanitus fieri. Sed requiritur donū spiritus sancti, quo i. Apostolus nominauit discretionem spirituum, quo dono fit, vt mens nesciat in se, & de se sciat probare spiritus, si ex Deo sunt, sed etiam de aliis & in aliis nescit.

Spiritus im- Hic autem est modus certior aliis à prædictis probandi
probatio ex spiritus, quoniam primus est doctrinalis, secundus experi-
officio Hiera- mentalis, tertius officialis, scilicet officio hierarchico atque
chigo. spiritali dono concessus. Itaq; sicut nemo nouit quæ sunt spiritus, nisi spiritus: ita nemo cognoscit infallibili certitudine ea quæ per solam experientialem notitiam, sentimētum interius & seculum aguntur in alterius animo.

Quemadmodum ergo tradere regulam generalem, quæ distingueret ineffabiliter inter visionem somnialem & illā quæ fit in vigilia nullus facile posset propter varias similitudines inter vtriusque visiones, multo magis in proposito.

Somniū som- Scit nihilominus homo vigilans, se certitudinaliter & ex-
niando sepe perimentaliter videre, quamuis non ignoret se habuisse in
narratur. somniis visiones valde vicinas, & similes suæ vigiliæ, adeo quod somnium suum narrare somniando quandoque videatur: quamuis dicat Seneca, esse vigilantis omnia narrare. Scit similiter homo spiritalis in vigilia veræ lucis diuinæ positus, videre se diuina, quæ iuuat verè sentire, odorari & sapere, quia vigilat. Potest nihilominus recognoscere ex se, vel aliis, quod nonnunquam homo ponitur in quodam somnio naturalis cognitionis, aut diabolice illusionis, qui

qui dum sic se habet, & quodammodo dormit ad diuina, putare potest quod vigilat ad ea, sicq;

Vidit hæc B. Grego. asserens, spiritus Prophetarum, non esse in potestate, vel in distincta cognitione Prophetarum, probans hoc per Nathan, qui ad David cogitantem edificare domum Deo, respondit: Omne quod est in corde tuo, vade & fac quoniam Dominus tecum est. Cuius consilium ipsa nocte reuelauit ei Deus.

Probare spiritus si ex Deo sunt, ex primo modo, qui magis est ad propositum, videlicet per scripturā sacram & per bonos eruditos in eadem, quia verè peruersè viuentibus, quale iudicium inter peruersum & illusorium reportare sperabimus contingit multis, & sufficienter, quantum ad presentem materiam, & ad communem statum vitiorum.

Qua super re nedum vnū, & ab vno, sed plures à diuersis tractatus compositos inuenimus, quos nunc manualiter scripsi, habere fas esset, & diligenter inspicere, dum in hoc sacro consilio quaeritur tractari de canonizatione sanctorum, & examinatione doctrinarum suarum: præsertim vnus, quæ Brigida nominatur, assueta visionibus quas nedum ab Angelis, sed à Christo & Maria, Agnete & ceteris sanctis familiaritate iunctis, sicut sponsus ad sponsam loquitur se asserit diuinitus suscepisse.

Est autem utrobique, vel in approbatione, vel in reprobatione periculum. Approbare enim falsas, aut illusorias, aut frivolas visiones pro veris & solidis reuelationibus, quid indignius, quid alienius ab hoc sacro consilio? Reprobare verò nunc eas quæ multifariè, multisque modis per diuersas nationes probata dicuntur, non parua exinde scandalorum in Christiana & religiosa deuotione populorum formidatio. Denique in ipso etiam silentio & dissimulatione ex qua res in medium posita est, non nihil esse discriminis pertimescimus: inuenire verò mediū aliquod, vel expediens inter hæc extrema, laudabile quidem sit, ac affectabile necdum satis cernimus exploratum.

Probare spiritus per modum artis & doctrinæ, sicut tota deinceps versabitur intentio, nemo perfecte potest per solam sacre scripturæ eruditionem, qui non etiam expertus sit in semetipso variam affectionum spiritualium pugnam, tanquam ascenderit nunc in celos, nunc descendit in terris.

abyssos, & viderit mirabilia Dei in profundo. Nam, qui nauigant mare hoc mysticam diuersarum affectionum, quasi collidentium se fluctuum, enarrant mirabilia eius, inexper-tus autem talium quid nouit eorum?

Hic autem est quartus modus probationis spirituum. Ceterum, puto differentiam inter homines, quos loquimur, vnum Theologum, alterum contemplatiuum talem esse, qualis est inter peritum in arte medicina, & inter expertum seu practicum in eadem, quæ duo posse conuenire in eodem, nullus dubitauit. Sic fit & fieri potest domino propitio, vt idem sit in Scripturis sacris eruditus, qui similiter in contemplationis exercitatione probatus est. Hanc verò talem vult habere materia præfens: sicut alia scripsisse, dum de tractatu quodam spiritualium nuptiarum sermo fieret, inuenimus.

Probate verò spiritus isto modo doctrinaliter, dū querimus in aliquibus personis, quarum corda neque videre, neque scrutari datur, opus vt ab operibus signa sumamus, dicente Christo: A fructibus eorum cognoscetis eos. Fallit tamen vnum signum vel pauca si non in vnum plura conglobauerimus: ita enim tradit Tullius, ita Boëthius, ita Aristot. in coniecturali caula faciendum. Sed quoniam infinita est quidē huiusmodi signorū confusio: coarctemus ad pauciora, & dicamus sub hoc metro. Tu quis, quid, quare, cui, qualiter, vnde require. Quis est, cui fiat reuelatio? Quid ipsa continet & loquitur? Quare fieri dicitur? Cui pro cōsilio detegitur: qualiter venire & vnde venire reperitur?

Probatio spirituum dum queritur fieri, consideretur in primis persona suscipiens, visiones, si sit boni & discreti iudicij, rationis naturalis: quia læso cerebro turbatur quoque iudicium. Cūq; læsus phantasias pariat, non magnopere querendum est, à quo spiritus veniant melancholicæ illulorūque visiones, vt patet in phreneticis, in ægrotis variis, qui vigilantes se talia videre putant, audite, gustare, &c. qualia somniantes patiuntur.

Habet præterea qualibet passio profundata suam læsionē, suam atatem suam, vt Origenes loquitur, Dæmonium, patet in philocaptis, zelotypis & iracundis, in inuidis & avaris. Vnde Poëta: Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.

Quare

Queratur ergo, si persona sit nouitia in zelo fidei, quia Nouitius feruor cito fallitur, si caruerit regente præfenti in uor eisd fallit: adolescentibus & foeminis, quarum est ardor nimis audax, tur. varius, effrenis, ideòque suspectus.

Rursus plurimū refert attendere, qualis sit & fuerit persona qualiter erudita, quibus assueta, quibus delectata, in quibus conuersa, sit diues vel egena. In prima superbiana secretamque voluptatem: in altera fictionem timebimus. Hoc super omnia conuenit obseruare, ne lateat interior superbia spiritualis: quam Bernardus verè nominat subtile malum: quoniam & hæc de humiliatione sua nascitur, de sordibus & cilicio, de ieiuniis & de virginitate. Imò & de sua morte, suoque contrario trahit originem. Quid igitur exit tutum in superbia, cum nec ipsa virtus tuta sit ab ea?

Est autem superbia quædam in intellectu, dum nō vult subiici alieno iudicio, sed innititur propria quadam voluntate, dum renuit obedire, & hæc citius deprehenditur, ideòque facilius corrigitur, quàm prima qualitas visionum. Probatio spirituum refecit nedum personam, quæ visio- nes patitur, sed visionum qualitates, si vera sint omnia, etiam vsque ad minimam propositionem, quoniam in spiritu veritatis falsitas non est: in spiritu autem mendacij mille sunt viæ apertæ, vt in vnica latenti falsitate decipiat. Hæc ratione prohibuerunt à testimonio veritatis, quam ferebantur Dæmones, Christus Dæmoniaco, & Paulus Pythonissas.

Si præterea sit in visionibus sapientia, quæ sursum est, cum suis titulis, quos Iacobus enumerat: primò inquit, pudica est, deinde pacifica, modesta, suauis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, iudicans sine simulatione.

Si rursus excedant hæc visiones communem intelligentiam, vel in Scriptura sacra positum, vel in ratione naturali vel morali collocatum. Quod si non videretur illud asseribi frustra reuelationi, quod in scriptura sua semel locutus est, & sicut Iob loquitur, id ipsum non repetit. Quorsum quippe esset, ne dicamus vanum, visiones super

visiones in immensum multiplicatas, debere recipere tanquam

Reuelationes quomodo probanda.

De visis per læsionem cerebri.

Qualibet passio habet suam atatem, suam Dæmonium.

Diuites habentur elati: Pauperes hy-pocrita.

Superbiam spirituales Bernardus vocat subtile malum.

Ipsa virtus non tuta est à superbia. Hactenus de probatione personarum, nunc visionum.

Sapientia cōsensit bonis.

Reuelationis hodierna onerata Religionem quam

M. Henricus de Bassa scripsit contra nimiam hominum canonisationem.

quam ab ore Dei prolata, ac deinde certissima fide credenda. Sicq; demum nostra fides nostraque religio, quam Deus, teste Augustino, voluit in paucissimis contineri articulis, redderetur plus absque vlla comparatione quam lex verus onerosa. Hinc clara memoriz. M. Henricus de Bassa, comprimendam esse tot hominum canonizationem scripsit.

In omni revelatione requiritur Moyses & Elias.

Hic alia ratio sumitur, quoniam omisso dininarum scripturarum studio, magna pars Christianorum ad has visiones, ideo placentiores, quia recentiores, adduceret oculos & aures prurientes sicque nec iam nescirent: quia, iuxta Senecam verbum superna didicisset. Sicut opus in omni revelatione Moyses & Helias, hoc est, secundum venerabilem Richardum, testimonia legis & Prophetarum, alioqui suspecta est. Et inde fit perspicuum, quam necessarij sunt Theologi, in canonizationibus sanctorum, & examinatione doctrinarum.

Probatio spirituum requirit, vt persona, cui visiones recitantur, habeat se prudenter, presertim in principio consideret acriter quare mouetur hęc persona secretum suum reuelare super quo fiet alia consideratio.

Caue ergo, quisquis erit auditor aut consultor vt non applaudas tali personę, & non laudes eam: non mireris quasi sanctam dignamque reuelationibus atque miraculis Obstitu potius, increpa durę, sperne eę cuius sic exaltatum est cor, elati sunt oculi, vt ambulent in magnis & mirabilibus super se, vt digna sibi videatur, quę nō humano aliorum more operetur salutem suam per doctrinam, scilicet scripturarum & sanctorum, eam dictamine rationis naturalis, nisi consilium habere presumat, & putet nedum ab angelis, sed a Deo, nedum semel in necessitatibus, sed pene iugiter, velut in quotidianis collocaationibus, talem admone non sublime sapere, sed sapere ad sobrietatem: quoniam verissime ait, qui dixit, Superbia meretur illudi. Et eo dignius, quod iohannis Pharisęi, latentem harentemque offibus superbiam, sicut nec Phisicus febrilem calorem superbus attendit. Quid enim facilius, quam se vilissimum peccatorem dicere, sed veraciter simpliciterque ita sentire ex inimis, hoc diuini muneris est, non humani solius exercitij.

Enarrat

Enarrator exempla sanctorum patrum qui curiositatem huiusmodi visionum vel miraculorum, tanquam perniciosissimam fallacissimamque refugerunt. A qua se Augustinus liberatum in suis confessionibus gloriatur in Domino. Quam propterea Dominus Bonauentura abhorrendam nimis esse determinat, totoque conatu repellendam: Nunc orationibus, nunc increpationibus seu flagellationibus proprię mentis & corporis: exemplo illius, qui vt tentatione caret superbię, quęruit & obtinuit a Domino, vt per tres menses Dæmoniaca vexaretur obsessione.

Sancti Patres abhorruerunt a visionibus.

Nemo in syris videre

Christum cepit, in gloria eius videre sufficit.

Alter sanctorum Patrum, dum sibi Dæmon transfiguratus in Christum, diceret, ego sum Christus personaliter visitans, quia dignus es: confestim clausit oculos vtraque manu, vociferans: volo hęc Christum videre, satis est ipsum in gloria si videro, moręque disparuit.

Alter sub aliis verbis similem in huiusmodi illusionē seruauit humilitatem. Vide, inquit, ad quem missus sis. Ego certe talis non sum, quod dignus sim hęc videre Christum.

Alterum, quia volebat intrare templum, dicens sibi satis esse, quod oculis corporeis aspexisset Christum: colligauerunt catenas, soluere ieiunium, carnibus vesci, vtrumque bibere compulerunt. Sicque timore compresso sanatus est.

Opponet forsitan aliquis ex Apostolo iubente: nolite inquit, spiritum exinguere. Si sit ergo visio verę a Spiritu sancto, qui nihilominus repellitur: quid hoc est, nisi spiritui sancto resistere, suamque nascentem generatiuam suffocare. Sed profecto spiritus sanctus, qui se dat humilibus nequaquam ex humiliatione quam prædiximus, se subtrahet, intrabit potius, exaltabit, & in beneplacito suo deducet victor super excelsa animam hanc in oculis suis vilem & absque vlla ruga fictionis humilem & simplicem.

Quomodo spiritus non exinguendus.

Ruga hypocrisis.

Porro dici non potest, quantum hęc curiositas vel cognoscendi futura & occulta, vel miracula videndi vel faciendi, sefellit plurimos, & a vera religione frequenter auertit. Hinc superstitiones in populis quę religionē inficiunt Christianam, dum, sicut olim Iudæi, sola signa querunt, dum imaginibus exhibent lætę cultum dum insuper hominibus nec dum canonizatis, scriptarum quoque non Authenticis plus quam sanctis, vel Euangelio fidem præstant.

Curiositas querendi signa est Iudæorum.

Superbia meretur illudi. Nihil difficilius, quam vere se peccatorem agnoscere.

Probatio spirituum considerat causam, quare fieri dicuntur visiones præsertim, quo sine, nedum proximo, nedum aperto, sed occulto & longinquo. Potest itaque finis proximus apparere bonus & salubris, & devotus ad ædificationem aliorum, qui tandem prolabetur in multiplex scandalum, dum vel non respondebunt vltima primis; vel alias factum fictumque deprehendatur in personis fuisse: tantæ reputari sanctitatis devotionisque docuit hæc ætas nostra. deprecationibus dominorum Ioannis de Varenis & Ioan. Huss. & similibus.

Rursus dum aliquid fieri potest per humanam industriam, sit hoc in vita. sit hoc in doctrina. quare necesse est vel querere vel expectare diuinam cœlitus allocutionem? Hoc namque tentationi Dei, quam honorationi apparet similius.

Cæterum finis attendendus est, quare sit communicatio talium visionum, & quali personæ. Vtrum ad ostensionem, vel ad necessitatem. Vtrum ad dandum vel ad recipiendum consilium. Vtrum fiat experto vel inexperto talium.

Quod si videatur hæc persona querere tantummodò consilium ne fallatur, videndum est, si paratam se monstrat obedire consilio. Alioquin tam de curatione vix spes erit.

Io. Climacum Quoniam talis, ut dicit Io. Climacus, non iam eget Dæmone tentante se, quia factus est sibi Dæmon.

Qui semet tentat sibi Dæmon est. At verò dicit aliquis. Hæc idcirco persona non credit alieno iudicio, quia de suo certa est per reuelationem intimam & secretam. Sed profectò non est diuisionis Deus ut vni timentem se reuelet vnum, & per alterum similiter timentem eum, dicat vnum contrariū. Itaque si visio ex Deo est, non dissipabitur in humiliantes se sub alieno iudicio propter Deum: sed vigorabitur amplius, & vincet.

Cautelas ad propellendas visiones. Quocirca tradimus pro cautela, quod in huiusmodi visionibus nedum suspensum teneatur iudicium exemplo B. Amb. & Lucan. presbyteri. sed dicatur reuerenter cū Petro: Exi à me Domine, quia peccator sum, quia visionibus tuis indignus sum. quas hinc neque quero, neque accepto, sed repello. Sed in alio, non in hoc seculo visio tua tota merces mea domine Deus & sufficit. Quid ad me de visionibus tuis in hac vita, quid de superiorum meorum monitionibus: mitte potius obsecro alium, quem missurus es: & me

meus

meus spiritus humilis regat, obscuroque loco.

Altera potest addi super huiusmodi visionibus recipienda cautela qualem de somniis tradidit vnus dicens: Si monitiones aliquæ bonæ, inquit, fieri videantur in somniis, vel ex persona defunctorum, vel aliunde recipiantur, quasi somnia non penitus abiiciendo, neque eis ex aduerso velut authenticis, vel diuinis adhaerendo: recogitantur potius tamquam rememorationes aliquæ ad faciendum bona, vel mala declinandum, iuxta somniorum qualiratem.

Probatio spirituum considerat, qualiter & quomodo persona, quæ visiones se habere dicit, conuersatur, an in secreto vel in publico, an in vita actiua vel contemplatiua, aut in deuotione: quæ notam affert vestimentis, & cæteris, aut si communem habet conuersationem accommodatam his quibus conuenit.

Hoc præcipue considerare necesse est, si sit mulier, qualiter cum suis confessoribus conuersatur, & instructoribus, si colloquutionibus intendit continuis, sub obiectu nunc crebra confessionis, nec prolixæ narrationis visionum suarum. nunc alterius cuiuslibet confabulationis: expertis credite, nominatim Aug. & domino Bonauenturæ: Vix est altera pestis vel effeacior ad nocendum, vel insanabilior: quæ si nihil haberet aliud detrimendi, nisi temporis preciosi lausissimam hanc consumptionem, abundè Diabolo satis esset. Habet aliud, scilicet insanabilem viuenti, loquendi que, ut interim de tactu, si leam, pruriginem; Euenitque illud de Didone apud Poëtâ: Hærent infixi pectore vultus, Verbaque, nec placidam dat membris cura quietem. Cùm tamen in pace sit Dei locus. Nullus idcirco mirabitur, si tales ad fabulas conuersi, auertuntur à veritate. Si præterea mulieres hæc curiosæ agentes sunt, quales notat Apostolus, semper discetes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Vbi autem non est veritas, sit falsitas & vanitas peccesse est.

Probatio spirituum considerat vnde spiritus veniat, aut quò vadat. Itaque Berpardus testatur, hoc in se nunquam sciri datum esse, qui tamen expertum se pluries asserit humiliter spiritus sancti præsentiam, & intimo motu cordis siue mentis sensisse.

Mira

Mirabitur modò fortasse aliquis quo pacto persona strans inferioris dicat se frequenter agnoscere, vnde spiritus veniat. Prefertim cum dixerit Christus Nicodemo, Vocem, inquit, eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò vadat.

Quadruplici Quid porro, quòd in spiritibus diuersis multa inspirationum *Spiritus* inuenitur similitudo? Est enim spiritus Deus, spiritus Angelus bonus, spiritus Angelus malus, spiritus humanus, tam *quàm diffi-* rationalis, quàm animalis. Potest autem similis visio spir- *ter discernan-* rari per quemlibet hunc spiritum suo modo longè tamè di- *sur.* uerso, sed nec diuersitatem faciliter percipi: quæ similitudo non scitur apud inexperitos talium, qui neque per seiplos ex acumine ingenij, neque philosophicis disciplinis, neque per aliorum traditionem sciunt talia distinguere.


Certè nec mirandum cum paucissimos inueniamus, qui bene sciant secernere cogitationes & affectiones suæ rationalis animæ, vt rationalis est: ab illis qui sunt animales, videlicet in sensu communi, vel organo phantasiæ.

Difficile est Quem inuenies, precor, ex timentibus Deum, peccatave *discernere sen-* fugientibus, qui semper & in omnibus ad liquidum prospiciat, dum tentationes vigeant, si sensus eorum sit tantum- *sum à consen-* modò in imaginatione vel consensus in ratione. Adeò non *su.* facile est discernere sensum à consensu.

Quanto plus habet difficultatis, probatio quadruplicis prænominati spiritus: dum videlicet instinctus vnus vel inspiratio vehemens tangit mentem, si sit à Deo, vel ab Angelo bono vel malo, vel à proprio spiritu humano.

Diuisio spiri- Cuius rursus sensus portio duplex, superior & inferior *um & anima* adscripta est. Cuius sentire diuisionem, perfectè dat illud verbum Dei, quod pertingit vsque ad diuisionem spiritus & animæ: qualem in se diuisionem passa erat, quæ exclamauit Magnificat anima in ea Dominum. Dehinc secernens spiritum ab anima subiunxit: Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

Hæc interim sub compendio cursim notata sunt, quatenus cum ad singularia descendendum erit, facilius hac occasione data sapientiores diiudicent: persuasum habentes, viuere hominem, cuius nomen sit in libro vitæ, cui plures, & in pluribus personis breuis temporis spacium datum est experiri & prædicare omnia quæ dicta sunt.



TRACTATUS PER-
TILIS DE PYTHONICO
CONTRACTU, FRATRIS THO-
MÆ MURER, LIBERALIUM ARTIUM MAGISTRI, OR-
DINIS MINORUM. AD INSTANTIAM GENEOSI DO-
MINI IOHANNIS MORNER DE MERSPERG COM-
PILATUS.



Nomine ergo summi Dei exordium illud quod volumus narrare. Gratia ordinis & formæ præsentè tractatû triplici personatum distinximus colloquio, vt non minus materiæ amœnitas, quàm bonitas, lectorè amicè alliciat. Tum quia & alium eius- *Inueni de li-* dem materiæ, per quàm fidelè serenissimo Principi sigis- *bro* *Doctores* mundo Archiduci Austriæ transmissum, & per Conradum Mullerum *supra* *Suehel* vtriusque Iuris Doctorem excellentissimum vigili in *partu* indagine correctum, Dialogo distinctum conspexi. Qui licet (vt dixi supra) fidelis sit, & huius sententiæ diffinitiuus, non poterit tamen eodem curiosus rerum indagator quietari. Quare vt promisi procedam.

Ioannes Morner. O Thoma mi dilecte, tibi vt compa- *Est autor ho-* tiar humana coëgit natura. Quid est, quòd ceteris plus te *ius Tractator* male fortunatum natura constituit, maleficiatum reddit à *expertus est* Pythonica dico mulierè contractum? Quæ, inquam, tuæ ge- *Maleficiis.* nitrici, vt maleuola nocumentum asportaret, amicissimo sibi obesse spondit, tuo vt percepit relatu. Sic equidem matris dilectio (instigante natura) in peiorem partem secessit. Est ne piuum tuis dictis fidelis præstare aures: Bonam, inquam, fortunam Augustinus Deam pluribus in locis retulit: & tibi cum dissona non solum homines sed & Dij

Deusque nocere presumunt, quod in tuo studio clarius innotuit, ubi non semel, sed pluries, quae sumptis nocumenta, claret quam apertissime.

Thomas Murner. Quam gratum foret, generose domine (si ingenij adesset copia) ut quia me dignum inter disputandum iudicasti: angosque sollicitus, quod ita me isto tempore videam imparatum, ut vix grandinis aliquod vestigium salis dignè tibi testatum possim relinquere. Ut autem famulandi clarius innotescat voluntas locum dabo verecundiae, responsurus ad materiam propositam me conueto. Mihi quia compateris bene dicis illud esse humanae naturae, ratione nec animal aliquod simile sibi specie manducat.

Quæris demum re grandem, & humanae indagini haud possibilem, cur natura me plus cæteris malè fortunatum reddidit? Secundò, cur contractum? Tertiò, verumne pium sit, credere si sit? Quare his tribus questionibus præsentem absolute tractatum, Et quia præteritos ad memoriam casus deduxisti magis flere quam scribere libere: res pauca homines insidiat, quoniam cunctis qui placeat, non credat quod modò viuat, sed Deos Deasque inimicos habere, graue valde. Augustinum autem quia allegas quid respondeam latet penitus, nec aliquod patet refugium, nisi hoc vnicum, ut studium meum relinquam Deo (ut pollicitus sum) in Monasterio famulaturus, & modo illo superos meis precationibus reddere placatos.

Gasp. de Morfperg. Ab inceptis fide dignis, quia recalcitrare turpissimè, & tuò Thoma, studiù ad finem quasi deductum asseris relinquere velle. Nescis quia multis in rebus bestiis sumus inferiores. Hoc solùm maximè excellimus quod sapimus. Quatum ergo homo à Sapiètia recedit, tantum ab homine alienatur, naturae bestiarum proximat. Quanto autem Sapièntiam sequitur, tanto à brutis elongatus, in hominis natura excellit. Fortuna quidem caeca nec probum, nec improbū, nec vllam hominis dignitatem aut ordinem discernit: sed se vel citius peruersis moribus animòque ignobili, quippe ad votum eius procliuiori concedit. Et tu scientiam resurando fortunam expolis. Nec est in mundo aliqua fortuna, quam non augeat literarum notitia. Nam dixit Aristoteles ubi plurimus intellectus &

ratio

ratio, ubi minima fortuna: ubi plurima fortuna, ubi minus intellectus. Multò ergo magis ea Sapientiae pars appetenda quae hominem etiam supra hominem offerens superis quam proximum reddit.

Quod autem de Augustino dictum est, nihil concludit, nam seipsum reprehendit, in primo retracta. c. 1. Cepto igitur adherere studio licet, & sic tui nauigij laudabimus sollicitatem cum peruenieris ad portum, te magnificabimus post rerum consummationem.

Ioan. Mornher. iam oro edisserere Thoma, cur te plus cæteris natura malè reddidit fortunatum? Est enim in Deo duplex providentia, generalis prima qua Deus ipse res regit, secundum quod naturae sunt regi, ut dicitur 7. de Civitat. cap. 3. Sic Deus res, quas condidit, &c. Malè regeris, quia disfortunij causa tu ipse es, aut saltem aliquid tui, ex parte corporis animaeve constitutum.

Secunda providentia specialis est quadam electione procedens, secundum quam Deus prouidet unicuique hominum, secundum merita praesentia, vel futura & occulta nobis, sibi tamen praesentia. Quia eius iudicia iusta sunt semper, licet occulta, ita quod aliquando aduersitas plus proficit, quam prosperitas, secundum Boe. 4. de conso. Hoc ideo dixi, quia si te vna illarum Dei providentiarum attingeret, iam ultra quaestio, cur plus cæteris his infortunatus, inuolida esset, nam dixit Paulus, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. Sed, de natura quaero, utrum naturale quoddam sit te plus cæteri malè reddens fortunatum.

Thomas Murner. De bene fortunato stat in trimembri diuisione, ut habet Scotus, similiter & de malè fortunato, cum tot modis dicatur vnum oppositum, quot modis dicitur & reliquum: primum, nullus dicitur bene fortunatus propter actum vnicum fortunatum. Sic nec malè fortunatus, vnicò infelici actu implicatus. Secundum, nullus dicitur bene fortunatus, quia semper bene ei accidit sic nec malè fortunatus, cum nullus talis sit sine speciali miraculo.

Tertium, est quis bene fortunatus, quia ut plurimum bene accidit per contrarium malè fortunatis: Nam dixit Aristoteles primo Ethicorum non facit vna horum ver, si

FII 2

Deos Deasque
inimicos si
monachus.

Nulla fortuna
est, quam
non augeat li-
terarum no-
titia.

Vbi plurima
sapientia, ubi
inimica fortu-
na.

Vbi minimum
sapere, ubi plus
vnum capere

De duplici
providentia
Dei.

Aduersitas
plus proficit
quam prosperitas.

Tot modis di-
citur vnum
oppositum,
quot reliqua:

nec actus vnicus fortuitus, bene vel male hominem reddit fortunatum. Fortuna igitur tertio modo capta stante, causam queris, cur illi vt plurimum bene, alteri vt plurimum male accidat. Quod autem de Dei narrasti prouidentis, nihil mihi constat, cum naturaliter simus loquuti. Circa naturam autem triplex reperitur philosophandi modus.

Est autem primus respondendi modus, dicens, bene fortunatum magis esse dispositum, vt ipsum causa vniuersalis moueat, ad hunc locum magis quam ad alium, vt si aurum sit tibi, & fodiens ipsum inueniat, ergo secundum hunc dicendi modum, qui est Theologorum, fortunæ causam non intrinsecam rei, sed extrinsecam dicemus. At tamen Aristoteles querit causam intrinsecam, quam dixit esse impetum.

Sed si tu dicas, tu queris causam, vbi non est causa, nam effectus fortuitus non habet causam. Dicendū, quod notum sit Aristoteli. Quod sicut illud quod euenit in pluribus, habet causam, vt in pluribus, vniiformiter: ita quod euenit in paucioribus, & difformiter, habet reduci ad causam vniiformiter agentem & per se. Causa autem intrinseca huius impetus est, secundum Aristotelem, cum dicat in libro de bona fortuna. Est ergo bona fortuna sine ratione nata. Bene fortunatus enim est, sine ratione habens impetum ad bona, & hæc adipiscens, hoc autem est natura: In anima enim inest tale natura, quo impetu ferimur, sine ratione, ad quæ vtique bene habebimus. Et si quis interroget ab operante, quare sic facit, nescio, inquit, sed placet mihi.

Simile patet in his, quæ à Deo aguntur. Etenim à Deo vetti, sine ratione impetum habent ad operari aliquid. Et vult dicere quod aliqui habent velle, ad quod sequitur bonum aliquid præter intentum, ex impetu & sine ratione, & causa huius impetus est natura. Demum dicunt alij, non intrinsecam, sed extrinsecam causam ponentes, non tamen, vt Theologi, sed cælum, vel intelligentem mouentem cœli, mediante cœlo, vt Deus ipse immediatè mouens, hic cum alijs coincidit.

Ioannes Murner. Pone triplicem opinandi modum. Primus autem, quem Theologorum asseris, non videtur in veritate posse persistere. Nec mentem quietare potest. Qui dam queri posset, quare ad propositum illius sequi-

*Cur natura-
liter vni ma-
le, alteri bene
accidat.*

*Effectus for-
tuitus nõ ha-
bet causam.*

*Bona fortuna
est sine Ratio-
ne nata.*

*Intelligens
mouens cœ-
lum, median-
te.*

tur bonum, & non ad alterius propositum, quum etiam, quia est contra Aristotelem, cui non videtur aliquod nouum immediatè esse à Deo. Vnde ipse ponens mundum æternum, non posuit motum potuisse esse nouum, nisi secundum partes: ita quod totus non potuit esse nouus, vt habetur 8. Physicorum: quod Deus non potest causare nouum mundum, vel nouum cælum, vel nouum motum, secundum suam totalitatem.

Secundus verò respondendi modus, qui fuit Aristotelis, non procedit, quia dixit, quod si aliquis habet impetum sine ratione. Contra, non est fortuna bona sine actu voluntatis, quia fortuna est effectus contingens, consequens effectum agentis à proposito. Nunc autè actus voluntatis est circa obiectum ostensam à ratione, ergo talis impulsus ad volendum non est sine ratione.

Præterea, si natura impellit aliquem ad volendum & non ratio, ergo non esset fortuna, quod euenit, sed casus, cum hæc differentia sit inter fortunam, & casum 2. Physicorū.

Tertius autem modus, qui dicit quod nihil sit effectum fortuitus, nisi illud, ad quod causalitas cœli se potest extendere, non videtur vero consonus. Cum aliquid sit in homine, ad quod causalitas cœli non potest se extendere, sicut est volitio, nisi occasionaliter mouendo appetitum sensituum, secundum cuius inclinationem apta est voluntas inclinari. Cælum ergo, quia non potest volitionem attingere, nec etiā causas ad eius causationem coniungere, ideo aliquid est in homine, ad quod causalitas non potest pertinere, & per consequens nec fortunæ causa referri.

Thomas Murner. Dilecte Ioannes, absit longè à nobis, vt ea quæ Spiritus sancti instinctu Theologia dictauit, falsa dicamus. Quod autem queris, quare ad illius propositum, & non alterius sequatur bonum, fortassis & quia sic voluit Deus ipse, cuius voluntatis inquisitionem supra dixi infirmam: Aut quia patii indispositio, nam Deus influit in quolibet vniiformiter, in quantum potest, secundum Aristotelem, & quia iste est dispositus, ille non ideo Deus impellit istum ad tale propositum, ad quod consequitur commodum: illum autem non impellit, quia non habuit in eo dispositionem requisitam.

*Nil noui à
Deo.*

*Totus non po-
test esse nouus.*

*An impetus
possit esse sine
Ratione.*

*Nihil fortui-
tè, nisi ad
quod causa-
tas cœli se
extendit.*

An aliquid possit nouum esse à Deo. Et si vera quæris, quæ diuersarum dispositionum causa semper deuenit ad vnum primum, voluntatem dico primi entis, licet Philosophus illud fortè non diceret. Quia verò de natiuitate dixisti, non viderur Aristoteles sibi ipsi cõtradicere. Dato enim, quòd oporteat aliquos effectus fortuitos nonnos reducere in mediare in Deum, adhuc sibi ipsi non viderur contradicere, quia certum, ratumq; habuit Aristoteles secundum propria sua principia, animam intellectuam esse à Deo immediate, & ad hoc attingere potest ratio naturalis, cum sit immortalis, & ita aliquid nouum potest immediate esse à Deo.

Quomodo autè illud possibile sit, causa breuitatis omis- sum relinquitur, tamen de hoc lege Scotum, in vltima quæ- stione Quolibetorum. Aut dicas, quoniam vtiq; si sit propter diuersitatem euasarum recipientiarum, nihil noui Deo imponitur, sicut Sol immediate soluit glacies, & co- gular lutum, nulla posita nouitate in eo, ita secundum Ari- stotelem hoc corpore organizato, Deus necessitate immu- tabilitatis, causat hanc animam, & prius non ratione indi- spositionis materie, sicut nec Sol causat alium & alium ra- dium in aere & in aqua, nisi propter diuersitatem recipien- tium, quod in perspectiuis nostris concludatur est.

Murmur de Perspectiuis. Quid tamen secundum fidem & veritatem dicendum esset, supra, loquendo de Dei prouidentia duplici, solus con- fessus es. Quod contra Aristotelem facere videtur æquiuo- cat. Nam Aristot. intellexit fortunam esse siue ratione con- siliante, non autem siue ratione volitum obiectum osten- dente.

Fortuna eo casus quomodo differant. Ad aliud autem dicitur, quòd licet natura sit mediata cau- sa illius eventus fortuiti, non tamen immediata: sed volũtas vnum incedens, licet sit aliud eueniens præter intentum, quod dicitur fortuna, non casus.

Et contra tertium respondendi modum dico, quod cœli causalitas ad omnia alia præter voluntatem se extendit. Si autem aliquis fortuitus effectus in voluntate ponatur, in Deum reducere oportet, qui omnibus prouidet & coniu- pit, cum dicat, uis & capilli capitis vestri numerati sunt. Hæc autem cum sit contra Astrologos, clarius de hoc lo- que in quadripartito meo maiori.

Thoma Mur- neri quadri- partitum.

Quæris

Quæris igitur, generose domine, cur me plus exteris, natura malè constituit fortunatum. Triplicem vidisti mo- dum. Habes enim duas extrinsecas causas, & vnam intrin- secam. Fortè de intrinseca loquendo, talem impetum ad commodum non habeo, qui te tenet ex parte complexio- nis: non animæ, vt habet Scotus, imò & Aristoteles. Quare diffortunij causa non sum ego, non est enim in potestate mea, mutare corporis complexionem aut staturam. Quis enim est ex vobis, qui potest ad staturam suam adicere cu- birum vnum: quasi dicat, nullus, quare me excusatum, oro, habeto.

Si autem de extrinsecis causis loqui contingat: primò de celo videamus, nec est in potestate mea, diuersos planeta- rum stabiliũque stellarum coitus mutare, horam gene- rationis, seu meæ interemptionis.

Coitus stella- rum.

Si autem dixeris, quia dixit Ptolemæus, virum sapientem astris dominari: & opus stellarum ita adiuuare, quemadmo- dum seminator fortitudines naturales, in libro Almagesti, & suo quadripartito. Vt ut quidem fateris, quia sapiens: vbi autem stulti & mihi similes manebunt, qui non solum astris dominari non possunt, nec parere inconuenienti ob- iecto: Quare me secundò excusatum habeto.

Vir sapiens quomodo do- minetur a- stria.

De alia autem causa extrinseca, quæ est Deus, parum sentio, cur cadere permittit, confido tamen, vt in posterum gloriosius resurgam. Nam nostris terris equos quadrupe- des cadere vidi, & lædere pedes, Vach. Iuuenis & inexper- tus lupus, quem nullus vnquam rusticorum clamor cir- cundedit.

Quadrupes si cadit, cur non bipes ca- det homo.

Gaspard de Messerg. Dixisti Thoma supra, quare vnus plus aliis redditur malè fortunatus. Nec vltà sit quæstio con- grua, cur contractum reddidit, quoniam coincidunt. Porio- rum autem Theologorum rationem nescio aliquam. Sed insuper ad vltimam quæstionem mentem feramus, quæ quærit, vt rûmne pium sit credere, si sit, volo dicere de ho- minum ligatione. Quod non sit, fides nostra concludit. Quæ Diabolum huiusmodi incarnatum causam assignat, à quibus nec iuuenes, nec senes, nec probos, nec improbos excludos ostendit.

De iuuenibus dicit Augustinus 21. libro de ciuitate Dei

capitula 18. Prorsus que sciri tum est : Graue iugum filioque
 Adam a die exitus de ventre matris eorum usque in diem
 sepulture, matrem omnium, usque adeo implere est neces-
 se, ut ipsi parvuli per lavacrum regenerationis ab origina-
 li peccati, quo solium tenebatur, vinculo iam soluti, multa
 patientes nonnulli incertis spirituum malignorum patia-
 tur. Et Hieron. dicit. Quid cause est, ut saepe bimili & tri-
 mili, ac vbera materna lactantes a Damonio corrupan-
 tur? De scribis ego ipse testis. De probis tob. De improbis
 quam plures alij. Ergo concludere licet, Daemonem non
 vetulas, nec aliquid naturale esse causam istius contractus,
 Deus autem ipse faciendi facultatem tribuit.

Ioannes Mercher. Thoma Magister mi & Praceptor cha-
 rissime. Ultimo genitoris mei dulcissimi mentem consimi-
 lem Theologorum opinioni, immatentalem allumantium
 substantiam, ligaturum omnium causam (volo dicere) Dia-
 bolum, suapte primum id exequendi a primo ente faculta-
 tate. Videtur enim (ut dicit Aristoteles primo metaphysice)
 Deus omnibus esse causa & principium quoddam. Quare
 dixit commentator primo libro de anima, quod rei cog-
 nitio per suam causam est magis summa, quam sui esse tan-
 tum.

Cognitio per
 causam magis
 est summa.

illa scimus
 qua testimo-
 nio aliorum
 didicimus co-
 tra Expositi-
 onem.

Dicitur ultra, quod summi Dei permissione, & iusto Dei
 iudicio indifferencia, iusto atque iniusto iuuenibus & se-
 nibus, contingat & ad id allegant sua iura & Doctores
 Catholicos. Quod si verum sit, nescimus, nisi scientia arguat
 sicut capit Augustinus, scientiam, de octavo septimo libro de
 Trinitate: capitulo 3. Dicit enim, Absit, quod scire nos ne-
 gemus, quae testimonio didicimus ab eorum. Tum quia est
 creditum, hoc eorum nos, possumus responso contem-
 tari, Deum creatorum causam alligando. Ab hoc enim
 ente creatum, & totam naturam dependere, i. metaphysice
 Aristoteles expositus est.

Praeterea, si omnium causa Deus, quid nostra prode-
 rit scripta singulorum causas inquirendo? Sat est enim
 Deum ipsum causam profitemi creatorum. Non sit quae
 hoc nostram profectionem, seu deliramentum. Praesupponem-
 us sententiam primariam causam plus ceteris influere. Qui
 eam potest vana agens tantum, quod omnia agere
 tollit.

tollit a rebus suas proprias actiones. Quas si quis tollit, au-
 fert & earum essentias, nec habet (ut ait commentator) ce-
 rebitum naturaliter aptum ad bonum.

Exempli gratia. Pluviarum, quatum causa Deus ipse pri-
 ma, secunda demum essentia, quinta, diverso stellarum coi-
 tu, quae tertio diversarum exhalationum motrix est plu-
 vias inducentium, ut habetur apud Arist. in li. Meteororū.
 Naturas igitur rerum immutari, longē Deus a nobis Theo-
 logicē cum loqui contingat, quod iustum est fatebimur.
 Et huiusmodi Theologorum commenta ad praesens re-
 linquamus. Nam huiusmodi opinionibus est omnibus no-
 strorum rusticorum caterua repleta.

Thomas Murner. Modestius, o Ioannes, loquereris, si ha-
 rum rerum plenior tibi esset intellectus: tunc infantiae par-
 cendū aestimo. Nescis quod dicit Arist. Quia maior est ru-
 sticorum fides, quam philosophorum & doctorū virorum.
 Nam dicit Scotus lib. 4. 34. dist. q. 1. quod duplex est impo-
 tentia in genere. Naturalis una ad quam membri sequitur
 mutilatio seu frigiditas, de quo nihil ad praesens.

Diabolus ser-
 uat pacta ali-
 qua.

Alia autem casualis, quae fit per maleficium: & haec fit
 per malignos spiritus: qui habentes pactiones cum homini-
 bus servant promissa, non quia veraces, sed ut alij eis adhe-
 reant. Quia si nulla pacta servarent Demones, nulli homi-
 nes eis servirent, & ut illi quibus servant promissa, eos co-
 lant. Nam ex superbia sua praecipue appetunt honores di-
 vinos. Deus etiam permittit eos exercere potestatem suam,
 ad impediendum aliquos, ab aliquibus actibus, in quos
 possent, si non essent impediti, & hoc propter peccata eor-
 um, vel propter aliquam aliam causam occultam. Et hoc
 modo magicus habens pactum cum Demone, procurat ab
 eo, ut istum impediat aliquo actu, quamdiu aliquod signum
 a Demone positum perseverat, puta acas curvata, vel ali-
 quid id generis. Iam enim vides, quid scuserit Doctor sub-
 tilis, cuius pius mentem tormentum nuncupasti. Quid
 autem arguisti omnia tua conclusurum argumenta vnicum
 illud, quod Deum non debeamus immediatam orationem
 causam referre, licet mediam ponere nulli ratione pro-
 bebimur.

Acas curvata
 vis.

Ioannes Mercher. Secundum verba Boetii posita, pos-
 set pariter, quod remedium ad tollendum contra istud
 Remedia con-
 tra malefici-

Diaboli impellimentum? Scio tamen contraria contractus curari, quid contra facta Diaboli? Si dixeris orationes: & tu cum sanus sis, quo mediante scire exopto, cum te plus in tua ægritudine iurasse, & vetula maledixisse, quam orasie seu sanctos invocasse constet: Ergo non est verum quod dicunt Theologi, quod in huiusmodi necessitatibus sancti solum sint invocandi, cum sit aliud, per quod mederi oporteat. Et tu dicis, te sanitatem recepisse unius hominis auxilio. quare te & illum excommunicatum indicare consonum dixi. Age, age, quod figmentum componis, dicendo, quia sanus factus ex tactu sacci varius, & aqua immundiciis scutellarum maculata, inuenisti, ne in naturalibus disciplinis, quarum professor es, his in rebus huiusmodi inesse actiones: Nunquid verum dixi, facientem & consulentem excommunicandos, & à Christi fidelium communione excludendos?

Thomas Murner. Video te, generose Domine, contra me furorè cõcitatum, quia verum dixi. Quid si deliramentum, protulisses? Adest virus Mathæus & Iacobus Murner, qui huius rei testes sunt. Nam in ore duorum stabit omne testimonium. Figmentum autem quia me dicis componere: scis enim & audisti quæstionem quam Scorus concessit, Dæmones pacta seruare hominibus, seductionis causa, nõ quia veraces quamdiu signum per ipsos positum durat: Nam si aliquis sciens maleficium destrueret, non esset excommunicatus, sed opus faceret meritorum: Insidias (dico) Diaboli destruendo, & opera.

Quare dixit Scorus, quod trifaria est illa quæstio, an liceat tollere maleficium intentione curandi maleficium. Non enim solum licet, sed est meritorium destruere opera Diaboli, nec in hoc est aliqua infidelitas, quia destruens nõ acquiescit operibus malignis, sed credit Dæmonem posse & velle fatigare, dum tale signum durat, & destructio talis signi imponet finem tali vexationi. Sic ergo saccũ & aquam illam immundam puto signum mihi fuisse infirmitatis à Dæmone positam, & illud mora habuit anni, quod si post annum cum sacco fecissem, quod anni spacio factum fuit, nunquam pristina redditurus fuisset sanitati.

Nec mihi placet de illa materia loqui, sum equidem in

am præceptis & cõrbor, quia hominis unius pessima voluntate, nunquam ante infirmitatem à me visi, tali miserabili poena sine meis meritis, crucior per omnes dies vitæ meæ. Et nisi omnipotens Deus sua summa bonitate & clemètia, me inter suorum sacerdotum numerum collocasset, quid facerem? Deo omnipotenti offero. Idcirco hac opinione Theologorum, quæ est secundum veritatem, velis (oro) contentari.

Ioannes Morner. Thomas mi charissime, later, ne te cautela Aristotelis? Quæ opponentem informat, respondentem *spontaneam* debere reddere futiosum, vt ab ipso materia relinquatur *Respondentem* proposita, quam à te suscepi, esse huiusmodi mihi, qui omnibus *ad oram edo* documèta salutis? Furor verò si me cõprehendit, documèta, vt mentorum meorum virtus omninò euanescit. Transeant *turbetur in* Theologica: Hæc sit quæstio, utrum hominum ligatio naturali possit ratione demonstrari, volo dicere utrum ab *ligatio, an* actione naturali sit. Et videtur quod sic: Iniuste equidè puniuntur qui nunquam deliquit. Sed ligantes puniuntur, ergo *rationibus* deliquerunt. Patet maior in actu iudiciario, licet in operibus diuinis procederet, cum aliquis puniatur: aliquando non reus, nunquam tamen in iusto Dei iudicio, de quo nihil ad propositum. Patet minor in l. Multi. C. de male. & mathe. Statuarum insuper hinc inde apud iudicia publica, fixarum: quæ denigrationis causa sunt huius actus sententia. Consueuerunt & ob huiusmodi noxã nostris terris vetula igne cremari: Longæuæ quapropter consuetudinis non est vilis authoritas, nec est verisimile, vt habet Aristoteles, quod ab omnibus fertur omninò deperdi posse. In oppositum tamen fuit fides, vt dictum est: ergo quid dicendum sit, oro, breuius concludere.

Thomas Murner. Dixi clarè in superioribus, generose domine, id sensu experiri, causam insuper adiunxi, illa tamen quia non contentaris, dico primò, nisi verba sequètia summe ponderaueris, huius rei secretum vix patebit. Et quia licuit nunquam sensibilem negare effectum, ex insensibili causa procedentem. Quare hominum fateamur ligationes causam inquirentes, quæ quidem audimus, dari non prohibemur visa protestando.

Sed quia diceres fortè illud infidele quoddam genus hominum dico ligationes naturali via euenire posse. Ad hoc respon

Opus natura respondet Aristoteles, dicens naturam non agere, nisi quia à superioribus causis mota, quæ sunt Deus & intelligentiæ. *est opus intelli-*
gentia. Opus enim naturæ est opus intelligentiæ 11 Metaphysic. v. bi videtur consentire Deum huius. Causam principalem & mediatam, ergo immediatas inuestigare non est inhib. tum.

Opiniones
quinque circa
actum liga-
tionis.
Inconclusis
aliquor
astrologis.
 Est autem circa hunc ligationis actum multiplex opinio: multis autem omisis, quinque tamen posita sunt. Est igitur prima Theologia iam posita, quatuor autem Philosophorum. E quibus est vna dicentium, hunc effectum cum omnibus aliis esse à forma cœli, quam contrahi nouimus quæquam suæ natalis & interemptionis hora. Dixerunt antiquiores nobis, suatque experti. cœli signa per singula corporis membra ducatum obtinere, sic quia aries caput, cololum taurus gemini brachia obtineant, sic quæ deinceps, quæ docent Astrologica: licet à modernioribus putà iustis, contraueniant: minus tamen iuste: secundum quod in quadripatrio meo maiore libro primo expressi clarius.

Est equidem in omni famatum Philosophia: inferioris mundi corporum motus primos cœlestium itus atque redius arcanis quibusdam naturæ vinculis trahentes sequi. Si enim crescente luna in animalium corporibus humores abundant, decrecente attenuantur, vt etiam humani corporis venas illic pleniores, hic laxiores reperies, quod in egrotantibus clarius apparet. Certius inquam certo venam seu membrum ferro tangi non debere luna supra idem ducatum habente. Summa igitur in naturali actione cœli ad disposita passa concordia. Quod patet, qui enim prioris lunationis medietate decumbunt, natura eorum fortior morbo validius repugnat, in sequenti debilior leuius succumbit. Quotidianas etiam ægrotantium affectiones quotidianæ omnino lunæ applicationes ad primum locum trigonæ retrogroræ opposita & reditas mentiuntur, ob quod privilegium ij dies inter cæteros certo nomine discreti sunt. Nonnulli etiam numerosis obtinent experimentis ex diuersis lunæ mansionibus diuersis suorum membrorum impotentis affici.

Et hoc est, quod voluit Plato noster diuinus, de intellecta animæ, faciens duas circulationes, ita quod posuit cœli

cœli motus eisdem cum motibus animæ, id est, quod actiones cœli sunt eadē cum actionibus animæ: vt allegat eum Aristoteles 1. de anima, licet iniuste eum redarguat.

Vsq̄ adeo quidem motus etiam, tam hominum quàm cæterorum animalium primum Solis iter sequuntur. Sole siquidem oriente surgere progrediuntur, & ascendēte cursu addunt, ac tanquam motus absente doce quiescunt ad exitum illius iterum exituri. Post lunam autem & solem stellarum, tunc omnium quidem effectus certi, præter quod vulgo non adeo sunt vt luminarium virtutes approbati.

Demum possit aliquibus, vt dicunt, rationibus persuaderi, hominum dico ligationes naturali via euenire posse, licet causa sit occulta. Homo enim ipse ab antiquis microcosmos est appellatus, quasi maiori similis mundo. Ex qua quidem, Albertus similitudine intulit, distantias duorum extremorum digitorum, & à planta pedis ad verticem cœcordate. Natura enim cui commoditas in omnibus, quàm maxima cœlo cuncta comprehensiuo figuram impressit sphericam. Et idem quod in homine dicitur, diuiso homine per duas lineas orthogonaliter se secantes, sciendum erit de maiori mundo. Nam omnes lineas à centro circuli ad circumferentiam ductas æquales esse necesse est. Quis autem mentis sanæ maiorem mundum esse mirabilis plenum negabit? Cur ergo totidem vel saltem aliquorum mirabilium pluralitatem non continebit homo ipse, qui supra minor mundus dictus est.

Paret contra. Nam in Euangelio dicitur, Prædicate Euangelium omni creaturæ, id est homini cum omnibus convenienti. Est autem homo omnium naturalium finis, 2. Physi. Sunt & omnia propter ipsum, vt cunctis dominū imponat, secundum quod in Geneleos volumine continetur. Habent etiam naturalia insitam naturalem obedientiam erga ipsum.

Quare dixit Aristoteles solem & hominem ad hominis concurrere generationem? nisi quia superiora in finis præsent (hominis natiuitatem & interemptionem) contracta?

Quid demum est, quia dixit, tempora pluuiosa prodesse piscibus, auiibusque prodesse? nisi quia secundum autem diuersitatē, & interiora variari necessariū inter argumentū.

Que

Aristotelis

error.

Naturaliter
 ligationes causari.

In microcosmo aquæ miracula abutidos, ac in dicitur crocosmo.

Homo est omnium naturalium finis.

Quæ autem huius auræ diuersitatis causa, nisi hæc, quam Arist. in lib. meteororum assignat, dicens, quia necesse erat hunc mundum inferiorem in quatuor elementa continuis superiori subiici lationibus, vt scilicet tota eius virtus inde gubernetur.

Præterea in quolibet ordine essentiali, destructo primo, destruitur omne posterius, 2. Metaph. Motus autem cœli est simpliciter primus 8. P. hysicorū. Ergo motus qui est sanitatis ad ægritudinem est à cœlo, alias esse non potest.

Postremò verò diximus, omne mixtum esse corruptibile, ergo destructiuum principium in natura reperi contineus est. Hoc enim est quod voluit Scotus lib. 4. dist. 29. q. 11. non est dare in natura potentiam passiuam, cui non correspondeat actiua in natura. Cum alterum contrariorum fuerit naturale, & reliquum necessariò erit naturale, ex De cœlo & mūdo. Materia equidem contrariorum eadem est, vt habet Commentator.

Pater secundò, timet enim omnis mundi species aliquod horribile & destructiuum, habetque aliquod confortans & lætificans per propriam naturam. Sic omnis ouis lupum timet, quem non solum viuum, sed & mortuum, in insuetu naturæ visu & gustu cognoscit, lupus canem, mus catum, & omnia quadrupedia leonem, omnia volatilia aquilam, finaliter omnia animalia hominem. Vult ergo hæc opinio hominum ligationes naturali vi euenire posse, cœlum tamen cōadiuuantem æstimat causam, inueniri que rerum huius mundi concursus esse secundum stellarum coitus, & gaudium & victoria & tristitia pendet exinde, & per illud iudicatur tanquam per causam.

Iohannes Mornher. Contra hanc opinionem, dilectæ Thoma. quauis astrologorum suspicor, dicentium ligationis effectum esse à forma cœli, quam contrahit quisque hora sue natiuitatis, seu interemptionis, videntur absurda. Nam vt habemus 2. 6. q. 2. lo. textus de superstitionis. Dicit enim, neque ab hoc genere superstitionis (de quo in textu) segreganda sunt, qui olim Genethliaci, propter naturalium considerationes dierum, nunc autem Mathematici vocantur. Nam & ipsi, quamuis veram stellarum positionem, cum quisque nascitur, consequuntur, & aliquando peruestigant, tamen quod vel inde conantur actiones nostras, vel actio-

num euentus prædicere, nimis errant. Huius igitur artis scientia vsque ad Christum fuit concessa, vt Christo edito, nemo exinde natiuitatem alicuius de cœlo interpretaretur. Christi aduentum vsq; solū debuit valere.

Quòd demùm inferitur, quia planetis in singulis membris specialis esset, potestas, & ita ad singularissima procedere, satis à Ptolomeo nostro ætlimo redargutum. Dicit enim, non debet Astrologus dicere rem particulariter, sed vniuersaliter. Singularium etiam non esse scientiam Aristoteli approbatur. Finaliter conclusit, omnia iudicari per cœlum, vt per causam quod apertissimè claret falsum, in glossa 26. q. 5. Non liceat.

Illud autem quod arguit, motum cœli simpliciter esse primum, secundum Theologos, fortè non concluderet, cum dicat Scotus lib. 3. dist. 48. Primitatem motus cœlestis ad alios motus non esse primitatem causæ, vel alicuius à quo dependet essentialiter, sed tantummodo cuiusdam perfectionis in quibusdam conditionibus motus, quæ sunt irregularitas & velocitas.

Pater enim, quòd essentialiter non dependet actio corporis cœlestis in aliquod inferius, ex motu illius corporis. Quia secundum philoso. 2. de generatione nihil facit ratio ad generationem, nisi quia adducit generans, ergo si sine illo motu generans esset æquè approximatum, æquè ageret. Tum quia falsum est, quod Astrologi fingunt, dicentes superiora in inferiora agere: cum supra sit dictum, aliqua esse, ad quæ cœli actiuitas peringere non valeat. præterea intellectus vniuersalium est, sensus singularium. Ad opera autem cœlica sensus iudicio deuentum extitit, ergo de ipsis scientia non est: cum quia singularia, tum etiam quia aliter se habere possint, & de contingentibus est Astrologia. De contingentibus determinata veritas non est.

Insuper arguitur Astrologiæ officium superuacuum & inane, quia res pertinguntur per experimenta & minus quàm potest percipi rei veritas experimentatiue est, dum bis, in vno esse inuenitur: sed hoc in Planetis est impossibile. Planeta enim cum fuerit in aliquo loco, ex signis, cæterisque Planetæ aspicientes ipsum, vel ei coniuncti ad constanter esse non reuertuntur, nisi post multa millia annorum, ad quibus temporis quantitatem nunquam humana vita sufficit

Astrologia in scientia vsque ad Christum fuit concessa, vt Christo edito, nemo exinde natiuitatem alicuius de cœlo interpretaretur. Christi aduentum vsq; solū debuit valere.

Astrologi vniuersaliter non particulariter debent loqui.

Singularium non est scientia.

Ad quædam vires astrorum non penetrant

Astrologia est de contingentibus.

Contra Genethliacos.

ter cum sui

De Pythonico contractu.

fecit. Quomodo est ergo possibile homini, ut bis a seipso in eodem esse plurimas reperiat, quatenus ex eorum reditu prober, quid significant?

Astrologi etiam magis sunt egentes.

Demum rarissime in suis doctrinis Astrologi reperiuntur concordēs, & ceteris semper sunt magis egentes.

Articulos Parisienses allegat, qui habetur de verbo ad verbum in Acti?

Quid plura referam? Scire cœlo si applicetur ignis stuppa, & dicas non posse comburi error est, & hic articulus est. Parisiensis: ergo multæ actiones, quarum causa cœlum dici non potest, de quibus dubium non est. Quid ergo de illo actu Pythonico dicemus, in quo maxima occurrit difficultas, non apparentiæ dico, non sensui, quàm intellectu?

Demonomazina Bodini inserti.

Thomas Murner. Generose domine, licet multa in medium duxeris argumenta, falsitatem opinionis Astrologorum probantia, forte & quia non falsa, non est enim creditibile, antiquos Patres & Philosophos, à quibus omnis scientiæ fons & origo processit, rem tantæ falsitatis poluisse. Sed quia de hoc spectabilem tuæ dominationis tractatum edidi, puta, de revolutionum veritate falsitateque nuncupatum, iam curæ non est tuas rationes reddere solabiles, quomodo in eodem tractatu solutæ sunt.

Attamen quia tibi nec hæc placet opinio, inveni tertiam quæ est Alberti Magni dicentis, ligationum causam animam ipsam, seu contentum ipsius, siue quod idem est, voluntatem, non ut liberam, sed ad defectum declinantem desideratæ rei. Fundatque se in dicto Avicennæ, sexto naturalium, dicentis: Quia hominû animæ inesset virtus quædam res externas immutandi, alia autem entia obediunt ei, quâdo ipsa fertur in imaginum amoris excessum, aut odii, atque id generis. Concluditque quod cum anima alicuius ligat res, atque ad idem quod vult.

Ligationum causam esse voluntatem hominû.

Theologorum sententia de ligationibus.

Dicitque Albertus se invenisse, quod animæ affectio est radix maxima omnium harum rerum: Quod & Theologi nostri affirmantes, dicunt: quod si his fides non tribuatur, nequaquam ligationis alicuius sequitur effectus: cuius causam assignant meritum passivæ Iesu Christi Domini nostri, ob quod data est potestas Christicolis calcandi serpentes malignos.

Diceret autem, quia opinio prima dixit, Diabolum nihil posse efficere sine hominis voluntate, quare Diaboli sequi-

Tractatus Thomæ Murneri.

sequitur nocumentum voluntate ligantis & non ligati ego bonus, cur alterius mihi mala oberit voluntas, dicemus alibi. Nec vult tantum Albertus, hanc animæ affectionem solam huius rei causam asserere, sed subdit, siue propter grandem affectionem alteret corpus suum, & alia quæ iatendit, siue propter dignitatem obediunt ei res aliz viliores, seu cum tali affectione extermidata concurrat hora conveniens, aut ordo cœlestis: aut alia virtus, quæ quamvis faciat, putavimus tamen animam facere.

Iam publicum ac verificatum est, quod ligationes hominû, incantationes, ad iram promotiones, odium, amicitiam, detrimentum, & gaudium sunt ad grandes affectiones consequentes Et tu vides quod secundum naturam vulgus abhorret maledictiones & veterum blasphemias, tanquam in eis sit virtus, aut saltem cum eis aliqua mali virtus annexa. Natura autem nihil facit frustra. Nec fugitur aliquid naturaliter, nisi virtute naturalis desiderij, vel amoris timorisque ad aliud, ut habet Scorus libr. 4. dist. 53. q. 2. arg. 1.

Ioannes Murner. Contra hanc opinionem, quæ est Alberti, graue est arguere. Est etenim intricata, & nimium distincta. Dicit primò, virtutem aliquam animæ ligationum causam. Secundò, quod gaudis sequatur rei pevitæ affectio. Tertio quia propter magnam dignitatem obediunt ei res aliz viliores. Quarto, quia hora concurrat forte conveniens aut ordo cœlestis. Quintò dicit, aut alia virtus, quam non nominat, quam & ligationes facere assentit. Ne autem habeatur suspensus, dicit illud animam facere, ne forte, quia voluit cœlum posse agere aliquod naturale, si A, & quia tunc sciens talem effectum in ipso A, ligare potest. Hanc æstimo eius mentem, si saltem scientis concurrat grandis affectio, & hora conveniens, habent omnia tempora sua: Contra Iuristas, qui dicunt omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi fieri debere in omni tempore indifferenter, par quod reprobare intendunt electiones. Glossa autem supra memorata. 26. quest. 5. Non liceat, dicitur, nil reprobari, nisi necessitatis impositionem. Vult ergo Albertus aliquod naturale inveniri posse quod sit ligationis causa. Sed quia illud mihi ignotum, temerario ausu rem incognitam non condemno.

Thomas Murner. Occurrit & hoc loco antiquorum nostrorum mens & sententia. Opinabatur enim hunc ligationis effectum.

subordinatas: nec audeo dicere essentialiter: quia supra patuit
oppositum, licet secundum Philosophos forte illud non esset.

Prima igitur causa Deus ipse, cum vniuersaliter sit in causan-
do. Secunda cœliura, alicui rei quod supradictum est, aut virtu-
tem contractiuam influens suo motu, lumine aut influentia.
Quod autem virtualiter agens, qualitates diuersas inducit dis-
proportionatas, & huic impedimento conuenientes. Quæ de-
mum infirmitas complexionum fortitudine debilitat, vel na-
turaliter augmentatur, minuitur vni magis, alteri redditur one-
tosa. Tamen, vt dictum est, diuersarum complexionum ratio
qualitas est. Tibi autem, amantissime Præceptor, quia meorum
dubiorum vincula enodasti, quas valeo & possum immortales
refero & innumeras gratiarum actiones, me per totius vitæ
meæ cœlum ad tua semper vota offerens promptissimum. Va-
le felix per tempora multa.

*propositio
nes in-
ptarum
opinionū
causa
sunt do-
ctarum
Resolu-
tio ium.
Etiam
falsis scri-
ptoribus
gratia
adde.*

Thomas Murner. Malè opinantes in principio, posteris bene
putandi vestigia reliquunt. Tu igitur, Generose Domine, si-
golare refugium, hunc tractatum velis (oro) suscipere, animo
eo quo datus est. Mihi, inquam, sufficit aliis subtilius speculan-
di viam præbuisse. Absit, obsecro omnis suspicio fallax. Nec
his, vt dixit Aristot. tantum gratiarum actiones referre tene-
mur, quorum apud nos veridica scripta tenentur, sed & erro-
neis & falsis scriptoribus: aliquid namque conferunt: habitum
etenim nostrum præexercitati sunt. Et ego cum nihil utilitatis
conferam, iuuentuti precor faueas. Vale, & me, vt soles;
com habeto. Ex vniuersitate Friburgensi Sole in 22.
ante.

D. XCIX

QVÆSTIO DE STRIGIBVS PER EXL.

M I V M SACRARVM LITERARVM PROFESSOREM

F. Bartholomeum de Spina, Ord. Prædicat.

Sacri Palatii Apostolici Magistrum.

*Propositor quæstio, & inducitur argumeta quatuor, qua generaliter
probare videntur, partem quæstionis falsam: omnia, inquam, qua
narrantur de Strigibus non in veritate, aut in corpore: sed per
phantasticas visiones, aut in somnis diabolicis spiritus illusiones
contingere.*

CAP. I.



Vxritur, an Maleficæ illæ personæ, quæ vulgò Stri-
ges dicuntur, ea verè corporaliterque faciant, ac pa-
tiantur, quæ se facere patique fatentur: an certè cre-
dendum sit illusionibus easdem diabolicis adeò desi-
pere, vt putent in vigilia sibi contingere, quæ contingunt in
somnia. Et videtur quod, vt præfertur, à Diabolo sint deceptæ.

Quod quidem probatur primò concilij Acquirensis authorita-
te, in quo, vt registratur in Decretis. 26. q. 5. can. Episcopi sic de-
cernitur: Non est omittendum, quod quædam scelerata mu-
lieres, retrò post Sathanam conuersæ, Demonū illusionibus &
phantasmatis seductæ, credunt se & cõsentur cum Diana
nocturnis horis. Dea paganorum, vel cum Herodiade, vel cum
innumera multitudine mulierum, equitare super quosdam be-
stias, & multarum terrarum spacia intempestæ noctis silentio
pertransire, eiusque iustionibus obedire velut dominæ, &c.

Vbi patet, per Concilium determinari, quod hæc sunt illuso-
nes Diaboli, & quod in phantasia solum perficiuntur. Quod ma-
nifestius etiam apparet per ea quæ ibidem paulo post habentur
in verba hæc: Sacerdotes per Ecclesias sibi commissas populo
Dei omni instantia prædicare debent, vt nouerint hæc omnino
falsa esse: & non à diuino, sed à maligno spiritu talia phantal-
mata mētibus fidelium irrogari arbitramur. Si quidem ipse Sa-
thanas, qui transfiguratur se in Angelum lucis, cum mentem cu-
iuscunque mulieris ceperit, & hanc per infidelitatem sibi subiu-
gauerit, illico transformatur se in diuersarum species persona-
rum atque similitudines, & mentem quam captiuam tenet in
somnia deludens, modò læta, modò tristia, modò notas, modò
ignotas personas ostendens, per quæque deuia deducit: & cum
solus spiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo esse, sed
in corpore euenire opinatur. Quis enim in somnis & nocturnis
visionibus non extra seipsum deducitur, & multa videt dor-

*Primus
argumē-
tum pro
parte fals.*

*In somnis
extra nos
ipso dicitur.*

subordinatas: nec audeo dicere essentialiter: quia supra patuit oppositum, licet secundum Philosophos forte illud non esset.

Prima igitur causa Deus ipse, cum vniuersaliter sit in causando. Secunda cœlum, alicui rei quod supradictum est, aut virtutem contractiuam influens suo motu, lumine aut influentia. Quod autem virtualiter agens, qualitates diuersas inducit disproportionatas, & huic impedito congenientes. Quæ demum infirmitas complexionum fortitudine debilitat, vel naturaliter augmentatur, minuitur vni magis, alteri redditur onerosa. Tamen, vt dictum est, diuersarum complexionum ratio qualitas est. Tibi autem, amantissime Præceptor, quia meorum dubiorum vincula enodasti, quas valeo & possum immortales refero & innumeras gratiarum actiones, me per totius vitæ meæ cœlum ad tua semper vota offerens promptissimum. Vale felix per tempora multa.

*propositio
nes in
ptarum
opinionu
causa
sunt de
ctarum
Resolu
tio num.
Etiam
falsis scri
ptoribus
gratia
aduen*

Thomas Murner. Male opinantes in principio, posteris bene putandi velligia relinquunt. Tu igitur, Generose Domine, singulare refugium, hunc tractatum velis (oro) suscipere, animo eo quo datus est. Mihi, inquam, sufficit aliis subtilius speculandi viam præbuisse. Absit, obsecro omnis suspicio fallax. Nec his, vt dixit Aristot. tantum gratiarum actiones referre tenemur, quoniam apud nos veridica scripta tenentur, sed & erroneis & falsis scriptoribus: aliquid namque conferunt: habitum etenim nostrum præexercitati sunt. Et ego cum nihil utilitatis conscripserim, iuuentuti precor faueas. Vale, & me, vt soles; com m habeto. Ex vniuersitate Friburgensi Sole in 22. rate.

D. XCIX

QVÆSTIO DE STRIGIBVS PER EXL.
MIVM SACRARVM LITERARVM PROFESSOREM
F. Bartholomeam de Spina, Ord. Prædicat.
Sacri Palatii Apostolici Magistrum.

Propositur quæstio, & inducuntur argumeta quatuor, quæ generaliter probare videntur, partem quæstionis falsam: omnia, inquam, quæ narrantur de Strigibus non in veritate, aut in corpore: sed per phantasticas visiones, aut in somnis diabolicis spiritus illusionis contingere.

CAP. I.



Vxritur, an Maleficæ illæ personæ, quæ vulgò Striges dicuntur, ea verè corporaliterque faciant, ac patiantur, quæ se facere patique fatentur: an certè credendum sit illusionibus eadem diabolicis adeo desistere, vt putent in vigilia sibi contingere, quæ contingunt in somnis. Et videtur quod, vt præfertur, à Diabolo sint deceptæ. Quod quidem probatur primò concilij Acquirensis auctoritate, in quo, vt registratur in Decretis. 26. q. 5. can. Episcopi sic decernitur: Non est omittendum, quod quædam sceleratæ mulieres, retrò post Sathanam conuersæ, Dæmonū illusionibus & phantasmatis seductæ, credunt se & cõsentur cum Diana nocturnis horis. Dea paganorum, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierum, equitare super quosdam bestias, & multarum terrarum spacia intempesta noctis silentio pertransire, eiusque iussionibus obedire velut domina, &c.

Vbi patet, per Concilium determinari, quod hæc sunt illusiones Diaboli, & quod in phantasia solum perficiuntur. Quod manifestius etiam apparet per ea quæ ibidem paulo post habentur in verba hæc: Sacerdotes per Ecclesias sibi commissas populo Dei omni instantia prædicare debent, vt noverint hæc omnino falsa esse: & non à diuino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mētibus fidelium irrogari arbitramur. Si quidem ipse Sathanas, qui transfiguratur se in Angelum lucis, cum mentem cuiuscunque mulieris ceperit, & hanc per infidelitatem sibi subiugauerit, illico transformatur se in diuersarum species personarum atque similitudines, & mentem quam captiuam tenet in somnis deludens, modò læta, modò tristia, modò notas: modò ignotas personas ostendens, per quæque deuia deducit: & cum solus spiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo esse, sed in corpore euenire opinatur. Quis enim in somnis & nocturnis visionibus non extra seipsum deducitur, & multa videt dor-

*Primus
argumen
tum pro
parte fal*

*In somnis
extra nos
ipfos ducit*

Ezechiel in spiritu, non in corpore vidit visiones.

niendo, quæ nunquam vigilando viderat: Quis verò tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? cum Ezechiel Propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore vidit & audiuit: sicut ipse statim inquit: Fui in spiritu: Et Paulus non audeat dicere se raprum in corpore. Omnibus itaque publicè annunciandum est, quod qui talia credit & his similia, fidem perdit.

Et infra: Quisquis ergo credit, posse fieri aliquam creaturam, aut in melius aut deterius immutari: aut transformari in aliam speciem, aut in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, proculdubio infidelis est, & pagano deterior. hæc ibi.

Etiã eorũ par- ticularibus contradi- cere hære- ticam est.

Per prædicta igitur verba manifestatur non solum esse falsum, quòd tales personæ corporaliter ad ludum illum diabolicum portentur, vt faciant quæ vulgo dicitur cas facere: verum etiam esse hæreticum, quemcumque talia credentem fieri, vel etiam posse fieri corporaliter virtute Dæmonis: & asseritur, quòd hæc omnia & his similia, in solo spiritu, & in somnis iurata sunt. Assertioni autem & determinationi Sanctorum conciliorum contradicere, vel etiam non acquiescere, hæreticum est, etiam si concilia particularia sint, extra de hæret. capitulo. Ad abolendam ergo, &c.

Secundũ argumen- tum ad idem.

Secundò idem probatur ex his quæ narrantur à talibus personis fieri in tali cursu eorum phantastici statu. Dicunt enim, quòd ingrediuntur domos nobilium & diuitem, & ibi comedunt & bibunt: & quòd tanta quandoque est eorum multitudo, vt dicant se vegetes magna vino pretioso euacuasse, casei formas magnas, vt vocant, consumpsisse, boues pinguissimas mactasse & assatos edisse & isti hæc plurima fecisse, quæ ex duplici capite falsa deprehenduntur.

Famelicæ redeunt Saga à conuersione.

Primò quidem, quia (vt eorundem etiam testimonio comprobatur, cum redeunt de cursu, ferè semper inueniunt se afflicti, & non secus ac illis noctibus, quibus ad cursum non deportantur, famelicæ. quod tamen esset contra naturam.

Secundò, quia in domibus illorum nobilium, in quibus asserunt prædicta consumere vel consumpsisse, nihil vquam inuenrum est defecisse ciborum vel vini, nullam bouem: vel aliud quodcumque animal fuisse: ergo hæc omnia conuincuntur illusiones esse Dæmonum vel somnia, eis quæ leguntur in historia S. Germani non dissimilia, quando hospitatus in quodam loco vic sanctus, cum post cenam iterum pararetur, admiratus, interrogauit, cui de nouo præpararent, cui cum dicerent, quòd

quòd bonis illis mulieribus, quæ de nocte incedunt, præpararet, illa nocte sanctus Germanus statuit vigilare. Et ecce vidit multitudinem Dæmonum ad mensam in forma hominum & mulierum venientem: quibus præcipiens ne abirent, cunctos de familia excitauit, inquitens, si personas illas agnoscerent. Quæ cum omnes vicinos suos ac vicinas dicerent esse, misit ad singulorum domos, Dæmonibus præcipiens ne abirent, & ecce omnes qui videbantur ibi comedere, in propriis lectulis sunt inuenti. Adirati ergo qui aderat, se esse Dæmones dixerunt qui sic hominibus illudebant, vnde patet propositum aperuissimè.

Historia de S. Germano.

Tertiò, probatur hoc idem per alia, quæ ab eisdem flagitiosis personis narrantur, quæ credere accidisse aut etiam fieri possibile, hæreticum est, aut fatuum. Dicunt enim, quòd illa domina cursus quam striges, qui Ferarix sunt, vocant sapientem Sibylam, quæ videlicet in illa multitudine præesse videret, sicut iuxta prædictum cap. Episcopi. Herodias vel Diana, desiderat tangere aquam fluminis Iordanis, quo loci cõgregatur, vt aiunt. Et licet ad hoc plurimum conetur, nunquam tamen præualere tam tangere, sed fluius ipse potius exsiccat. Quæ de re sic illa irascitur vt à facie eius oporteat omnem illam multitudinem statim aufugere, alias omnes ab ea protinus necarentur. Causam autem quare tantopere tangere desiderat aquam illam, hanc asserunt, quia si posset, inquirunt, hoc consequi, vt tangeret aquam, si eret tunc domina totius mundi. Et sic dicunt omni nocte accidere, quæ sic in cursu cõueniunt, bis videlicet in hebdomada. Quæ quidem omnia, quantum qualémve sapiant vanitatem sapientes iudicent.

Tertiũ argumen- tum ad idem, Sapiens Sibylla, Dæmonia in suo strigum Sibylla autem tangere flumen Iordanis.

Quartò, idem etiam confirmatur ex narratione ipsarum de his quæ videntur etiam apertam impossibilitatem præferre, & ob hoc non nisi delusoria esse censenda. Dicunt enim, quòd postquam comederunt aliquem pinguem bouem, vt supra relatam est, vel aliquam vegetem vino, vel arcam, seu copinum panibus euacuauerunt, & consumpservnt ea vorantes, domina illa percussit aurea virga, quam manu gestat, ea vasa vel loca, & statim, vt prius, plena sunt vini, vel panis, ac si nihil inde fuisset assumptum. Similiter congeri iubet ossa omnia mortui bouis super corium eius extensum, ipsumque per quatuor partes super ossa revoluens, virgâque percuciens, vivum bouem reddidit vt prius, & reducendam iubet ad locum suum. Cum igitur hæc esse videantur miraculosa opera, quæ à solo Deo seu diuina virtute fieri possunt, vt sacri Theologi vnanimiter determinant, talia Diabolo attribuere hæresim importare videtur vel

Quartũ argumen- tum ad idem.

certè delusoriè omnia contingunt: quod est propositum.
 Duo argumenta producuntur ad idem, quæ specialiter probare videntur, striges ad lucum Diabolicum unctiõne, vel alio maleficio facte non portari. Inde unicum pro parte questionis vera subnectitur, quæ sit ut tota questio dubia reddatur.

CAP. II.

Quintò, nonnullis experientiis specialiter ostenditur esse falsum, quòd striges portentur à Diabolo, facta quadam unctiõne, vel quocunque alio modo ad ludum vel ad loca distantiã.

Et primò quidem inducendum est, id quod accidit Illustri Principi N. etiam temporibus eorum, qui adhuc supersunt. Cùm enim strix quadam in carcere Inquisitori cuiusdam conventualis delincretur, quæ fatebatur se multoties ad cursum esse delatam, desideravit ille Princeps hæc audiens experiri si vera hæc essent, an potius somnia. Et advocans D. Inquisitorem illum tandem induxit, ut permitteret coram eis, & coram multitudine ad idem astantium nobilium, adductam mulierem se perungere suo quo utebatur unguento, & viderent, si verè à Diabolo visibiliter vel invisibiliter apparente, per aëra portaretur ad cursum. Quòd cùm Inquisitor etsi perperam admisisset, & illa coram eis profiteretur se ituram, seu portandam à Diabolo, si inungeretur ut supra: inuncta sepius stetit immota, nec unquam ei quicquam insolitum contingere potuit, cuius rei hanc etiam usque diem perseverant plures nobiles testes de visu. Ex quo factò patet esse falsum, quòd portentur ad cursum pro voto striges, sed quòd aliquoties eis sic videantur deportari: contingit ex delusione Diaboli, cuius rei plura alia testimonia, exempla que libet nunc subinferre: quæ etiam temporibus nostris contigisse feruntur.

Dominus August. de Turre, Bergomensis, medicus suo tempore celebratissimus, mihi superioribus annis in domo sua Bergomi retulit, quòd cùm iuuenis Paduz studeret, quadam nocte circa sextam horam domum cum sodalibus suis rediens, & expulsans, cùm nemo responderet, aut aperiret: tandem per fenestram, scala conscendens domum intrauit: & ancillam inquirens, reperit iacentem in cubili super terram supinam, nudatam veluti mortuam, & penitus insensibilem, ita ut nulla potuerit arte per ipsum excitari. Factò manè, ab ipso, quæ ad sensum redierat, sic scitata, quidnam illa nocte passa fuisset: tandem confessa est se delatam ad cursum. Ex quo manifestè patet, quòd non corporaliter, sed in spiritu, vel in somnis ita deluduntur, ut putent se longius deferti, quæ immobilis dormitescit.

Hæc

Hæc simile mihi Salutis retulit superioribus annis D. Petrus Cella, olim vicarius Marchionatus Salutarum, qui superest adhuc, de quadam sua etiam ancilla similia passa, similiterque ab eo deprehensa deludi. Sed & fama publica apud nostros fertur, quòd cùm in dicecesi Cumana officium inquisitionis exerceretur à nostris, contigit in castro, quod Luganum appellatur uxorem notarij inquisitionis iudicialiter accusari, quòd esset strix, atque malefica.

Turbatus est autem mirum in modum vir eius, eo quòd sanctam esse putaret. Dispositione autem Domini manè diei Veneris sancti, dum uxorem non inueniret, in stabulum porcorum concessit, & ibi nudam verendamque præmonstrantem, & penitus insensibilem in quodam angulo reperit, limo porcorum respersam iam igitur certior seipmè factus de eo quòd credere non poterat, arrepto gladio subita ira voluit eam occidere. Sed in se rediēs, paululum subsistit ut videret finem. Et ecce post modicum temporis ad sensus suos illa reuerfa, viso marito sibi mortem intentare, coram eo prostrata est, & veniam petens promissit quòd omnem ei veritatem panderet, & confessa est, quòd iussit illa nocte ad cursum, & c. Maritus autem hæc audiens statimque recedens, eam apud Inquisitorem accusavit, ut ignibus traderetur. Quæ illico inquisita, nusquam comparuit. Putant autem, quòd in lacum, super cuius ripam terra illa sita est se immiserit.

Fertur etiam quòd quædam mulieres, cùm eadem ratione se perungerent, ut videlicet ad ludum deportarentur: à nonnullis clam spectantibus, visæ sunt quasi somno statim oppressæ in terram cadere, & ibidem per plures horas immobiles permanere, cùm tamen eadem in se reuersæ postmodum affirmarent, ad cursum, ut optabant, se tunc temporis fuisse deportatas.

Videatur autem quòd per talem unctiõnem id contingat his strigibus, cuius simile recitat diuus Augustinus 18. de civitate Dei, c. 28. accidisse cuidam nomine Præstantio, cuius filius eidem sancto Doctori retulit, quòd præfatus eius pater quadam vice venenum quoddam sumpsit comesto caseo malis artibus composito: & statim iacuit in lecto quasi dormiens, qui tamen nullo modo poterat excitari. Post aliquot autem dies eum videri euigilasse dicebat, & quasi somnia narrasse, quæ passus est, caballum scilicet se factum, annonam inter alia iumenta bailasse militibus, quæ dicitur retica, quoniam ad retias deportatur, quòd ita ut narravit factum fuisse, compertum est.

G. G. G.

Exemplum
 quibuslibet
 comprehensum
 sagæ non
 deportari.

Vnguentum
toram
Diabolicum
vni.

Sicut igitur huic Præstantio per caseum maleficum, ita strigibus per vnguentum prædictum diabolicum, possibile est accidisse, vt accidere somnium vehementissimum, & sonariare se ad loca deportatas longinquâ, in catos conuerti, vel quæcunque alia facere etiam vel pati, quæ post modum se putant in veritate fecisse, vel passus esse.

Neque iudicandum est hoc esse contra naturam omnino, cum etiam quibusdam victionibus medici quandoque naturaliter somnium vehementissimum inducant inunctis (vt semel ætate nostra contigit) temporibus infirmi, qui nullatenus antea poterat somnum capere.

Ex quibus omnibus & innumeris aliis experimentis clarissimè patet, quod vel aliquid tale quandoque naturaliter potest accidere: vel tales sunt Dæmonum illusiones, & quod non in corpore, sed in somnis & in spiritu fiunt ac videntur quæcunque ab his personis fieri vel videri narrantur contra naturam.

Sextum
argumentum
non ad
idem.

Sexto probatur, striges non esse Diabolo inuitabiliter obligatas, non conuerti in catos, non occidere pueros, quæ tamen omnia istæ infideles foeminae asserunt accidere; vel se operari, dum sic deportari dicunt à Diabolo. Affirmant enim, quod illi qui semel se obligarunt supradictæ dominæ cursus, non possunt vterius ab obligatione illa resistere, quod libero arbitrio derogare, & consequenter hæreticum esse, in dō contra naturam manifestum est. Item quod præmittunt strigare omnī tanto tempore, puta omni quindena vel menstruo, saltem puerum vnum siue puellam, & quod id optimè seruant. Quod etiam vadunt per domos infanrum, quos impetere volunt, ingrediens & saltantes in fornica catorum per fenestras atque caminos, & super lectum puerozum ascendens, eorum sanguinem sugunt à digitis manum atque pedum, ab ore stomachi, à fontanellis, & aliis eorundem corpusculorum partibus delicatis, qui tandem hæc de causa post paucos dies deficientes moriantur.

Calamitas
ad strigandum.

Dicunt etiam, quod domum propriam reuertentes, accipiunt quandam calamitatem de sublimari ostij domus suæ, quæ calamitatem ipsæ ad hoc ibi dum abeunt in cursum relinquunt, vt in reuersione eam accipientes, statim in propriam formam (vt sibi videtur redeant foeminarum, à forma qua sibi ipsis videbantur cati. In quo quidem facto vel est hæresis in prædicto cap. Episcopi. damnata, quod videlicet vna species creature transformetur in aliam: vel certe maxima Dæmonum delusio

si hæc fiant in spiritu tantum seu in somnis.

Nec est verisimile, quod tantum sanguinis à pueris sugant, ipsis non sentientibus, vel etiam eorum parentibus non aduertentibus cum præsentibus sint horis præsertim nocturnis, quando ista dicuntur contingere: vt inde necessario mors sequatur. Aliàs sequeretur, quod innumera multitudo puerozum ita periret, cum tamen sint rarissimi, qui videantur tali morte decedere. Dicunt enim quod est innumera strigantium multitudo promiscui sexus, & quod quilibet tenetur qualibet quindena vel saltem quolibet mense vnum maleficare puerum, vt supra inductum est. Innumerabiles igitur quolibet etiam male morerentur quod non apparet.

Nec valet dicere, quod ab eisdem strigantibus, vel ab aliis etiam strigibus post modum careantur, tum quia ipsæ striges communiter fatentur, quod nolent eos ab aliquo curari, & quod pro suo posse intendunt eos occidere, tum quia quedam, quæ dicebat se curare tam eos, quos ipsa strigabat, quam ab aliis strigatos, fateatur ex alia causa in eodem processu per me facto contra eam, quod ipsæ quæ strigant nolent quemquam curari. Ex qua etiam dictorum contradictione voluit etiam ista curare propter lucrum prætere manifestè quod ista positio nulla veritate subsistit. Non videtur etiam consonum diuinae clementiæ, vt tot innocentes pueros ab his maleficis personis pro earum occidi voluntate permittat. Ex his igitur omnibus quam clarissimè patet propositum.

In contrarium faciunt infiniti penè processus Inquisitorum, & iustitia facta per eos contra tales personas, quasi veraciter & corporaliter vadant ad cursum & ibi fidem abneget atque Bapismum, concussent cruceam, ac sacrum Christi corpus contumeliis, opprobriis & horrendis vituperiis afficiant. Quæ equidem omnia si non verè, sed in somnis fierent, iniustissimi iudices essent Inquisitores, & non iustitiam ministrarent, damnando tales extremo supplicio. Et cum Ecclesia id cognoscat & tolleret, seu etiâ eis fauere, & à Principibus & populis ad id exequendum Inquisitores iudicantur & auidentur, patet quod hæc non sunt tantum somnia sed corporaliter & in vigilia prædicta horrenda scelera ab his maledictis personis percipiuntur etiam communiter prædicti, vni Ecclesiastici grauissimi, & prohibiti vitæ viri religiosi. Vnde pro eorum actibus præsumitur iuxta text. voc. & lib. Abba. in ea. nisi essent de præben. & gl. in l. Titio fundus. ff. de eon. & dis. & in religiosis, est text. au-

¶ Vnde
sequitur
specie scilicet
strigibus
habere
iustitiam
quæ habetur
in d.

quia veritas
sunt de
presumptis
de strigibus
strigantibus
autem.

degeni.
in præceptis
de excep.
ri.

Pro ingui.
sunt
ad p. e.
sunt
quæ

reus in c.2. ibi, quod non fecissent. cum glo. de no. oper. nan. & per glo. in c. de present. in 16. quæst. 1. & Fely. in c. super his. col. pe. in fi. de Accusat.

Plurima maleficiorum genera officio inquisitionis atque iudicio subiecta ostenduntur, de quibus tamen non esse principalem huius operis intentionem differere, manifestatur.

CAP. III.

Pro determinatione quæstionis huius præmittendum est, quod hic non intēdimus de toto superstitionis genere differre, utrum verè contingant quæ circa illud supra facultatem humane naturæ fieri videtur: an cerè delusoriè phantasticè. Tam enim exploratissima esse puto, vel mediocriter erudito, imo etiam cuique rudi. nisi ex toto decipiat, his sceleribus totum penè orbem esse sædatum, cum idipsum quotidiana præmonstret experientia, tum etiam quia contra tales tam diuinæ leges defrauiunt, quàm humane. Si quidem contra Maleficos clamat Dominus, Exod. 22. Maleficos non patieris viuere. Similiter contra eosdem, nec non contra magos & ariolos, incantatores, pythones & diuinationis spiritum habentes, in diuinis literis extrema etiam pendet sententia. Nam Deuteron. 18. sic dicitur, Non inueniatur in te, qui ariolos sciscitur, aut obseruet somnia atque auguria. nec sis Maleficus, nec incantator, nec qui pythones consulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Leuit. quoque 19 sic dicitur, Anima quæ declinauerit ad magos & diuinos, & fornicata fuerit eum eis (hoc est, illorum sceleribus communicauerit, & per hæc illorum auxilium implorauerit, ac pessimis eorum artibus vsa fuerit) ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi mei. Et in eodem libr. c. 20. sic dicitur ex ore Domini: Vir vel mulier, in quibus pythonicus vel diuinationis spiritus fuerit, moriatur, lapidibus obruent eos.

Leges contra Maleficos.

Canonici & Doctores Ecclesie contra Maleficos.

Sacri quoque canones, sancti Doctores Ecclesie ac sacri Theologi de huiusmodi superstitionum ac diuinationum genere abundantiè tractantes, omnia talia esse scelerata nefandissima, extrema ultione digna definiunt, vt præcipuè patet 26. q. 5. per diuum Augustinum in lib. de doct. Christiana: & registratur in eadem causa quæ 2. Illud & in lib. de natura Daemonum, vt ibidem habetur quæst. 4. c. Igitur &c. Sciendum. In plurimis quoque libris de ciuit. Dei, eiusdem sancti Doctoris, videlicet lib. 7. cap. vlt. lib. 8. cap. 29. lib. 10. c. 9. lib. 18. cap. 17 & 18. & lib. 21. c. 7. Diuus quoque Thomas hæc opera nefandissima

verè

verè fieri ab his sceleratissimis hominibus, in pluribus doctrinæ suæ locis declarat, & præcipuè 2. 2. q. 92. & 93. Tertio contra Genti. c. 104. & 105. Secundo sententiarum. dist. 7. Por. q. 6. ar. 6. Ma. q. 26. ar. 9. 10. 11. Cum eo quoque concordant omnes sacri Theologi in eadem distinctio. 7. 2. sententiarum c. Unde etiam ab Ecclesia speciale impedimentum matrimonij ponitur maleficium, quod non nisi per has artes, diabolica interueniente virtute, perficitur, de quo diuus Tho. pertractat, in 4. dist. 34. cum aliis Theologis ibi.

Leges quoque canonicæ, sicut pro parte inductum est talia vt nefandissima condemnant opera, contra raliū auctoritates excommunicationis sententiam, aliàsque varias pœnas promulgando, vel cominando, vt patet præcipuè 26. q. per totum, & vt ibi etiam specialiter de diuinationibus & sacrilegiis pertractatur.

Ciuites etiam leges contra Maleficos & Math. multipliciter fuerunt, vt patet præcipuè c. de malefic. & Math. contra eosdem grauisimas promulgantes pœnas. Quæ quidem nefandissima opera, si non verè fierent, sed delusoriè, vanè contra ea fuissent promulgatæ leges, & in legem ipsarum actores, etiam in ipsum Deum, illa retorqueretur vanitas: quod extrema blasphemia est.

Et etiam quæ temporibus nostris sunt per diabolicas personas promiscui sexus (quæ quanto vilioris sæpè sunt generis, tanto sunt in sceleribus istis potentiores) maleficia, quod non in somnis aut phantasticè fiant, effectus, ipsi præmonstrant, quos in dies videmus ac patimur. Tantaque crescit illuione pestis hæc grauisima, vt noua etiam contra tales condere leges quodammodo coacta sit Ecclesia.

Vnde Innocent. VIII. scribens inquisitoribus Alemanniæ, nec non Iulius II. scribens Inquisitori Bergomensi, sic sanxerunt, vt hæc quæ sequuntur Innocentij eiusdem præfixerūt verba. Pervenit ad auditum nostrum, quod quàm plures viriūque sexus personæ propriæ salutis immemores, & à fide Catholica deuiantes, cum Dæmonibus incubis & succubis abuti, ac suis incantationibus, criminibus & coniurationibus, aliisque nefandis superstitionibus, sortilegiis & excessibus, criminibus & delictis, mulierum partus, animalium sætus, terræ fruges, vinearum vnas & arborum fructus, nec non homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes, & alia diuersorum generum animalia, vineas quoque, pomeria, prata, pascua, blada, frumenta, & alia

De his si libet, videlicet in decisis Capella Theologica quæstio vna. Quædam autem per totam. Ciuites leges contra Maleficos.

Viliores quo sunt homines eo in hoc genere sceleris sunt peiores. Epistola Pontificis ad Inquisitores Bergomenses.

certe

teret legumina, petire, suffocari, & exigui facere & procurrere: ipsi quoque homines, mulieres, iumenta pecora, pecudes, di-
 zis tam intrinsicis, quam extrinsecis doloribus & tormentis
 afflicere & excruciare, ac eosdem homines ne gignere, & mu-
 lieres ne concipere, viris que ne vxoribus, & mulieres ne viris
 actus conjugales reddere valeant. impedire fidem præterea
 ipsam quam in sacri susceptione baptismi susceperunt, ore sa-
 enilego abnegare, aliisque quam plurima nefanda, excessus
 & crimina insilligante humani generis inimico, committere &
 perpetrare non verentur, in animarum suarum periculum,
 diuina maiestatis offensam, ac perniciosum exemplum & scan-
 dalem plurimorum.

Et paulò post: Nos igitur impedimenta quælibet per quæ
 ipsorum inquisitionum officij executio quomodolibet retardari
 posset, de medio submouere, & ne labes hæreticæ prauitatis
 aliorumque excessuum huiusmodi, in perniciem aliorum in-
 nocentium sua venena diffundat, opportunis remedijs proue-
 nostro incumbit officio, promittere volentes, fidei zelo ad hoc
 maxime impellente, ne propterea contingat prouincias, ciuita-
 tes, dioceses, terras, & loca prædicta sub eisdem partibus Ale-
 manie superioris debito inquisitionis officio carere, eisdem
 inquisitionibus in illis officium inquisitionis huiusmodi exequi
 licet: & ad personarum earandem super excessibus & crimini-
 bus prædictis correctionem, incarcerationem, & punitionem
 adiri debere, petinde in omnibus & per omnia, ac si in literis
 prouinciarum, ciuitates, dioceses, terras & loca, ac personæ & ex-
 cessus huiusmodi nominatim & specificè expressa forent, au-
 thoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, &c.

Ex his omnibus patet propositum, quod ista non fiant per
 has sceleratissimas personas delusorie, vel id eis contingat in
 somnis: alias leges istæ derisibiles essent.

Patet etiam ex prædicta Apostolica determinatione, quod ad
 inquisitionis officium pertinet, contra tales procedere: quia
 licet ad Inquisitores Alemannie dirigantur literæ, non minus
 eam se extendunt ad alios, quam decretales in corpore iu-
 ris ordinatæ quarum aliquæ ad singulares personas diriguntur
 & nihilominus quod de talibus iubetur aut prohibetur, seu
 quomodolibet ordinatur, pro lege ab omnibus obseruatur, di-
 19, Si Romanorum.

Quod etiam patet circa dispositionem & auctoritatem
 officij inquisitionis promulgatam in c. Ut officium de hæ-

ret. in 6. ad omnes Inquisitores simpliciter se extendentem,
 tamen si literæ illæ non fuerint directæ, nisi inquisitoribus
 vnius determinatæ prouinciæ, quam etiam fuisse præno-
 minatam in eisdem Apostolicis literis, insinuant verba. §. 1.
 vbi dicitur, Mandamus quatenus vbique in præfata prouin-
 cia, &c.

ADDITIONO. Sed aduerte, quia ad hoc
 responderi posset, quod ideo dispositio d. capit. ut
 officium. pro lege ab omnibus inquisitoribus ob-
 seruari debet, quoniam reperitur in volumine iuris
 redacta: & ita gloss. expressè dicit in l. 2. Vbi Bartol.
 & Docto. sequuntur. C. de legi. Secus videtur in hæc
 constitutione, extra corpus iuris reperitur. bene
 faciunt notat. per Paul. de Cast. in l. 1. de constitut.
 princip. vbi vult, quod epistola principis tunc
 demum habeat vim legis generalis, quando clau-
 sa est in corpore iuris. & sequitur Decius in rubric.
 extra de rescrip. colum. l. 2. Et est de mente Bartol.
 in §. final. in prima constitut. Cod. & in dict. l. prima
 Vbi etiam Albe. & idem in simili dicit Hostiensis,
 in auth. cum super. de sepul. quem sequuntur Felinus
 & Decius in cap. primo. colum. 4. de constitutio.
 Et hoc modo declarari debet dictum Angel. in l.
 item viuunt. §. ceterum, de peti. hæredit. vbi vult,
 quod epistola principis habentis potestatem con-
 dendi legem, pro lege in similibus casibus obser-
 uari debet. & sequitur Barb. in capit. primo co-
 lum. 2. de proba. vbi etiam Felinus colum. 6. quia
 procedit quando epistola est in corpore iuris redac-
 ta, licet de hoc dubitet Iason. in libr. ciuitas. co-
 lum. 4. ff. si cert. pet.

Puto tamen non esse recedendum per ista ab opi-
 nione

opinionē huius reuerend. patris quoniam considerandum est, quòd ante hanc constitutio. Innocen. v i i i. Inquisitores haretica prauitatis habebant potestatem super huiusmodi Maleficos & superstitiosos, quia talia sapiunt haresim manifestetur vt not. gloss. in capite accusatus. §. sanè. de hærēt. in 6. & apostasiam, quæ species haresis est, vt not. Innocentia in capit. i. de apostasia. Et hoc est, quòd hanc potestatem habere Inquisitores supponit ipse Innocentius. v i i i. prout eleganter præfatus Reuerendissimus Pater probat infra statim. Vnde sequitur, quòd constitutio ista est declaratio iuris antiqui, non autem nouum ius inducit.

Quod etiam patet, quia facta est in responsione ad consultationem Inquisitorum Alemania: quo casu non censetur Papa nouum ius condere, sed antiquum declarare. Sicut glossa nota, in capit. Consultationi, de tempor. ordinat. & in capit. Ex tua, de fil. presbyter. Quam Abb. sequitur in capit. fin. colum. 2. de re iudic. cum sim. vt constitutione traditiones in singul. suis in verb. consultatio. Et Felynus in d. capit. i. colum. 4. Et propterea succedit, quòd talis declaratio iuris communis facit ius generale, licet verba dirigantur ad Inquisitores Alemania, prout expressè tradunt Felynus & Decius in dicto capit. i. colum. 4. de constitut.

Nec obest verbum, Statuimus, positum in di. constitutione, de cuius natura est inducere ius nouum. cle. fina. cum glossa. de rescriptis, & tradit Bartol. cap. 2. colum. 2. de re iud. quoniam secundum materiam subiectam accipi debet, vt & Mod. tradunt in d. cap. 2.

Et

Et prædicta comprobantur: quoniam quando Papa consultitur super casu, seu questione pendente in proposito, etiam si per verba alia nouum ius iudicantia respondeat: censetur tamen antiquum ius declarare, non nouum condere: quia de natura noui iuris est, quòd ad casus futuros referatur, capit. fin. de constitut. & ita expressè declarat Decius in capit. pastoralis. coll. 2. de exception. Pro quo allego bonam glo. in cap. fin. in verb. respondemus, de verb. signifi. in 6.

Vltra quòd & secundo fortè attentari posset, quòd dato, quòd constitutio illa Innoc. v i i contineret ius nouum, tamen extendenda esset ad alios inquisitores: quoniam causa immediata eius non fuit particularis affectio erga illos Inquisitores Alemania, sed zelus fidei & officij inquisitionis, vt in ea expressè habetur: quæ causa utique in aliis Inquisitoribus militat, vt nullus ibit inficias. Vnde etiam ad alios dispositio extendi debet, per not. in l. non solum. ff. de in integr. rest. declarando vt per Bartol in l. i. col. i. de const. princ. & Decius in omnibus causis d. col. i. de reg. iur. Primum tamen notius est.

Sed specialiter ex eisdem literis Innocentij habetur, quòd Inquisitores illi, quibus ex nomine literas dirigit seu ad quorum cas instantiam & propter quos eos edidit, etiã ex ipso suo officio poterant contra tales procedere. & consequentes in omnibus Inquisitoribus esse commune. quibus eadem auctoritas impartitur. Reprehendit enim clericos illarum ciuitatum, in quibus patres illi erant Inquisitores, quòd volentes plura sapere, quam oporteat, ipsis Inquisitoribus voluerint impedimentum præstare, ne contra præ-

LXXX

missas personas maleficas inquirere possent.

erici & a primò evans In- itoribus, Sic enim ibi dicit Pontifex, post ea quæ supra induxi-
mus, interpositis tamen nonnullis: Tamen nonnulli cleri-
ci & laici illarum partium, quæretes plura sapere, quàm o-
porteat, pro eo, quod in literis deputationis, huiusmodi pro-
vincia, ciuitates, dioceses, terræ, & alia loca prædicta, illa-
rumque personarum ac excessus huiusmodi nominatim & spe-
cificè expressa nõ fuerunt, illa sub eisdem partibus minime
contineri. Et propterea præfatis inquisitoribus, provinciis,
ciuitatibus, diocesis, terris, & locis prædictis huiusmodi
inquisitionis officium exequi non licet: & ad personarum
earundem super excessibus & criminibus antedictis, puni-
tionē, & incarcerationem, & correctionem admitti non de-
bere, pertinaciter asserere non erubescunt. Propter quod in
provinciis, ciuitatibus, diocesis, terris, & locis prædictis,
excessus & crimina huiusmodi non sine animarum earun-
dem euidenti iactura, & æternæ salutis dispendio rema-
nent impunita. Mos igitur, &c.

Ecce quàm acriter eos reprehendit Pontifex, qui impe-
dimentum præstabant inquisitoribus, ne procederent con-
tra tales. Quod utique sumus Pontifex non fecisset, nisi ta-
les reprehensibiles essent. Neque ipsi impeditores illa peni-
tus reprehensione digni essent, nisi inquisitores officium suum
exercere contra tales potuissent, auctoritate Apostolica com-
muniter officio inquisitionis impartita.

Quod etiam approbatur per alia, quæ habentur in eisdem
literis. Nam post prædicta & nonnulla alia sic in eis conti-
netur: Proque priori cautela, & infra, ipsasque personas,
quas in præmissis culpabiles repererint, iuxta earum demerita
corrigere, incarcerare, punire, & multare: necnon in
singularum provinciarum huiusmodi parochialibus Ecclesiis,
verbum Dei fideli populo, quoties expedierit ac eis visum
fuerit, proponere & prædicare: omniaque alia & singula
in præmissis & circa ea necessaria & oportuna facere, & si-
militer exequi liberè, & licito valeant, plenam ac liberam
eadem auctoritate de nouo concedimus facultatem, hæc
ibi.

Notandū est enim in proposito id quod dicitur de nouo
iam enim igitur ex sua ordinaria Iurisdictione prius can-
dem facultatē Inquisitores habebāt contra tales personas.

Sed

Sed & quod omne scrupulum in hoc tollit, est, quod præ-
dictæ literæ ad Inquisitores Alemaniarum pro maiori parte ce-
noris confirmatæ & directæ sunt bonæ memoriæ Magi-
stro Georgio de Casali, quondam Inquisitori Cremonensi,
per felicitis recordat. Iulium II. & eadem demum ad omnes
Inquisitores cōgregationis Lombardiarum ord. Prædicatorum
extenduntur per Apostolicas literas felicitis recor. Adriani
VI. Quarum tenor talis est.

Adrianus Pape VI.

Dilecte fili Salut. & Apostolicam benedictionem. Du-
tum uti nobis exponi fecisti per felicitis. Recordat, *Tertio Epistola Apostolica ad Inquisitores, ne impedian- tur exequi of- ficiū inuen- tum contra Maleficos.*
Iulium Papam III. prædecessorem nostrum, non sine ma-
gna tunc animi sui displicentia, accepto, quod per quen-
dam Georgium de Casali ordinis fratrum Prædicatorum
professorem, & in ciuitate Cremonensi hæreticæ prauitatis
Inquisitorem deputatum, in nonnullis Lombardiarum parti-
bus & præsertim in locis in quibus dictus Georgius Inqui-
sitor deputatus erat, repertæ fuerunt quamplures utriusque
sexus personæ, propriæ salutis immemores, & à fide catho-
lica deuiantes, certam sectam facientes, fidem, quam in sa-
cri susceptione baptismatis susceperant, abnegantes, san-
ctam crucem pedibus conculcantes, & opprobria super
eam perpetrantes, ecclesiasticis, & præsertim Eucharistiæ,
Sacramentis abutentes, Diabolum in suum dominum &
patronum assumentes, eisque obedientiam & reuerentiam
exhibentes, & suis incautionibus, carminibus, sortilegiis,
aliisque nefandis superstitionibus, homines, animalia, &
fructus terræ multipliciter lædentes: aliaque quamplurima
nefanda, excessus & crimina eodem Diabolo instigante
committentes & perpetrantes, in animarum suarum peri-
culum, diuinæ maiestatis offensam, perniciosum quoque e-
xemplum & scandalum plurimorum: contra quas, cum (ut
prædictus Georgius tunc asserbat) in dictis locis sue inqui-
sitioni deputatis, prout ipsius Georgij incumberebat officio,
ipse processisset: nonnulli autē tã clerici, quã laici illarum par-
tium, quæretes plus sapere quàm oporteret, præmissa delicta
ad eiusdem Georgij inquisitionis officium nõ pertinere, temere

H H h 2

asserere præsumentes, in populo errores & scandala feminauerant: sicque eundem Georgium in populo odiosum reddere, & dicti Georgij officium impedire conati fuerat, prout etiam tunc impediabant, ita quod propter præmissa personæ prædictæ delicta huiusmodi perpetrantes remanebant impunitæ: & aliæ earum exemplo ad similia perpetranda quotidie inducebantur, in non modicum fidei opprobrium, animarum periculum, & scandalum plurimorum, dictus prædecessor volens, ne Inquisitionis officij executione quomodolibet retardaretur, & labe hæreticæ prauitatis longius venena diffunderet, prouidere, dicto Georgio per quasdam suas in forma breuis literas commisit, & mandauit, quatenus in locis eiusdem Georgij inquisitioni deputatis de excessibus huiusmodi cognoscere, & contra quascunque personas cuiuscunque conditionis & præminentie fuerint, inquisitionis officium exercere & exequi, ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles reperiret, vna cura locorum ordinariorum vicariis, quatenus voluissent interesse, iuxta dictarum personarum demerita corrigere & punire deberet & valeret, secundum modum contra alios hæreticos à iure & sacris canonibus statutum: contradiatores quoscunque per censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia compescendo. Eos verò, qui in præmissis consilium, auxilium, vel fauorem præstarent, præfatus prædecessor, eisdem indulgentiis vti & gaudere decreuit, quibus cruce signati contra alios hæreticos, ex indulto Apostolico eis concessis, tunc gaudebant & utebantur, prout in dictis literis plenius contineri dicitur. Et sicut eadem expositio subiungebat, non solum in delicta & crimina huiusmodi contra fidem catholicam & Christianam religionem sub iurisdictione inquisitoris Cremonensis committuntur, & perpetrantur, sed in omnibus aliis locis & diocesis sub iurisdictione aliorum Inquisitorum dicti ordinis congregationis Lombardiæ in dies perpetrantur & committuntur. Et cum eadem sint delicta, eadem profectò provisione & castigazione eius sit iuxta earundem literarum tenorem prouidendum. Quare tu sicut asseris, in ciuitate Comensis dictæ prauitatis Inquisitor deputatus existis: tam tuo, quam aliorum omnium dictorum ordinis, & congregatio-

Indulgentia eadem, quæ cruce signatis dabantur, etiam conceditur auxiliis præstantibus contra maleficos Inquisitoribus.

nis

nis hæreticæ prauitatis Inquisitorum cuiuslibet consistentiæ & deputatorum nominibus, fecisti nobis similiter supplicati, vt literas prædictas ad vos extendere & ampliare, aliisque desuper oportunè prouidere dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, literas prædictas cum omnibus in eis contentis clausulis in omnibus & per omnia, prout in eisdem literis continetur, ad te & alios ordinis & congregationis huiusmodi Inquisitores, tam in præsentiarum deputatos, quam in futurum per petuis futuris temporibus deputandos, ac si tibi & cuiuslibet dictorum Inquisitorum dirigerentur, & directæ fuissent, Apostolica auctoritate, tenore præsentium extendimus: ipsaque literas tibi & illis, vt præmittitur, eisdem auctoritate, & tenore concedimus. Non obstantibus omnibus illis, quæ idem Iulius prædecessor in dictis literis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque, Et quia difficile foret præsentibus literas ad singula loca in quibus de eis fides forsan fuerit facienda deferre voluimus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis manu cuiusque notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ Ecclesiasticæ seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio & alibi, vbi opus fuerit eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris Die 20. Iulij 1523. Pontificatus nostri anno primo. Euangelista. A tergo veto.

*Disso filio Modesto Vincentino ord.
Prædicatorum.*

Insuper est breue Apostolicum directum Domino Gubernatori Bon. Domino Altobello Episcopi Polensi, impetratum per Reueren. in Christo P. Fratrem Hieronymum Fauentinum ordinarij Prædicatorum, Inquisitorem Parmensem, anno Domini 1524. 18. Ianuar. à moderno Summo Pontifice Clemente VII. in quo mentionem facit de hæresi strigatus, præcipiens præfato Domino Gubernatori, vt prædicto inquisitori omnem fauorem præstet contra quoscunque infectos prædictæ hæresi. Et incidit breue. Accepimus non sine animi, &c.

Hæresis strigatus.

Hoc autem non narrasset, neque talia iussisset sanctissimus Dominus noster, si tales personæ, scilicet striges, quæ indicantur hæreticæ, non verè essent hæreticæ: vel si ea, quæ per ipsas fiunt, propter quæ iudicentur hæreticæ, solum essent illusiones Diaboli.

Quæ quidem omnia non alia ratione constituta sunt, & iudicio Inquisitorum hæreticæ prauitatis commissa, nisi quia tales personæ malignæ per hæc opera, quæ facultatem excedunt humanæ potentia, ostendunt se pactum expressum habere cum Diabolo, & consequenter apostatasse à fide catholica, iuxta verbum D. Aug. in 26. q. 7. c. Non obserueris, & secundum diuum Thom. 2. sentent. dist. 7. art. vlti, & in ea dist. eum sequuntur omnes doctores Theologi. Et super I. a. c. 3. Idem repetit diuus Tho. inducens etiam diuum Aug. vt & alibi facit, vbi hoc ipsum docet.

Ex hoc autem expresso pacto cum Dæmone habito, apostasiam à fide sapiente, quæ ad hæresim reducitur, vt patet per S. Thom. 2. 2. q. 12. art. 2. in argum. factò in contrarium, dicuntur talia sortilegia & diuinatoria opera Maleficorum, hæresim sapere manifestè: & contra tales patratores horum operum Inquisitores habent procedere, vt patet in c. Accusatus. de hæret. in 6. Et per gl. & Doct. ibi in verbo, saperet. Hoc ipsum igitur quòd videlicet Inquisitores hæreticæ prauitatis possunt & debeant contra prædictos Maleficos procedere, aliter probare minimè intendo, sed relinquo pro manifesto tam per ea quæ dicta sunt, quàm per alia plura, quæ cuiuslibet vel mediocriter erudito facillè possunt occurrere.

*Qua sit opera huius principalis intentio, quòtue
sint in eodem specialiter de-
claranda.*

CAP. IV.

Principalis autem nostra intentio in hac quæstione est, ostendere, quòd ea quæ dicuntur fieri à strigibus, vera sunt pro magna parte: pro alia verò, eo tantum modo vera esse censenda sunt, quo permittit rerum conditio, vt plenius declarabitur, & sic ea quæ contra tales impiissimas perso-

nas faciunt Inquisitores, conuenienter & secundum leges procedunt.

Et nihilominus opinio vulgi, vel etiam nonnullorum sapientium, qui tamen sacra Theologiae expertes esse conuincuntur, & ob hoc omnia prædicta simpliciter negant, quæ ad strigum impietatem præcipuè pertinent, licet in multis vana sit & irrationabilis: quò ad aliqua tamen veritati innititur. Eorum enim, quæ à strigibus fieri vel videri corporaliter dicuntur: quædam non eo modo vera sunt, quo ab ipsis strigibus existimantur, vt inferius declarabimus.

Quia verò huius assumpti laboris principalis intentio est, vt ostendamus, quomodo hæc esse vera vel falsa, fidei catholicae consonet, vel ab ea deuiet, & sic ad Inquisitorum iudicium spectent talia, vel non spectent: tria principaliter in hac quæstione probabimus.

Primo, quòd hæc, quæ ab his personis asseruntur, non sunt contraria sacrae scripturae, sed potius secundum eam sunt possibilis, imò nonnulla his similia in sacris literis panditur contigisse.

Secundò, ex sacris etiam literis deducemus hæc omnia, quo ad relatum modum, non posse fieri tantum in somniis.

Tertiò, probabimus, esse credendum ab omnibus & nullatenus dubitandum, eo modo ista contingere, quo ab Inquisitoribus asseruntur.

In fine verò quæstionis argumenta in oppositum præinducta soluemus, ostendentes in solutione primi, quomodo prædicta determinatio quæstionis non aduersatur determinationis concilij Aquitensis, neque prædicto c. Episcopi, imò potius consonet.

Circa primum quoque quòd probare intendimus, sciendum est, quòd tria sunt, quæ principaliter asseruntur à strigibus fieri miranda per eas, & à nonnullis deciduntur, quasi vel impossibilia virtuti Dæmonum, vel non facta seu fienda prohibitione Divina. Et tria alia sunt, accessoria pariter, non credita per prædictos.

Primum principale est, delatio corporalis à Dæmone, siue inuisibiliter assistente, siue in formam cuiusvis bestia vel hominis transfigurato, etiam per longinqua spacia, vt asseritur. Accessoriū huic est, comedere, bibere, cortizare, omnissq; generis voluptatibus perfrui, verè & corporaliter Dæ-

moni in forma magni principis apparenti, obsequi, vel assistere: si dem quoque catholicam, sacraque coram eo multipliciter contemnere.

Secundum principale est, apparitio Dæmonum in forma humana, vel etiam bestiali: & patratio Venerei operis cum eisdem pro apparente sexus diversitate diversimodè. Accessorium est omne aliud, quod per eos expleri dicitur in tali forma præstantes: puta, reparatio ciborum, aut liquorum, quæ consumpra fuerint, suscitatio apprensus animalis cuiusvis extincti: atque comesti.

Tertium principale est, apprensus conuersio virorum ac mulierum in caros. Accessorium est, strigatio puerorum. Sed tamen hæc omnia, hisque similia (ad sanum tamen intellectum circa illorum aliqua) in sacris literis habeantur expressè, vel deducuntur ex eis apertissimè, vel certè non aduersantur eisdem.

Homines à Dæmonibus posse deferri ad longinqua terrarum spacia, itidem facta huic accessoria, sacris literis non contradicere, quin potius congruere.

CAP. V.

VT autem manifestum fiat primum principere cum suo accessorio, præsupponenda sunt duo ex doctrina Theologorum omnium. Primum est, quod quoad motum localem, materia rerum corporalium obedit Angelis, tam bonis, quam etiam malis, ad nutum: Hoc primò ponitur ab Augustino, in 3. de Trinit. virtualiter. Quod si huius veritatis plenam probationem fortè desideras, vide sanctum Doctorem 1. quæst. 110. artic. 2. & 3. Potent. q. 6. artic. 3. Mag. quæst. 16. artic. 10. Quodlibet. 9. artic. 5.

Secundum est, quod in Dæmonibus naturalia mansere splendidissima, & in sua prima perfectione. Hoc docet Theologorum princeps. Dion. 4. c. de diu. no. Pro quo vide Diuum Thom. 1. q. 64. ar. 1. d. 7. q. 2. ar. 1. Et in quæstionibus de Dæmonibus diffusè.

Ex his autem duobus manifestè concluditur, quod tam boni, quam mali Angeli possunt homines deferre corporaliter, de loco ad locum sine vlla difficultate.

Quod ex his etiã, quæ per Philosophiam circa cælorum morum

Corporalia enim obediunt Angelis quo ad motum localem.

In Dæmonibus naturalia mansisse splendidissima.

morum cognoscimus, comprobatur. Qui enim possunt mouere cælos, sicut de facto Angeli, mouent etiam secundum motum cælorum, Philosophos, & magis secundum sacros Theologos, poterunt hominem de loco pro libitu transferre, ad quemcunque distantem locum. Licet maligni spiritus cælos mouere non possint, non quidem ex defectu naturalis virtutis, sed ex propria culpa, vt dicit S. Tho. Mag. q. 16. ar. 10.

Secundum sacros Theologos etiam quilibet Angelus montes etiam maximos potest in Oceanum dimittere, si à Deo permitteretur. Cur ergo non poterunt Dæmones, qui bonis Angelis in naturalibus pares sunt, & plures eorum pluribus superiores, etiam montes, & multò magis homines de loco ad locum omni facilitate transferre: Quod quidem esse factum aliquando, in bonis & in malis Angelis in sacris literis habet exemplum & testimonium.

Exemplum quidem de bonis habemus Daniel. 15. de Angelo, qui capillo capitis apprehensum Abacuc Prophetam ex Iudæa duxit in Babylonem, in modico temporis spatio, & itidè inde reduxit. Quò ad malos verò habemus. Mat. 4. de Diabolo, qui dominum Iesum assumpsit & statuit cum supra pinnaculum templi: & inde etiam assumptum duxit supra montè excelsum, ipso Domino permittente ob illius maiorem confusionem dum in omnibus victus abscessit.

Testimonium quoque de potentia Diaboli ex sacris literis habemus Iob. 41. dicente Domino, quod non est potestas super terram, quæ ei valeat comparari. Quæ etiam quam magna sit, apparuit, præcipuè in his, quæ fecit contra ipsum sanctum virum Iob, in imperceptibili ferè tempore. Vt nulla sit ratio, quare non possint omnes Dæmones pari virtute facere quod minus est, deferendo scilicet corpora humana de loco ad locum etiam longinquum. Vnde si Dromedarij possunt citò deferre homines, vt communiter dicitur, multò magis Dæmones, quorum minimus possent tale quid citius & fortius efficere quam mille millia Dromedarij simul. Neque enim lassitudinem aut fatigationem patitur, quod corpus non e.

De bonarum etiam potentia non minori, ratio suadet: nec non historiz subuersionis quinque ciuitatum in valle maris mortui, Gen. 19. & occisionis exercitus Sennacherib. Isa. 37. apertissimè pandunt.

Spiritus non fatigatur aut lassatur.

Itē quod supra confirmari potest ex Authentica, & à tota Ecclesiā celebrata historia sancti Iacobi Apostoli, dum iussu eiusdem Apostoli Dæmon Hermogenem Magum ligatum de domo propria ad domum beati Iacobi per aërem deduxit.

Legitur etiam de Sancto Ambrosio quod ex Mediolano *S. Ambrosius* spatio trium horarum à Dæmone Romam delatus fuit, ipso *à Dæmone per* sancto viro præcipiente, & inde Mediolanum reductus est *spatium triū* ab eodem, quatenus potentia sanctorum super Dæmones *horarum Ma-* ita pateficeret.

diolano Romā De deportatione etiam hominum, à Dæmonibus per aë- *defertur.* ra virtute magicæ artis, optimum affert testimonium veridica historia sancti Petri Apostoli, & quod in Itinerario

Sancti Clementis legitur de illo pessimo viro Simone Ma- *Ab exemplo* go, qui se deportari fecit à Dæmonibus visibiliter per aëra *Simonis Ma-* quasi cælum conscenderet. Quem Paulus orationibus, & *gi.* Petrus præcepto facto Dæmonibus, elisit ad terras: & toto fractus corpore expiravit.

Sed & Necromanticoiū vniforme testimoniū idem confirmat, cum Auic. in lib. de Necromantica, vt recitat Augustinus Nyphus in Commē suo super tetra dispu. dubij 18. Omitto, quæ narrantur in Malleo maleficorum, id generis plura: sufficit enim per hæc innotuisse propositū manifestè.

Dicere autem quod Deus hæc non permittat in strigibus, est loqui sine ratione: cum Deus multò maiora mala permiserit, exigente sic malitia nō timentium eum, prout fuit Angelorum irreparabilis casus & primorū parentum, imò totius humani generis exitialis ruina. Iudicia quippe Dei insesutabilia sunt: & illa Deum permittere confiteri debemus quæcunque comprobantur testimonio fidei accidere sanctarum præcipnè scripturarum, virotum sapientum, & multitudinis testium iuratorum sensu non carentium.

Accessoriū autē, ipso principali constante, iā ex seipso patet. Possunt enim homines, sic delati, domos ingredi præ- *Possunt Dæ-* pertis ianuis à Dæmone vel fenestris: & ab eodem prepara- *mones somni* ta sumere alimenta fruique delitiis, prout alij faciunt vigi- *profundi si-* lantes: & idem dicendum de consequentibus actibus. O- *mones inuisi-* pere Dæmonum etiam eorum qui de domo tali sunt, potest *tere.* sopor profundari dum dormiunt per causatam in eis re- solutio

soluionem vaporum cerebri petentium, vel per quam- cunque aliam dispositionem corpoream, vt interim non audiant sonos, aut strepitus, qui accidunt ex prædictis motibus. Possunt etiam obstaculum aliquod apponere oculis & auribus vigilantium, quod nihilominus ab astantibus nō percipiatur. Hæc enim & his similia plurima posse Dæmones efficere, clarum est apud exercitatos in sacris literis & Theologia: & ex secundo supposito facile deducuntur.

Cum autem tales personæ sint diabolicæ, habentes scilicet pacta infidelis amicitie cum Dæmonibus, secundum diuum Aug. in 2. de doc. Christiana: quod & registratur à domino Gratiano 26. q. 2. Illud. Et consequenter sunt ayostata: à fide, vt idem Augu. dicit cap. 3. & à Theologis confirmatur, vt supra inductum est: non est mirum, si sic vigilantes, & in consortio Dæmonum in humana specie ibi etiā apparentium negant fidem, & baptismum, conculcant crucem pedibus, vel etiam posterioribus suis: & vituperiis diuersis afficiunt sanctissimum corpus Domini nostri Iesu Christi in sacramento altaris, per eandem illuc deportatum: faciūt homagiū Diabolo de anima & corpore suo & quandoque filiorum suorum promittunt strigare pueros, & id omni desiderio studioque perficere satagunt. Hæc enim omnia cum ex probabili consequentia se habeant ad præmissa, vt effectus ad causam, si plurimorum testimonio esse vera probentur, non sunt neganda. Sunt autem innumera- biles Inquisitorum processus contra eos facti, qui se pluries talia perpetrasse corporaliter sub iuramento confessi sunt. Vnde patet, quod omnia procul dubio sunt credenda.

Dæmones hominibus apparere posse in forma humana, & etiam in brutali: ipsosq; se præbere incubos eiusdem & succubos.

CAP. VI.

Secundum etiam principale circa primam partem questionis considerandum, quod videlicet in forma humana vel etiam bestiali possint Dæmones apparere: habentur ex sacris literis exempla simul & testimonia. Sed ad huius declarationem oportet supponere vnum, quod quidem ex secundo supposito facto supra pro primo principali, facile sequitur, quo etiam superius vsi sumus: videlicet quod

Possibilia naturaliter bonis Angelis, possibilis eadem ratione sunt malis. quicquid dicitur de bonis Angelis, quo ad potentiam naturalem esse possibile, est etiam possibile naturaliter malis. Naturalia enim in eis splendidissima remansere post culpā, secundum Dionysium, ut supra iniunctum est.

Patet autem ex sacris literis, Angelos bonos posse assumere corpora aërea: sicque densare, ut humana videantur, sicut patet Iudicum 13. de angelo qui apparuit Manuæ in forma iuuenis loquentis & prædicentis ortum Samsonis iudicis Israël. Ex eo enim quod dicitur ibi: Apparuit ei vir terribilis nimis, & ex eo, quod locutus est cum eis, & quod ipse Manue offerebat ei cibum: patet expresse, quod in humana ei forma apparuit.

Item etiam evidentius manifestatur in Angelo Raphaële, de quo Tobie cap. quinto dicitur: Egressus Tobias invenit iuvenem splendidum stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum, & ignorans quod Angelus Dei esset, salutavit eum, &c. Cap. quoque 9. eiusdem libri dicitur. Vocavit Thobias Angelum, quem quidem hominem existimabat, &c. Et non fuit mirum quod sic æstimaret quia non solum figuram humanam prætegebat, sed etiam omnia opera humana exercere videbatur, ut patet in historia illa, & ipsemet Angelus testatur ibid. c. 12. dicens: Cum essem vobiscum videbat quidem manducare & bibere, sed ego cibo invisibili utor, &c.

Ex quibus omnibus patet, quod in figura corporis humani apparebant Angeli sanctis patribus, & nihilominus fuisse aërea talia quæ videbantur humana corpora, ex hoc manifestum sit, quod subito ex oculis astantium evanescunt, & in materiam præiacentem resoluta sunt. Quod quidem fieri non potuisset, si ex quocunque alio elemento, vel etiam ex pluribus fuissent compacta.

Hæc eadem confirmantur in apparitione duorum angelorum, quos Loth recepit hospitio, Genes. 19. & eorum qui apparuerunt Abraâ, Genes. 18. & in aliis libris sacre scripturæ, & præcipue in Testamento Novo frequentius idem patet.

In bestiarum autem similitudine assumpsisse corpora bonos

Angeli boni angelos non legimus, sed neque dicebat: licet bestiarum motibus nunquam erant, legamus, ut patet de asina Balaam. Num. 22. Cuius linguam serant. quam bonus angelus (ut præclariore Doctores exponunt

& s.

& s. Th. confirmat. 2. d. 8. articulo 3. movit ad loquendum. Malos enim angelos posse in similitudine bestiarum ex aëre formare corpora, quæ assumant, habet nullus negare. Si: ut deductum est: possunt sicut & boni talia formare, quæ hominis similitudinem præferant, quod creditur factum à Dæmone, qui tetrauit Christum Dominum nostrum. Maior enim in hoc facto est difficultas, quantum est ex parte eius quod fit, quandoquidem plura organa, pluresque dispositiones ad opera requirat corpus humanum, quam quodcunque bestiale, ut sensu patet: exigente hoc ipsum hominis dignitate super cætera animalia.

Sed & teste Apost. 2. Cor. 11. se transfigurat in angelum lucis: quâto magis ergo potest in speciem vilissimorum animalium se transformare? Quod, & sanctorum historiarum Antonij, Margaritæ, Catherinæ Senensis, & aliorum plurium confirmant expresse, ut id negare iam magnæ sit impudentiæ.

Inhabitasse quoque Dæmones ad tempus animalia, vera corporaliter, sacre literæ pandunt tam in serpente, Genes. 3. in quo & opera vitæ exercebat hominibus propria, ut loquitur quàm in grege porcorum, Matth. 8.

Quod inhabitent etiam & arripiant homines, sacre quoque literæ nos erudiunt, quandoquidem legitur pluries in Evangelio, Dominum nostrum homines à Dæmonibus liberasse. Qui etiam per ora talium arreptitorum confitebantur Dominum Iesum esse Christum: & ille increpans non sinebat, ea scilicet Dæmonia, loqui.

Sed & ipsam quotidiana de multitudine arreptitorum experientia probat, ad quorum etiam liberationem, & ipsorum Dæmonum ab hominum corporibus expulsionem, sancta mater Ecclesia statuit clericorum exorcistarum determinationum ordinem, ut patet 2. d. c. Cleros. & 2. d. c. Perlectis. ut iam nullus maneat inficiandi locus.

Hæc tamen minus sunt ad propositum questionis: sed pro tanto dicta sunt, ut cognoscatur ex his Dæmonis potestas, in transfigurando videlicet se tam in humanam, quam bestialem figuram sine difficultate, obediēte illi materia ad nutum quò ad motum localem, ut dictum est, in quod potest etiam contra voluntatem & libertatem hominis omnia illius membra movere pro voto.

Quod etiam Dæmones incubi sunt, vel succubi, quod in hoc

hoc

De fuestibus
et incubis.

hoc etiam secundo principali continetur, licet nullum de hoc habeatur exemplum in sacris literis, aut aliqua expressa autoritas: nihilominus tales esse dariue afferunt omnes Doctores Theologi, & præcipue dum exponentes illud Gen. 6. Videtes filij Dei filias hominum, &c. reptobât quorundam opinionem dicentium, quod filij Dei à quibus Gigantes generati sunt, Dæmones incubi fuerunt. Dicit enim August. super Genes. ad litteram, & 15. de ciui. Dei cap. 23. quod tales nō fuerūt Dæmones. Neq; enim Dæmones vocari possunt filij Dei, cū sint inimici eius: Nec de incubis Dæmonibus intelligitur illa scriptura: licet quædā glo. hoc ibi cum Iosepho affirmet: sed intelligitur de filiis Seth, vt dicit, S. Th. 2. d. 5. art. 4. ad 2. Nec approbat ibi opinionē Iosephi, sed solum tam ex ea, quā ex aliorum plurimorum dictis approbat dari Dæmones incubos. Idē quod dicitur de filiis Seth confirmat sanctus Tho. Pot. quæst. 6. art. 8. ad 2. in contrarium. Et Augustinus in præfato cap. 23. asserit dari incubos Dæmonas, vt infra inducemus. De quibus etiam Grego. interpretatur illud Esa. 34. Et pilosus clamabat alter ad alterum, vt patet in gloss. ord. Et sanctus Th. de eisdem interpretatur, eadem verba ibi. & etiam in c. 23. vbi circa finem capituli, homines illi pilosi etiam introducuntur. De eisdem etiā loquitur super Iob. 40. & 1. q. 115. & 2. d. 8. vt diximus & quodlibet. 8. artic. 10. Idorus quoque lib. 8. c. vltimo. Quod si incubi conceduntur, succubos etiam concedere, nullum est inconueniens.

Homines pilosi
vocantur
incubi.

Hoc autem iusto Dei permittitur iudicio, vt ex maiori vtriusque malitia, hominis, inquam, & Dæmonis maiorem etiam pœnam incurrant. Neque inconuenit hoc ipsum à Deo, tamen nefandissimum, in natura, permitti. Nam Diuinæ sapientiæ decentissimus ordo non patitur, vt natura libera semper impediatur à Deo, quod minus prauæ etiā suæ cupiditatis compos efficiatur: quando videlicet in tantam deuenere miseriam homines impiissimi, vt vnde misericordiam Dei teuocantis, à malo erga se prouocent, habeant nihil. In tantam enim concupiscentiæ carnalis velaniam nonnulli decidunt, sic effrenata libidine inferuntur insani, vt concupiscant & annitatur etiā cum bestiis, imò cū insensibilibus quādoque tale opus perficere. Et quod cogitata nefandissimum est, aut hui ego quendā, alias in confessione su-

præ

pra quā dici posset libidinosum, qui dixerat quod cū Deo (pro pudor) faceret talia opera si posset. Hac ergo insuperabili concupiscentia grauati, iusto Dei iudicio merentur, vt perhorreant fœdissimos Dæmonum occurus: quando quidem Dæmones ipsi in forma pulcherrima virorum ac mulierum se transfigurant, vt miseris animas his laqueis capi iuare possint.

Horrenda li-
bido Italica.

Dæmones virtute sua naturali posse quaque perditam, seu destructam, non eodem numero sed specie, non solum in apparenia, sed etiam etiam recuperare.

CAPVT VII.

PRImū verò quod huic principali, quod ad primam eius partē accessoriū est, Dæmones, in quā, in humana forma apparētes recuperare, quæ comesta sunt, vel aliter cōsumpta in Diabolico illo conuentu, patet non esse vsquequaq; falsum, vel impossibile. Possunt. n. eadem specie recuperare, nō numero, quod etiam humanæ subiacet potestati. Hæc autem Dæmones mirabilius efficere possunt, quā homines, quod quidē inducitur eodem supposito semper facto, materiā, in quā, corporalē pro voto parēte Dæmonib. quod ad motum localem Possunt ergo Dæmones in modico temporis intervallo similes panes in cophino, simile vinum aut etiā melius vel deterius in aliā gentem trāsportare. Et idem dicendum de aliis comestibilibus & per singula ex diuersis locis, & ex singulis modicis: vt defectus in singulis etiam minus appareat, & omnia simul accepta sufficiant pro commutatione eius, quod est consumptum.

Aliud verò quod consequenter inducitur accessorium, sano modo putandū est euenire. Neque enim potest Dæmonem, vel quodeunque aliud mortuum suscitare. Hicem non nisi diuina virtute fieri potest: quia id est supra, imò cōtra cursum naturæ. Qui naturæ ordo, vel cursus auctori naturæ duntaxat subiectus est, à cuius etiam sapientia emanauit, atque firmatus est: dæmonis autem potestas tali ordini subiecta est, vnde ipsum immutare non potest.

Dæmon nec
mortuum suscitare
potest.
Natura ordo
naturæ solum
subiacet auctori.

Et propterea dicitur à Theologis, quod licet materia corporalis obeat ad nutum Dæmonibus, quo ad motum localem, non tamen quod ad formam immediatē producendā, seu etiā inducendā de potētia materiæ. Hoc enim esset ordinis naturæ peruertere, quo per varias dispositiones perue-

nitur

Ex naturali
fortitudine
posset Dæmon
totam terram
molem trans-
ferre.

nitur adesse formatum, Vide super hoc, si placet S. Thom. in questionibus de Ma. quæst. 16. art. 9.

Sed neque ad modum localem obedit eis materia contra naturæ ordinem. Vnde licet, quatum est ex parte fortitudinis naturalis, posset Dæmon totam terræ molem, non obstante illius grauitate, de loco ad locum transferre, quia tamen ex hoc peruerteretur ordo naturæ: oportet enim eo casu, e daretur vacuum in natura aliud elementum locum terræ subintrare, & fieri centrum mundi, quod est contra naturalem ordinem situs elementorum: ideo non potest Dæmon terram mouere totam de loco ad locum: vt dicit etiam S. Tho. vbi sup. ar. 10. ad octauum. Quamuis creatura spiritalis possit mouere, quod maius est: scilicet cælum & idem possint generaliter Dæmones, & hi præcipue, qui ex superioribus ordinibus ceciderunt, licet hoc eis nunc impossibile reddatur ex culpa, vt supra indictum est.

Cum igitur non possint Dæmones bouem, vel quoduis animal verè mortuū suscitare, aut quæcunque alia miracula facere, & tamen hæc communiter asserant striges fieri à domina vel domino nefandissimi illius cursus atque conuentus: necesse est, q̄ in talibus inueniantur illusiones: Quod quidem multipliciter contingere potest. Et primò quidem præstigiando oculos intuentium, aliquando interueniente vel descendente humore, vel alia impressione, vel commotione spirituum facta ab imaginatione ad principium sensitiuum, hoc est, ad sensum communē, & ad organa sensuum etiam exteriorū, vbi simul descendunt impressiones & species relictæ ex sensibilibus motionibus, quæ in spiritibus sensibilibus conseruantur, vt communiter dicitur: & mouent principium apprehensiuum, ita quod aliqua apparent ac si tunc principium sensitiuum à rebus ipsis exterioribus imantaretur: & sic accidunt naturaliter in dormientibus somnia secundum Philosophum in de somno & vigilia. Et idem cuenire potest opere diaboli tam vigilantibus quam dormientibus, vt dicit S. Thom. vbi supra ar. 11. & pater ratione sæpè inducta obedientia materiæ quod ad localem motum, ad substantias separatas. Hæc igitur de delusione cõtingente, videtur talibus id esse, quod in veritate non est, puta viuum vel mortuum, homo vel bos, &c.

Possunt secundò bouē mortuum, seu pelles eius ac ossa alio

aliò deportare, & alium sibi similem viuum reponere in citissimo tempore, sic vt mutationem non aduertant astantes, per interpositionem aliquorum corporum inter oculos astantium, & locum ablati corporis ipsius bouis mortui, & aliterius deportati.

Vel certè tertio deludit Diabolus perditas illas personas: eo modò quo vnus etiam strigenus confessus est, vt videlicet quando domina vel dominus cursus illius malefici diuersis enim in locis ac regionibus præfert Diabolus ille, qui vt princeps apparet, (sexum diuersum) percutit virga corium in quo collecta sunt ossa ex carnibus comestis electa, statim Dæmon vnus corium illud ingreditur, & in formam bouis sic erigit ac effert, vt astantibus appareat suscitatus.

Possunt quartò Dæmones formare corpus ad similitudinem bouis ex aère & illud assumendo quasi viuum ex mortuo oculis astantium præmonstrare.

Potest quintò Diabolus aëreum corpus ab intus in formam & similitudinem carniū commassare & ad tempus pro voto sub pellibus conseruare indeque recedendo postmodum relinquere quasi mortuū. Vnde à strigibus communiter asseritur, quod reducti tales boues suscitati (vt sibi videtur) ad stabula dominorum suorū ex mandato domine, vel domini cursus, infra triduum moriuntur, quasi macie in horas exsiccentur ex toto. Et rumulata postmodum, quæ videbantur carnes, in præiacentem materiam citò soluntur.

His igitur modis vel illorum aliquo circa hæc homines deludi, qui verè & corporaliter ducuntur ad cursum, non est negandum. Sed suppositis his, quæ communiter asseruntur à strigibus, est valde consentaneum rationi. Gaudetque Diabolus, & gestit in tali conuentu, sic ostendere potentiam suam, quasi sic Deus, vt estimari, & sic ab omnibus adorari cupiat superbissimus.

In quo etiam facto specialiter similitudinem prætendere desiderat, eius quod miraculosè fecit S. Germanus: de quo legitur, quod hospitis pauperis vitulum cœctum, sibi quæ ac familie suæ in cibis traditum ab eodem hospite gratis ipse post eorū suscitauit hoc ordine, vt pellem super terram extendi iussit & super eam omnia iā extracta bouis ossa reponere. Cum ergo suo baculo post hæc coriū percussisset, viuū statim erexit vitulum præcomestum. Vult igitur

Sathā studeat
annulari mis-
vacula. Sath-
torum S. Ger-
manus resti-
tuit somnium
vultum.

inimicus animarum, se propria potestate fingere potentes
id efficere, quod sanctus ille verè fecit virtute Diuina. Non
sunt igitur ista neganda velut impossibilia. sed si communi-
ter contigisse creduntur his modis esse facta, atque iusto
Dei iudicio permiffa procul dubio credendum est.

*Viros ac mulieres in brutorum quorumcunque speciem
virtute Daemonum non verè conuertit,
sed delusoriè.*

CAP. VIII.

Quantùm autem ad tertium principale, quòd videlicet
homines in brutorum speciebus apparere possint, in
quas tamen verè non conuertuntur, suscipit pariter ex sa-
cris literis veritatis exemplum, & ex supradictis patet, quòd
non impossibile iudicandum est, imò Daemonibus facile.

*Phantasia
quid opere-
tar.*

Pro quo sciendum, quòd cum phantasia sit animæ potes-
tia quadam alligata organo corporali, in quo phantasmata
recipiuntur, potest illam Diabolus, sicut & cætera corpo-
ralia localiter ad huc mouere, & præcipue quantùm ad
humores, & quantùm ad spiritus ei subseruientes, in quibus
immediatè phantasmata resident, vt supra inductum est.

Vnde licet non possint nota phantasmata, rerumque no-
uas in eas species atque similitudines immediatè imprime-
re, vt patet per S. Tho. Ma. q. 16. art. 9. potest tamen antiqua
multipliciter variare, componendo, diuidendo, sicque per-
turbando, vt videatur quandoque persona, quòd brutalem
preferat figuram, & opera etiam vigilando. Cum autè ef-
fectus apprehensionem sequatur, consequens est, vt illis
appaream conuenientia fore vel vtilia, quæ tali brutali na-
ture consentanea sunt.

*De mutatio-
ne Regis Na-
buchodonoso-
ris.*

Quod de factò Regi magno Nabuchodonosor accidit.
sc. sacræ literæ pandunt, Dan. 4. Quandoquidem ex homi-
nibus erectus, quasi bos edebat scærum. & sub dio in ne-
moribus brutalem vitam per septennium agens, rore cæli
corpus eius perfundebatur, humano sensu perditò. & ex
phantasia perturbatione, brutali sensu consultus. Dicitur e-
nim vbi supra quòd post finem dierum, quibus scilicet co-
mederat fœnum, vt bos, sic sensus suus redditus est sibi &
benedixit

benedixit altissimo, &c. Quæ quidem eius correctio atque
pœna, Angelico ministerio Diuina eidem iustitia inflictæ
est, vt vilissima deiectione puniretur sub homine, qui gra-
uissima cordis elatione super homines eleuabatur, vt Deus.

Non efficit autem per se Deus, ista omnia immediatè,
quandoquidem interiora omnia per superiora gubernet, vt
Aug. dicit 3. de Tri. Et idem docet Dion. in lib. de cœle. hier.
& corpora quidem hæc infirma per cœlestia: effectus verò
nobis supernaturales hinc accidentes, vel per se immediatè,
qui solus naturæ vniuersalis est auctor, vel per eos spiritus,
qui naturam nostræ excedunt, siue boni sint, siue mali.

Quod si à bonis spiritibus id effectum esse dicatur quòd
Regi præfato contigit, pariter & à malis ipsam atque
huic similia fieri posse negandum non est, si sola culpa, non
autem naturali potestate boni spiritus à malis discrepare
tenendum est, vt patet ex supradictis.

*De mulierib.
se catos pu-
tantes.*

Ex his sequitur non esse mirum, si quandoque mulieri-
bus opere Daemonum illarum phantasia perturbata viden-
tur, quòd præferant catorum naturam, speciem figuram, af-
fectus iouiper & opera: quòsque sociæ putent hoc ipsum
de eis, ipsæque de locis, prout earum fatentur innumera
multitudo. Eo enim modo, cæque facultate, talia Daemoni-
bus esse possibilia fatendum est, quæ & supra probatum est,
eos posse per præstigiū deludere sensus hominum.

Potest etiam specialiter hoc accidere delusorium, si per
corpus æereum in similitudinem cati formatum & introdu-
ctum, sic Dæmon illas decipiat, vt inter oculos & vera cor-
pora humana obstaculum interponens, solum phantasti-
cum illud corpus videre permittat.

Sugere verò puerorum sanguinem, & sic eosdem striga-
re, tandemque occidere per striges posse Dæmones, nullus sane sanguis
sanæ mentis negare debet. Attamen & in his interuenientem infan-
tæ sapientiam non dubito, & præsertim quòd ad modum
ficti. Prestigiati siquidè vel imaginaria perturbatione delu-
sionèq; decepti, sicut verè catos putant striges, ita & se quæ-
doq; iudicant puerorū sanguinem sugere: ita vt sapor, liquor
& color sanguineus non secus gustui atque visui sese falso
offerat, ac species ipsa brutalis offert se mentis iudicio. Po-
test enim Dæmō p̄ oēs aditus sēsuaes se immiscere, vt etiā
S. Thom. assert. Ma. q. 16. ar. 11. in ar. 1. se hoc in contrarium

Operatur etiam Dæmon inuisibiliter quandoque in puerorum corporibus, canſatq; languores, intrōmittendo venoſa, ſeu quæquæ mortifera, aut certè latentē in venis peſtiferos humores ad cor deducēdo: vt inde pueri languoribus ſtatim afficiantur, vix ſuſcipientibus medium, dum ſtriges ſe putant, ex ſanguinis extractione eoſdē ſtrigaffe.

De ſcama-
rioni per vi-
ſum.

Poteſt et ſuper & ſcaminatio pueris naturaliter obuenire, Propter vehementem enim affectionem inuidiæ, iræ, aut odij, veterularum harum atque ſtrigam, inſciuntur earū vitales ſpiritus, ſtātē ſuper hoc fixa imaginatione & intēſione. Et hæc infectio pertingit vſq; ad oculos, à quibus inſciuntur aër circūſtans, ex quo corpus infantis præſentis propter teneritudinem recipit aliquam infectionē: per modum quo & ſpeculum nouum inſciuntur ad aspectū mulieris mēſtruae, vt dicitur in l. de ſom. & vig. Vnde gl. ſuper illud Gal. 3. Quis vos ſcaminauit, & dicit quod quidā habēt oculos vt. tes ita vt ſolo aspectū inſciant alios & maxime pueros.

Poſſibile quoque eſt, quod ex Dei permiſſione, vel ex aliquo factō occulto cōoperetur ad hoc malignitas Dæmonum, cum quibus vetulæ Sorilegæ ſædus aliquod inierūt, vt dicit S. Tho. 1. q. 67. art. 4. ad ſecundum. Vnde & ad hoc vetulæ malignæ innocant magnum Diabolum, verbis inordinatiſſimis: & in nomine eius oſculantur pueros, ad perdendum eos, vt per earum legitimas confeſſiones cognouimus. Qua ex re debent omni ſtudio prohibere parentes ne vetulæ infames, vel ſuſpectæ pueris appropinquent, vel eoſdem oſculentur, aut quicquam eis offerant vel tradant. Hoc enim Maleficæ valdè deſiderant, vt eos inſciant, & Dæmonibus obſequantur.

Quædam ſunt
ſcama-
rioni, quæ
prebent inſan-
tibus.

Renata caros
Maleficos ſci-
gere puerorum
ſanguinem.

Poſſe tamē, ſæpè que in veritate contingere, Striges puerorum ſanguinem ſugere, vel per ſe acus aut vnguis miniſterio, vel opere Dæmonis venis apertis, factiſq; paruis cicatricibus in locis vitalibus & delicatis, in quibus ſugendo ſanguinem ad vitā neceſſarium, pueri paulatim exſiccantur atque intereant, negari non debet. cum ſideli teſtimonio id affirmetur: & præcipue cum poſt carorum apparentium diſceſſum, guttæ ſanguinis propè pueros ex tunc euulantes, re-
pertæ comprobentur. Nec neceſſarium eſt, vt factæ cicatrices, niſi curioſus inquirantur, appareant, cum paruiffimæ ſint, & ſtatim opere Dæmonum conſolidari poſſunt.

Salutare

Salutare autem per cubicula, currete ve fugiendo, & id genus operum facere, more carorum ſtriges, prout ſæpè narant de viſu plurimi, & ipſemet ſtriges fatentur vbique non eſſe impoſſibilia opera Diaboli, qui etiam eiſdem obſequuntur, velocius deferendo, quàm propria hominis patiat-
tur natura, manifeſtum eſt ex prædictis.

Deum Opt. Max. non niſi ſapientiſſima diſpoſitione permittere mala plurima, qua per ſtriges contingunt fieri
& ex ſis elicere multa bona.

CAP. IX.

Prædicta autem omnia, & quod minus videtur, etiam *Cur innocen-
tes patienti-
maleficis.*
Pinnocentium puerorum interitum ipſe Deus non prohibet, ſed iuſto ſuo permittit iudicio, vel propter patientium peccata, actualia quidem, ſi adulti fuerint, originale verò, ſi infantes. Vel certè (quod crebrius contingit) propter peccata parentum. Viſitat enim Deus peccata patrum in filios, quò ad malum pœnæ vſque ad tertiam & quartam generationem, Exod. 20.

Vel hoc ipſum etiam in pœnarum cumulum, exigat Maleficarum harum malitia maxima. Eis enim iuſte in pœnam conceditur, vt mala faciant, ac ea expleant, quæ nequiſſimè deſiderant, quæ & promiſerunt Dæmoni ſe facturas: ne libertati arbitrij tam Dæmonis quàm hominis inferri videatur iniuria: ſed vniu quodq; diſponatur à Deo, ſiue agente, ſiue permittente, ſecundum propriam vniuſcujuſq; naturam: indeque magis etiam puniantur, vt dictum eſt.

Iudicio quoque diuino ſæpè ita contingunt, vt curas vel communitas, in qua toc & tanta flagitia regnant, puniantur in membris ſuis: propterea quòd quandoque principes, officiales populi non curant tales Maleficas extirpari, ſed potius eorum plurimi eas defendunt ſideique officiales, verbis obſequuntur & factis.

Sed ſpecialiùs hæc mala contingunt hiſ, qui quomodo-
libet per ſe vel per alios, ipſi vel ſui maiores ad talia diabolica præſidia reſuſu habuerūt, vel ad id aliis labricū præſtiterunt ſenonibus ſuis. Id etiam ſcitur, & maleficis inſirmitates incurrūt in ſe, vel in hiſ qui quacunque atinencia ſeu ratione ſui ſunt, hi qui maleficis facientis, vel quo-

Per qua quis modolibet procurandis operam dedunt. Hoc enim profecto iusto Dei contingit iudicio, ut per qua quis peccat, per eadem torqueatur, ut dicitur Sapientia secundo.

Elicit etiam Deus ex malis illis plurima bona: Tu qui per hac maxime relucet iustitia Dei, tam in hoc seculo, ut clarer ex his, qua modo dicta sunt, quam etiam in futuro, prout edocet sacra fides: Tum quia fulget ex his Diuina sapientia, quandoquidem, ut diximus decetissimo ordine cuncta disponit, per mittens naturam, qua libera est, arbitrio seipsam proprio gubernare, vtiq; compotem etiam pro malitia fieri tam hominem quam Dæmonem, tamen nocere permittit minus etiam quam optareat: Tu quia diuina bonitas in huiusmodi maxime comprobatur. Vnde enim fides videtur ex parte vna vilissimis opprobriis obfuscaris, sanctissimorum sacramentorum puritas defœdari, inde fides ipsa, magis in mētibus fidelium solidatur, ac validius roboratur.

Ex his namque tria cognoscimus familiari experientia, qua sola fide prius cognoscebamus, licet sub quaestione eadant apud eos qui suo ingenio volunt cuncta metiri. Primum horum est, creaturas quasdam intellectuales nostris in regionibus obseruari scientia potentiaque super omnes homines sine comparatione præstantes, quos Dæmones appellamus. Secundum quod propter hac maligna opera cognoscimus, est, eosdem Dæmones esse malignos. Nam sensum per hac, qua diximus, veluti palpamus, eosdem ad innumera flagitia, dolis ac fraudibus homines inducere. Tertium est, odio feruissimo Dominum Iesum Christum eosdem insequi, bonosq; Christicolos, & innocentes præ ceteris variis nocentis afficere, fidem Christi persequi, & Ecclesie sacramenta omni quo possunt vilipendio, ludibrio opprobriisque, ut de honestentur procurare.

Ex quibus sit omnibus manifestum, quod de se clarissimum est, fidem, inquam, Catholicam omni veritate ac perfectione florere, & ad beatitudinem sui cultores perducere, cum eo pro nixu (vi ex prædictis ac dicendis patet) oppugnent hi spiritus, qui maligni sunt. Neque enim insequitur pro posse Dæmones, nisi ea, qua suæ malitiæ & iniquitati aduersantur. Ut sic in omnibus tam bonis, quam malis, qua diuina dispositione vel permissione contingunt Deum Opt. Max. benedicendi, ac laudandi rationem inueniamus.

Et

Et, qua communiter referuntur de strigibus, non posse contingere tantum in somnis.

CAP. X.

Secundum principale quod declarandum assumpimus in hac quaestione, videlicet, quod talia qua comuni voce referuntur de strigibus, haud quaquam in somnis tantum euenire possint, habent ex sacris literis euentiam.

Vnum quippe videtur per sacras literas demonstrari, quod etiam familiari experientia vniuersaliter comprobatur: hoc inquam, quod quando aliquid apparet in somnis, vel imaginaria visione aliquibus aliqua reuelantur: sic ab eis videri talia vel cognosci dicuntur, ut dum postmodum plane vigilant sani corpore, id ipsum non in vigilia, sed in somnis innotuisse, aut visione imaginaria reuelatum esse, & non per sensus exteriores acceptum, neque sub eorum cognitione factum, optime discernant.

Et breuiter distincto status proprii, dum quia sanus vigilat & solutus corporeis sensibus operatur, à statu quo non vigilat, sed sensibus somno ligatis, vel certe altiori attentione impeditus non vitur, optime quisque perpendit atque cognoscit. Neque potest dari quenquam, qui se expertum fateatur oppositum.

Vnde factus Petrus imaginariæ visioni ac ecstatiæ contemplationi assuetus, cum vigilans Angelum vidisset in carcere clara luce, & iubenti per omnia obtemperasset, usque ad liberum carceris exitum, licet non plenè discerneret in tali statu, inter vigiliam & abstractionem, quam exigit imaginaria visio postquam tamen Angelum non vidit, & soli naturali cognitioni restitutus est plenè cognouit, etiam se prius non imaginaria tantum cognitione, cuncta & percepisse, & perfecisse, sed verè & realiter per exteriores sensus & opera. Vnde discedente ab eo Angelo, dixit, Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, &c. Act. 12. In quo etiam lib. 10. fatetur se alio tempore ecstasim passum, & quaedam sibi apparuisse, qua licet vera non essent, ut apparebant, verè tamen ei futura prænucciabant.

Item patet in Esaiæ visione, qua Dominum sedentem vidit, &c. Isa. 6. Neque enim putandum est talem prophetam

Visio S. Petri
ab Angelo liberati.

Esaiæ visi-

Religionem
qua maxime
regno Sacha-
re aduersantur
à Sathana
impugnari.

sic esse deceptum, ut verè & realiter puraret se Deum videre seu vidisse sedentem in solio Spiritus. h. est Deus. Ioh. 4. Sedere autem conditio corporis est. Tantum ergo in sua imaginatione contingebat, ut communiter exponunt locum illum sancti Doctores, & ut vno verbo cuncta concludam in omni parte sacre scripturae, ubi de somniis & visionibus aliquid dicitur, semper datur intelligi, quod diversitate status somniantis, aut quomodolibet aliter à sensibus abstracti, ab ipso statu vigiliæ, omnes quibus talia contigerunt optimè perpendatur, ut testatur etiam S. Th. Pot. q. 6. art. 7. huc sancti viri essent, ut hi de quibus iam sermo habitus est.

Visio S. Pauli.

Sed & quod Paulo accidit, non opposito, sed proposito fuerit. Licet enim non cognouerit an anima esset à corpore separata in raptu, vel certè coniuncta corpori, non tamen utens corporis sensibus, attamè cognouit, quod non sic talia viderit quæ narravit se in raptu vidisse, sicut tunc ipsi enarrans corporis sensibus utebatur, & corporaliter, non autem somnians, aut ecstasim patiens, operabatur.

Visio Ezechielis.

Ezechiel quoque, dum dicebat se fuisse in spiritu seu in visione Dei in Hierusalem, optimè cognoscebat differentiam talis status & visionis, ab eo, quo communiter & in vigilia corporaliter opera sensibus expeditis operabatur. Et hoc etiam clarum est, ex modo ipso loquendi sacre scripturae. Neque enim dixisset. Fui in visione Dei, & in spiritu: nisi declarare intenderet, quod non eo modo fuerat corporaliter in Hierusalem, quo tunc ibi erat, ubi hæc loquebatur: & consequenter, nisi cognouisset talium statuum differentiam.

Ab absurdo.

Si enim prædicta differentia non cognosceretur ab hominibus in vigilia, sequeretur quod nonquam posset videri magis aliquid in corpore fieri quàm in spiritu: Sed semper liceret cuiusque asserenti se aliquid corporaliter facere respondere. Non sic est, ut putas, sed somnias. Et contra, illic dicere posset: Iam tu nunc somnias atque deciperis, putas me somniam, & omnia inconuenientia possent omnibus acciære quæ delirantibus & inuenerunt accidunt.

Cum ergo innumerabilis multitudo virorum & mulierum quæ deprehenduntur ad diabolicum cursum deferri dispersis in locis variisque locis unanimiter confiteantur & asserunt, se corporaliter ire vel ferri ad ludam illam corpo-

corporaliterque ibidem facere quæcunque seclera confitentur: patet, quod non contra sacras literas, sed potius secundum eas est credendum, quod ista corporaliter fiunt, & non tantum in somnis, cum secundum eas, in ore duorum vel trium stet omne verbum, Deuter. 7. & Ioh. octauo. & in cap. nouit de iudi. Et maxime si sit iuramento firmatum, prout prædicta communiter sub Inquisitionibus affirmant.

Neque tamen negandum est, posse talia in somnis tantummodo sic apparere, ut tamen putent, dum sic somniant, verè illa contingere, sicq; pro tunc deludi. Sed hoc non latet postea personas illas, dum in se reuertuntur. Et si opere Diaboli sic in eorum mentibus ageretur, ut etiam in vigilia puraretur verè sibi talia & corporaliter contigisse, deprehendit tamen finaliter, dum plene solutus est sensibus, & à Diabolo dimissus, quod somnia tantum fuerunt. Quod etiam contingere facile potest, cum ad Deum conuertuntur, & peccata sua confitentur. Sicut & phrenetici cum plene sanantur, perpendunt delusionem, quam veritatem esse infirmi credebant. Sed Strigones semper idem affirmant, etiam quando ad Deum conuersi, & à Diabolo non tenentur ultra captiui. Experientia quoque, & alia signa idem ostendunt, ut infra dicitur.

Eadem quæ referuntur de strigibus, in veritate sic contingere posse, ut communiter fama volat, pluribus suadetur fidelibus exemplis.

CAP. XI.

Principalis etiam intentionis huius capituli firmitas apparet ex his, quæ diuus Augustinus asserit decimo octauo de Ciuitate Dei, cap. 18. ubi Præstantium supra per nos circa principium operis nominatum introducit ita somno sopitum malef. iis, quod per plures dies excitari non potuit. Et nihilominus in statu illo sibi visam fuit, quod in equum conuersus esset, & annonam militibus equorum more portasset.

Præstantium somnians se equum.

Et licet aliquis equus, & talis qualis se se in somnis putauerat, verè portaret annonam militibus illis, non tamen ipse fuit neque phantasticum eius incorporatum, ut quidam videtur dicere, & Augustinus ibidem disputando recitat. Qui si etiam ipsi hoc assereret videlicet diceret fuisse phantasticum.

De Phantastico incorporato.

sticum eius incorporatū: non est taneū sic intelligendū
 quasi Dæmon ipsam vim phantasticam hominis aut etiam
 speciem in ipso conseruatam aliquo corpore circūdet:
 Sed quia ipse Dæmon, qui speciem & imaginationem ho-
 minis format aliam similem speciem, vel corporaliter ex-
 terius aliorum sensibus obicit, vel intrinsecus in eorum
 sensibus similem speciem operatur. Vt S. Thomas expo-
 nendo dictum Augustini ponit in quæstionibus de Malo,
 quæ. 16. artic. 11. ad septimum.

*Nemo opera-
 tur, nisi actu
 informatus
 per formam.*

Neque etiam possunt Dæmones potentiam phantasia,
 neque eius organum, vel cum ea subiectum spiritum aliò
 deportare incorporatam. Qui si etiam possent, & facerent,
 iam is, cuius hæc essent, per illa tunc nihil videret. Neque
 enim operatur quis non actu informatus per formam quæ
 est operationis principium.

Supponitur autem in enarratione, quòd ille in somnis
 hæc ipsa videret, vt diximus. Vnde concludi potest, imò ne-
 cesse est, quòd operatione mali spiritus hæc omnia facta
 sint, qui in formam equi, antea postquam inuisi, corpus
 assumpserit, & ea peregerit, quæ narratur, ille verò, se quasi
 equum, talia fecisse, tantummodo somniauerit, & statum
 plene vigiliæ à statu somni facti distinctū esse cognouerit.

*Aliqui som-
 nians alteri
 loquam quædam
 explicat.*

Neque dissimiliter existimandū est contigisse id quòd
 in eo capitulo idem Augustinus enarrat, dicens. Indicauit
 & aliud (is videlicet qui præmissa indicauerat) se domi suæ
 per noctem antequam requiesceret vidisse venientem ad
 se quendam philosophum, sibi notissimum, sibi que expo-
 sisse quedam Platonica, quæ antea rogatus exponere no-
 luisset. Et cum ab eodem philosopho postea quæsitū fuisset,
 cur in domo eius fecerit, quòd in domo sua petenti re-
 gauerit non feci, inquit, sed me fecisse somniaui, hæc ibi.

Vnde patet, quòd dicere necesse est, quòd aliquis spiritus
 figura philosophi assumpta in aëreo corpore id perfecit,
 quòd quidem factum tunc illum somnare malignus spiri-
 tus cognoscebat, vel etiam procurabat. Qui ambo in
 exemplum inducti, si non assueverant in vigilia positi, se
 talia, dum dormisse se nouerant. somniasse & e contrario si
 assueverant, quòd non in somnis ista vidissent, sed in vigi-
 lia & corporaliter ab eis hæc esse perfecta, iudicandum
 procul dubio esset, non eis, sed Dæmones potius in illo-

tum assumpti corporis figura iacuisse veluti dormientes.

Pro quo facto notandū est etiā quòd nonnulli sic in som-
 nis etiā verè operātur opera vitæ, vt videātur etiā vigilare:
 Cognoui ego virū somniatē ambulare, loqui, & quòd plus
 est, personas obuiantes cognoscere: cū eisdem loqui, ab eis
 occurrentibus diuerrere, & cadē quandoque percutere, il-
 lum tamen pro tunc dormire omnibus notum erat, & ex-
 perientia comperiebatur. Insuper ipse confitebatur post-
 modū in vigilia, quòd somniauerat quidem se alia fecisse.

*De ambulans-
 tibus in som-
 nis.*

Quinimo quidam patruelis meus & comprofessor dum
 prædicationi iuuenis insistere, pro nimia cordis anxietate
 de nocte surgebat somnians, & ascendens super quandam
 porticum, quæ prædicaturus fuerat ordinatissimè, quasi po-
 pulo prædicabat, vociferationibus magnis omnes à som-
 no excitans & conturbans.

*Quidam som-
 nians concio-
 nat.*

Alium noui hominē de nocte somniantē & sic in som-
 nis de cubili ad studium realiter pergentem & ibidem per
 multas lineas rectè scribentem sine lumine, & manè quòd
 se tantum somniasse putauerat, verè factum inueniebat.

*Somnias quæ-
 dam scribit.*

Veruntamen & hoc etiam, quòd diximus verū est, quòd
 videlicet vnus Diabolus efficit ea, quæ alius aliquis facere se
 somniat. Econuerso etiam aliquis verè & sanus in vigilia
 operatur, alicubi deportatus à malo spiritu, vel à bono, cuius
 loco spiritus assumpto simili corpore, alibi dormire vide-
 tur. Huic enim quid simile per sanctos Angelos factum
 creditur, iuxta ea quæ leguntur in historiis authenticis.

*Qua quis
 somnians in-
 terdum efficit
 Sathan.*

Legitur enim de beato Ambrosio, quòd cum missam
 Mediolani casu celebraret, hora exequiarum S. Martini,
 qui Turonis defunctus erat, super altare caput inclinans
 spacio trium horarum dormire visus est: qui postmodum
 excitatus, vt videbatur, à clericis causantibus populi ta-
 dium in expectando benedictionem & Missæ finem, dixit
 officium exequiarum fratris sui Martini se perfecisse Tu-
 ronis. Quo in loco etiam in tanta rei fidem, vt fertur, chi-
 rothecam dimisit, vt iam ex assertionem eius quàm ex signo
 prædicto, verissimè corporaliter: que illis interfuisse creden-
 dum sit: & loco eius Angelum altari altitisse. Mediolani in
 assumpto simili corpore. Implicat enim idem corpus in
 pluribus locis, simul tempore inueniri, vt Theologi com-
 munitè tradunt.

*S. Ambrosius
 dormiens Me-
 diolani, offi-
 cium exequiarum
 perfecit Turo-
 nis.*

*Chirotheca
 S. Ambrosij
 vnde Turonis
 offeruntur.*

S. Clementis Huius etiā non dissimile contigit beato Clementi, Petri
gutta unde successori. Cū enim Missam Romæ celebraret, statim
Pisus habent obdormire visus est, & post tres horas ad seipsum reversus,
 ut videbatur, excusationem populo attulit, quod iussu beati
 Petri sibi necessarium fuit illo temporis spacio Pisanam
 Ecclesiam, quæ diuo Petro dicata fuerat, consecrare. In cu-
 ius rei fidem indubiam, tres guttas proprii sanguinis Pisis
 in Ecclesia illa reliquerat super marmoreum lapidem: quæ
 in hanc usque diem in summa veneratione habentur in
 Ecclesia cathedrali civitatis illius.

Ex quo patet, quòd Angelus in figura sancti Clementis
 Romæ fuit pro tempore, quo factus ipse corporaliter Pisis
 erat ab Angelo deportatus, & inde Romam iridem creditur
 fuisse redactus. Secus autem de utroque fuisset æstimand-
 um, si dixissent se somniasse.

Parimodo igitur affirmantibus strigibus, quòd corpo-
 raliter vadant ad cursum, credendum est. Et si videantur, in-
 terim alicubi dormire, æstimandum est esse Diabolum in
 illatum forma seu figura.

Quandoquidem tamen suis etiam artibus Magicis effi-
 ciunt, ut imaginaria tantum visione cognoscant, quæ reali-
 ter ab aliis consodalibus sunt in cursum: & hoc ut labores
 euitent atque pericula: quod quandoque facere præsumen-
 dum est tales personas dum corporaliter infirmantur.

Post autem, si vis in Malleo Maleficarum videre, quem
 obseruant aliquæ Maleficæ modum ad id quod diximus
 assequendū. Dicere autem quòd semper sic accidat, imò quod
 ea quæ à strigibus enarrantur non possint realiter accidere,
 videtur & historiis & sacris literis, veluti deductum est, re-
 pugnant, adeoque contra vulgatissimam experientiam lo-
 qui, ut stoliditas id potius præferat, quàm obstinationem
 sine scientia. Hæc etenim obstinatio, ut in plurimis admi-
 scetur crassitudini talia dicentium, seu negantium ea quæ
 diximus verè contingere. Et hæc de secundo principali.

Esse si mter credendum atque nullatenus dubitandum prædictis
omnino eo modo contingere quo ab Inquisitoribus affirmantur,
ratione ex eorundem Inquisitorum iudiciis sumpta.

CAPVT XII.

Esse autem procul omni dubio credendum hæc taliter
 evenire, prout communiter à dominis Inquisitoribus
 affirmantur.

affirmatur, quòd tertio loco tractandū est, & non nisi pro-
 teros vel ignorantes negare posse talia sic contingere, sicut
 in processibus eorum habetur, tribus rationibus persuade-
 tur. Quarum prima talis est, Vnicuique in arte sua perito
 & experto credendum est. k. Expertus enim certus est, &
 magis quàm sciens non expertus, ut habetur ex proemio
 Metaphy. Non minus etiam inherendum est expertorum
 & seniorum sententiis siue demonstratione, quàm demon-
 strationibus ipsis, ut dicit Philosophus 6. Ethicor. Certissimus
 ergo erit, & consequenter ei maxima fides est adhibenda,
 qui simul sapiens fuerit & expertus. Fides enim non nisi ob
 certitudinem facti vel dicti, qui putatur ab aliquo posside-
 ti adhibetur illi.

*Qui simul sa-
 piens est & ex-
 pertus, est fide
 dignissimus.*

Patres autem Inquisitores, ut in pluribus sunt viri pericul-
 simi, tam in iure, quàm in sacra Theologia. Ad Theologos
 autem & Canonistas perinet determinare an prædicta im-
 possible sint aut possible, credenda vel non credenda: sunt
 etiam iudices super dispositiones & testificationes factas
 de talibus, & super confessiones eorum, an impossibiles &
 verisimiles, aut certè sint derisibiles, an à fatuis, vel certè ab
 his, qui suæ mentis compotes sunt, factæ fuerint, quomodo
 quæ assertionem prolata, quàm efficaciter comprobata, &
 consequenter in talibus iudicandis super omnes experti sunt.

Cum ergo propter hæc ipsa quæ cōfitentur, iuridicè sint
 infelices istæ persone ab Inquisitoribus grauissimo iudicio
 condemnata, nemo debet esse tantæ temeritatis, ut eorum
 sic damnata iudicia, ut deludentia & execranda: imò iniquis-
 sima putet, quòd non nisi pro somniis, vel pro his, quæ in
 somniis accidunt, acerrimis tormentis afficiant, & demùm
 crudelissimè perimendos trahant homines innocentes. Si
 quidem secundum sacros Doctores, nemo propter ea quæ
 in somniis apperit, seu etiam operatur, nisi aliud interueniat,
 peccare potest. Vide pro hoc, si lubet, sanctum Thom. 4.
 dist. 9. art. 4. questionem 1. Sed & si quod etiam in somniis
 crimen per accideas quis admittat, ex hoc ipso, quod in sō-
 niis perficitur, leuissimè iudicatur: quod quidem homo pro
 statu illo plenum non habeat & liberum in operibus suis
 iudicium.

*Nemo propter
 somnia peccat
 nisi.*

Consensendum igitur & ab omnibus firmiter credendum

est verè contingere, & in corpore perfici: prout ab Inquisitoribus iudicantur hæc ipsa fieri.

*Inquisitorum
laus à mise-
ricordia.
A iustitia.*

*Vitam homi-
nis sine ra-
tione perdere
omnium in-
iustiarum
summa est.*

Confirmatur autem hæc ratio adhuc ex tribus: Primo Inquisitores, vt in pluribus sūt viri religiosi optimæ famæ, & integerrimæ vitæ: qui ex eo quod religiosi, Deoquæ dicati sunt, magis ad clementiam & misericordiam inclinantur quàm ad seueritatem: in hoc sui Saluatoris imitantes vestigia, qui diues est in misericordia. Ex eo verò quod perfecto religionis statu copulant opera propria sanctitatis & innocentissimæ vitæ cum odore optimæ famæ: quæ ne amitteret, expedit eis secundū Apostolū magis mori necessè est, vt omnem abhorreat iniustitiam: & præcipuè vbi agitur de vita hominis: quam sine ratione perdere, omnium iniustiarum summa est. Cùm igitur in his iudiciis videatur & sint potiùs seuerissimi, nec acquiescant cuiusquam precibus seu lachrymis: euidentissimū præfert hoc iudicium, non nisi ex sua summè rationabili: & non nisi vbi misericordia censeretur summa credulitas apud Deum & omnes homines, qui ea quæ Dei sunt, sapiunt, id eos efficere. Quod tamen non esset, si talia quæ narrantur, & propter quæ striges comburantur, illusiones essent vel somnia.

Confirmatur secūdo illa prima ratio, sic: Ea quæ de peritorū consilio indicatō vera, nō sunt falsa cēfenda ab aliis. Sed contra tres maledicas personas non procedunt Inquisitores, nisi de consilio peritorū, tam in iure, quàm in sacra Theologia: & regulariter non nisi de consilio & consensu Domini Episcopi ciuitatis, vbi iudicium hoc exercetur, vel eius Vicarij, qui vt in pluribus periti sunt saltē in iure Canonico. Ergo quod ab eis verū vel iustū esse determinatur, non debet (ab imperitis præcipuè) tam faciliè condemnari.

Sed neque hi, qui verè sapientes sunt naturalique mentis elegantia & nobilitate pollent, in hoc contra peritorum consilium se opponere vel præcipites contradicerent, vel multi imperitorum faciunt, sed matura cogitatione prius cuncta liberantes, disputatiuè potiùs, quàm sententiā profaciendo, si talis opinio sibi minùs placeret, vel apud eos rationes inductæ non viderentur efficaces, aut inuitabiliter concludentes opinionem suam vbiaciter in medium afferrent. Quod & gratissimum foret Inquisitoribus, vt literali discussione magis veritas eluceret.

Vbiun

Vbiunquæ autem officium exercetur (quod) contingit per singulas ciuitates Christianorū in Europa per institutos apostolica delegatione Inquisitores, & ab eis factos Vicarios) Doctores ad cōsiliū contra striges vocati, semper in hoc vnum omnes, vel pro maiori parte conueniunt, quod prædicta sunt realiter, & in corpore, & super hoc exant processus, & consilia innumerabilia. Ergo per locum ab auctoritate peritissimorum & sapientum, quorum non est numerus, quia per totam Christianitatem tā nostra, quàm exacta ætate facta sunt, hæc omnibus persuaderi, nullūque dubitationi locus manere debet, quod prædicta fiant corporaliter vt præfertur.

Confirmatur & tertio præmissa ratio sic: Id toleratur ab Ecclesia: vbi etiam agitur de huius tertij præiudicio maximo: quia tam in bonis exterioribus, quàm in fama, quàm etiam in bonis corporis vsque ad crudelissimam vitæ priuationem, non est falsum æstimandum aut iniuūm, si fiat hoc ordinariè, iudicialiterque ab officialibus per sedem Apostolicam institutis. Nam id esset de summa negligentia Romanam Ecclesiam sagillare, imo de summa crudelitate & iniustitia reprehensionem reddere & calumniari. Quandoquidem inquisitores non nisi vt delegati summi Pontificis hæc efficiant, à quo principaliter pēdet quicquid per eos iustè, vel iniquè, ipso præsertim sciente, fit. Propter quod si in hoc iudicio inueniretur iniquitas, ipsi principaliter imputandum esset, si taceret, aut non prohiberet. Quod quia non nisi temerarium est, ideo nullus potest nisi ignarus, vel valdè præsumptuosus ista negare sic contingere, prout ab Inquisitoribus comprobantur.

¶ L. semel. C. de re mil. lib. 12. & l. 1. in prin. ff. de ve. inspi. & vtrōbique per Bar. & nō in c. proposuisti, de probatione.

¶ Ex hinc prouenit quod rectè factum præsumitur, quod facit iudex. ff. de acq. pos. l. iustè.

*Quod iudex
facit, reuera
præsumitur.*

¶ Prout tradi consuevit in ca. maiores. §. verum. de bapt. per illum text. in Cle. 1. de pœ. Et per Alb. de Ros. in l. diuus. ad fi. ff. de off. pra. l. in l. vt vici. col. 6. in prin. ff. de iust. & iur.

Ti

¶ Tu adde tex. in listi quidē ad ff. quod me-
rus causa, & latē Barb. in cap. in præsentia. col. 69.
de prob. vbi meminit de dicto Apost. hīc alle. facit
id quod idem Barb. trad. in conf. § 5. col. 14. primo
volumine.

o Arg. d. c. 2. de no. op. nun. cum aliis supr. alleg.
p Vt patet ex no. per Abb. & mod. in cap. propo-
fuiti. de proba. suprā etiam alleg.

q Veritas enim hinc inde exagitata magis res-
plendescit in lucem, vt dicit reg. in c. graue. 35. q.
vlt. & gl. in eo. cum Ioan. eremita. de fid. inst. Bene
facit tex. in §. illud quæsitum cum ibi no. per Chri-
stop. Insti. de rer. di.

r Vt patet ex his quæ habentur in l. quæ dotis.
ff. de ma. per Bar. & Doc. & per not. in c. 1. de of. de-
le. cum multis similibus quæ allegari possent.

*Ad idem secunda ratio sumpta ex textuum multiplicium
asseritioe fidei, omniq; exceptione maiori. Et vnus
responsionis reprobatio.*

CAP. XII.

PROBatur etiā hoc ipsum quod assumpsimus, alia princi-
pali ratione, quæ talis est: Quod ab innumera multitu-
dine personarum promiscui sexus asseritur, & vbiq; loco-
rum variisque temporibus vniformiter quasi vno ore lo-
querentur omnes, semper affirmatur, procul omni dubio
credendum est, & nulla cuactatione negandum vbi præci-
pue talium testimonium in causa fidei admittatur in iure:
& tam contra se, quā contra alios hæc ipsa rite coram iu-
dice manifestent: etiam hi qui sibi vitam donare desperant
sicut contingit his qui in hæresim sunt relapsi, vt non iam
timore mortis, nisi confiteantur, incurrendæ, suspicari possit
eos talia propalare. Hæc autem omnia incurrunt in iudi-
cio isto: imò sæpe quoque cum sibi vitam iam donatam
alij sciant, id ipsum manifestant: vt non iam timore immi-
nentis

penis pœnæ, id quis iudicare possit ab eis confiteri: cum
etiam plurimi concurrant ad hoc pueri, puellæ & id genus
innocentes & simplices, quorum sic faciliè deprehenditur
si fingerent mendacium: qua ratione puerorum testimo-
nium certissimum dicitur.

*Puerorum te-
stimonium cer-
tissimum.*

Plures item, qui post conversionē sunt integerrimæ vitæ
ac splendide sanæ, & plures alix conditiones concurrunt,
quibus redduntur testes fide digni, & omni exceptione ma-
iores. Et præcipue etiā in causa fidei, vbi omnes etiā capi-
tales inimici admittuntur in testes. quantumcunque alio
quin flagitiosissimi, vt patet in c. in fauorem, & c. Accusatus.
de hæret. in sexto. Si enim tali tantæque multitudini non
esset fides adhibenda de talibus, quasi de nō visis: pari ratio-
ne nulli credendum esset. vbi quis ea referret, quæ is, qui
audiret non per se cognouisset. Et sic periret humanæ con-
uersationis solatium, neque daretur dissensionū terminus.

Talem autem tantamque esse multitudinem eorum, qui
ista fateantur fieri corporaliter, iam vniuerso orbi esse po-
test exploratissimum, ex multitudine eorum, qui propter
hæc sub iudicio Inquisitorum per omnem Christianorum
regionem cadunt: ita vt milleharium sæpe numerum exce-
dat multitudo talium, qui vnus anni decursu in sola Co-
mensi diocesi ab Inquisitore, qui pro tempore est, eibique
Vicariis, qui octo vel decem aut plures semper sunt, inqui-
runtur & examinantur, & annis penè singulis plus quā
centum iacinerantur.

*In Episcopa-
tu Comans
singulis annis
mille striges
incinerantur.*

Quod si quis huic rationi se opponat, dicens, eo merito,
tantæ etiam multitudini nō esse credendum, quod deluda-
tur à Diabolo, quod hinc manifestum fieri potest, quod in-
credibilia quædam narrant, & ea ipsa, quæ facultatem no-
stra cogitationis aut conditionis videantur excedere: quæ
imò naturaliter contingentibus comprobatisque aduersa-
ri. Vnde propter hoc, quod ista negentur, non videtur se qui
humanæ conuersationis, quæ circa naturaliter possibilis,
contingentiæ, que obseruatur aliqua perturbatio.

Quærendum profectò est ab his qui taliter se opponunt,
quidnam ipsi nouerint talia quæ referuntur non esse vera
sed diaboli delusiones. (Si quidem omnes credunt, vel verè
vel delusorie ista contingere, quæ à cetera multitudine cõfir-

mantur. Si enim ex naturali possibilitate vel contingentiā aliquod horum duorum delusionem inquam Dæmonum, vel ipsam narratorum euentum, verè contingere credendum sit: quia videlicet alterum horum magis possibile est, ut eueniat quā aliud, id profectò magis erit vel æquè possibile vel fide dignum, quod naturaliter nostræ magis vel æquè fuerit consentaneum & propinquum. Nam & potestas Dæmonis ibi minor apparet, vbi factum vel faciendū modus virtuti naturali nostræ magis etiam appropinquat. Quotid enim effectus naturæ nostræ excedit, tantò maiore præterdit causæ virtutē. Difficile autē iudicare posse videtur, quidnam horum magis naturalem facultatem excedat Dæmonis, hominem, inquam, corporaliter per aëra ad lōginqua perferre loca, cibos sicut voluptatis omnis materiā preparare atque offerre, se etiā in forma humana familiarem & ad vota obsequiosum reddere. (Hæc enim eorū summa est, quæ ab his enarrantur perditis hominibus veluti mirabilia. Aut certe sit in hominum phantasia subtiliter operari circa species formandas, componendas, & separandas, circa etiam spirituum motus, ut hæc omnia, quæ ab his narrantur, videantur corporaliter euenire: quæ tamen non nisi (ut ipsi contradicentes autumant) phantasticè contingant.

Imò si quis diligenter aduertat, inueniet hoc secundum naturalem potentiam procul dubio magis excedere quam primum & consequenter minus esse debere secundum eorum credibile. Quod quidem per comparationem ad potentiam nostram facile liberabitur, ac perpendi subtiliter poterit. Quod enim magis excedit facultatem nostræ naturalis virtutis atque potentie, magis est etiam in se supernaturale, maioremque deposcit absolutè virtutem. Cum enim possibile respondeat potentie ut illius obiectum, & ex hoc eadem proportionetur: secundum excessum rerum possibilitū in essendo erit & potentiarum proportionatarum excessus in virtute. Minus autem ab homine factibilis est tam artificiosa phantasmatum, specierum, spirituum, atque motuum dispositio in potentis animæ, ut vera videantur, quæ phantastica sunt, & ut qualia velint per has species ordinatas pro voto representari, statim appareant, quàm talia quæ per striges narrantur, corporaliter fieri.

Neminem quippe Medicorum, aut Astrologorum esse

puto

puto, & nunquam fuisse relatione vel lectione cognoui. Determinata qui talia efficere potuerit, aut etiā attentauerit: cum neque somnia homo etiam determinata somnia per artem possit homo causare, quæ determinationem minorem naturaliter habent, minusque trahunt extra se hominem, quàm raptus, vel alienatio talis à sensu, qualem has personas pati necesse est si deludantur. Quilibet enim post somnium cognoscit se somniasse, ut supra probatum est, & patet experientia.

Neque adhuc quis somnus quasi iedus dum euigilauerit, prout striges facere opinantur hi, qui talia quæ narrantur, corporaliter contingere negant: Tum quia species illæ motusque phantastici exteriori sensu cadere nullatenus possunt, & cōsequenter circa talia nullus incumbit artifex, cuius sententia practica vel notitia: sensibilia à quibus causata est, tantum pertractat, qualis est homo: Tum quia communis hominum est sententia, naturalique veluti comperitum lumine absque cunctatione aliqua pronunciantur ab omnibus, hæc non humana, sed superiori aliqua virtute fieri. Quæ commones animi conceptiones, cum ex hoc ipso naturales conuincantur, quod omnibus vel etiam pluribus sese offerunt, si falso inniteatur falsitatem profectò retorqueant in auctorem naturæ.

Concludendum est igitur, hominem naturali virtute nequaquam facere posse, quod aliquis ita deludatur atque desipiat, ut verè ac corporaliter fieri poterit, quod non nisi phantastica visione contueretur. Ea verò quæ ab his nequissimis narrantur in cursu contingere, quò ad multa subsumunt etiam humane facultati, ut pote quæ vel viribus, vel ingenio possunt ab homine vel perfectè fieri, vel saltem imperfectè, seu aliquid pro parte simile.

Quò enim ad ciborum preparationes, ac voluptatum expletiones, nullas eas dubitat habere posse auctorem hominem, nedum quales narratibus ab illis, verum etiam maiores, quàm procurarent Dæmones: non autem quàm procurare sciant, aut possint: cum saporem & qualitatum proportio, quæ voluptatem afferat, eis melius innotescat, & ad illum citius & facilis mouere valeant, quàm hominum quicūque.

Quò verò ad corporalem hominum delationem per tanta terrarum spacia breui temporis decursa, licet homini sit naturaliter impossibile, aliquid tamen quò ad genus saltem

N 2 2

De delatione
dæmonis per
simila de bē-
bardis.

Quanto effectus naturæ nostræ excedit, tanto maiorem præterdit causæ virtutem.

possibili respectu potentie.

Artificiosa phantasmata.

operis, ei simile per humanum ingenium procurari ac fieri potest, ut patet de projectione quasi subitanea magni lapidis, vel alterius cuiusvis corporis mineralis molis per millia passuum ingenio tormentorum seu bombardarum. Magis ergo à possibili recedit, & consequenter maiorem exigit virtutem atque potentiam, quicquid præter naturam mirabile sit in imaginatione, quod sit etiam præter naturam sed ad extra & corporaliter. Et sic Dæmon non minus impossibile, vel magis factibile, illud erit, quam istud: neque hoc igitur minus debet quisque credere ab eo fieri, quam illud.

Quantum verò ad operationem Dæmonum in assumptis corporibus aëre condensato, & in humanam figuram effusio, non maiorem id in Dæmone potentiam arguit, quam prædicto modo species in phantasia componere, quæ corpora, quæque quasi vera præsentent, cum maioris spiritualitatis sit phantastica species, quam aër, & præcipue condensatus. Vnde minus potest illa (si corporeâ vtriusque naturam consideremus) representare corpora deâ, quam aër.

Quantum etiam ad motum localem, qui in his efficiendis interuenit, minus sunt eius capaces species illæ, quam aër: cum illæ per accidens tantum, aër autem per se etiam moueatur. Corpus enim est aër: species autem illæ non nisi corporalia sunt accidentia: quæ etiâ si æqualiter motum localem admitterent, etiam ratione subiecti, non minorem tamen ille motus in Angelo mouere virtutè argueret, quam motus interueniens in formatione corporis illius aëri, eò quòd æqualiter quò ad motum localem corporalia quæque virtuti angelicæ ad nutum obediant. Sic igitur ex his omnibus patet non esse minus credibilia, eò quòd non minus possibile Dæmoni quæ narrantur ab his perditissimis personis corporaliter fieri, quam eadē phantasticè solum cum tanta contingere delusione, ut pro certo vera credantur, quæ falsa sunt & vana, veluti vulgus esse putat.

Improbatio vnius euasione ad prædictam rationem.

CAP. XIV.

Fortè quis iterum contra prædictam rationem se opponet, iam aliâque reddere conabitur, ex eo quòd capitulum Episcopi 26. q. 5. dicit, tales vel similes sectæ personas deludi;

deludi à Diabolo: & per consequens non verè posse cognoscere fieri, quæ narrantur mala: neque huiusmodi personas maleficas. Qui si etiam corporaliter contingeret, aliquas personas sic portari, & facere mala quæ confitentur, quamuis posset sibi contra se testificanti, siue se accusanti credi, non tamen accusanti aliâs: eo quòd nesciant an verè ibi sit ille personæ, quæ ibi esse videntur: cum possit Diabolus personam seu figuram illarum prætere, dum ipsi domi resident: vnde talium testimonium nullatenus acceptandum videtur in præiudicium terrij.

Sed ad hanc euasione explodendam, supposito etiam quòd capitulo illi fides præstari debeat, quòd infra discutietur, iâ præparata via superius amplissima est, dū apertissime cognoscitur per ea etiam, quæ per sacras literas notissima comprobantur: familiarique experientia negari non possunt, omnes facillè posse discernere differentiam status vigilantis & dormientis, & præsertim in seipso. Nec potest Diabolus quacunque virtute conaturque maligno, sic homines extra mentem ponere, quin vigilia ac sanitati restituti cognoscant, quòd alia visione, quam corporali, aliòque modo quam vtendo sensibus exterioribus cognouerunt omnia, quæ sibi visa sunt videre, quando à Diabolo supponuntur delusi. Vnde cum perseverent in confessionibus contra se, dum sanæ mentis sunt: dum Diabolo etiam abrenunciaverunt, ad Christum conuersi: & semper asserant talia sibi in vigilia contigisse, dum plene sensibus vtentur, non est viri prudentis velle sine ratione negare, ea quæ tales experiri se constantissime asserunt experientia sensum, qua nulla apud nos clarior & efficacior est cognitio.

Et sicut verè supponendum est contingere, quæ circa se facta narrantur, non minus verisimile est circa confodales & alias personas, quæ adesse contuentur, idem realiter & verè accidere, cum præsertim sæpè, imò semper contingat plures ex condicito simul ire vel deportari, simulque redire, ut patet ex processibus.

Neque etiâ maior ratio est quòd vnâ magis quam aliam deluda Diabolus, quòd ad hoc: cum præcipue magis desideret ea, quæ in contemptum Christi & Fidei fieri per eas procurat, in vigilia perfici, quam in somnis vel in mentis alia quacunque alienatione, cum maius in vigilia peccatum

incurrant, & si æquè facile Diabolo vnum vt alterū officere, vel etiam facilius sit illi vigilantes portare, quàm dormientes deludere, vt in præcedenti capitulo inductum est.

Facilius Diabolo est, vigilantes portare, quàm dormientes deludere.

Quòd si contra se testificantibus in iudicio talibus (non obstantè quacunque Diaboli delusione) fides est adhibenda, vt deductum est, sequitur ineluctabiliter, quòd & testibus contra tertium est credendum, si attendantur ea, quæ dominis Inquisitoribus & Iudicibus fidei semper euenire comprobantur. Hoc enim ab eis quotidiana experientia practicatur, quòd accusati per socios criminum, licet se: è semper in principio iudicij negant, in processu tamen omnia confitentur, & rarissimè contingit oppositum. Et qui hoc prout negaret, habet quæque processus omnium Inquisitorum falsos asserere, quòd planè apud nos insanos execrabile reputatur.

Propter varietatem contingit, non deesse omitti regulam accidentia.

Et si aliquando contingat, tales non confiteri, hoc ideo est, quia iudices vel nolunt, vel qui vellent non possunt, vt patet esse iudicium prosequi, dum ab his impedimentum aliquando provenit, qui debuissent Inquisitoribus facere. Non enim omnia per se possunt Inquisitores, &c. Propterea verò, quæ rarissimè contingunt, non debent omitti quòd regulariter accidunt. Sicut non obstantè, quòd in aliis etiã iudiciis quando contingat, innocentes dånari falsisque testibus & accusatoribus fatigari non interponitur iudicium contra reos nec minor adhibetur fides testibus aliis vel accusatoribus.

Quòd si ecotrã quis inducat, quòd seclerata illæ mulieres, de quibus loquitur d. c. Episcopi asserunt in vigilia positæ se realiter per multa terrarum spacia intempeste noctis silentio deportari: & tamen ibi determinator, quòd erant à Diabolo deluse. Respondetur quòd mulieres illæ non solum in somnis, sed etiã in vigilia tenebantur à Diabolo captivæ per in fidelitatem, vt ibi dicitur. Vnde facile poterat eas in vigilia deludere, sicque in earum mentibus & imaginatione agere, vt sibi ipsis persuaderet & aliis sibi verè contigisse, quòd in somni: acciderat. Sicut etiam phreneticis dum patientur etiam si vigilent videntur vera esse quæ vera non sunt. Liberati autem post modum ab infirmitate, cognoscunt distinctionem status sanitatis à statu infirmitatis: & quòd illa quæ sibi vera videbantur, dum languerent, falsa fuerant. Personarum autem, quæ se vel etiã socios accusant in ista seclera non

amplius

amplius sunt in Diaboli potestate. Nam semper hoc faciunt dum sani sunt mente & corpore, & postquam Diabolo abrenunciaverunt, & peccatum suum confessi sunt, non solum audacialiter, sed etiam sacramentaliter providencia dominorum Inquisitorum, qui earum conversione & salutem desiderant. Ratificant enim & confirmant in fine iudicij, quacunque tam contra se, quàm contra alios antea sunt confessi. Et ideo patet, quòd hæc secunda obiectio non militat.

Uterius contra illam primam evasionem dicendum est, quòd sicut Dei præueniente misericordia, non potest Diabolus deludere, nisi eos, quorum mentem primò sibi per infidelitatem subiogauerit, vt dicitur in dict. c. Episcop. Ita credendum est nullius personæ figuram, vt de tanto crimine accusent, posse prætere, nisi eius, quem sibi iam per similia crimina denictam esse sciverit, & multoties realiter cum aliis ad ea perpetranda conuenit.

Et propterea non debent Inquisitores omittere contra tales accusatos procedere, eò quod ex hoc ipso, quòd sic accusantur, etiam si aliquando non verè ac corporaliter peregerint, ea de quibus accusantur, vehementer tamen suspecti sunt, quod de flagitiosissima tali seclera sunt, & præcipuè si plures testes in idem contra aliquem concurrant, variisque temporibus, & si alias etiam male sit vitæ vel famæ. Neque enim Deus elementissimus diu permitteret innocentes de tanto crimine accusari, & esset de omnibus par ratio, quòd Diabolus omnium personarum figuras prætenderet diuersis temporibus, quòd patet falsum: quia tales innocentes non solum pauci esse creduntur in comparatione aliorum, contra quos Inquisitores procedunt in aliqua ciuitate vel terra: sed nulli adhuc ab Inquisitoribus tales inuenti sunt esse delusi, licet aliis narrantibus dicatur quandoque tale quid contigisse. Omitto contra eandem evasionem asserere indicia apertissima de reali deportatione, quæ tam ante, quàm post deportationem in plena vigilia contingunt, quorum in hoc opusculo inferuntur plurima, vt præueniẽs infra patebit.

Ad eandem evasionem præcludendam, alia

deductiones trahuntur.

CAPVT XX.

AD eandem evasionem primam excludendam, aliam deductionem assero, quæ tam ex dicto capitulo, quàm

Non 4

ex aliis determinationibus summorum Pontificum robur accipit.

Ex illo namque capitulo habetur duplex modus, quibus Diabolus potest homines deludere, vel decipere. Vnus ostendendo in somnis, seu in spiritu, aut in visu quod non est.

Alius in vigilia pretendendo formam alicuius, sicut contingit in apparitionibus Diabolicis, puta: cum Diabolus assumens corpus aëreum, format aliud in similitudinem hominis, vel mulieris, vel bestiarum. Sicut sæpè legitur in Sanctorum historis.

Primo autem modo posse deludere probat d. c. per secū. Secundo verò modo probat per Apostolum 1. Cor. 9. dicentem, quod Diabolus transfiguratur se in Angelum lucis, quia videlicet aliquando apparet in forma boni Angeli, & multò magis potest apparere in forma hominis vel bestiarum. Potest ergo sic hominum phantasmata ordinare ut videatur eis videre quæ non vident, & esse, quod non est, quod maximè contingit in somnis. Potest & alio modo deludere per prestigiū, ut confiteatur omnes tam Theologia, quam Canonici iuris cultores.

Non negat etiam capitulum illud, Diabolum posse de loco ad locum homines portare. Hoc enim negare esset hæreticum, dicente Iob, quod non est potestas, quæ ei valeat comparari super terram: imò etiam cōtra veram philosophiam hoc esset, quæ virtutem substantiæ separatæ omni corpori præfert. Sed solum adducit & astruit capitulum illud, quod non portentur tunc ad sequendum aliquam veram Deam, eisque seruiendam, propter quæ videbatur illis sceleratis mulieribus quod realiter portarentur.

Ex illo ergo capitulo iuncta fide & philosophia habetur esse possibile, quod Diabolus has maledicas personas portet: & per diversarum rerum apparitiones prædicto etiam secundo modo deludat. Possibili autem posito inesse, nullū sequitur inconueniens, præcipue si sacris literis, vel determinationibus Ecclesiæ non repugnet.

Portantur ergo per casum possibile, quod contingat multi-
tu lineam personarum, sic a Diabolo congregari, & induci
& abrenunciatio: non fidei, contemnenda: sacra alia que fa-
cienda, que narrantur de strigibus, ex quibus merito ve-
niunt ab Inquisitoribus & fidei iudicibus puniendæ.

Tali

Tali autem casu posito, querendum est, quomodo poterit iudex in eorum notitiam deuenire, si non credendum sit complicitibus & sociis horum criminum, qui deprehensi sunt, & iudicialiter confessi. Neque enim alius homo potest ista cognoscere: & hi, qui de tali societate supponuntur esse, terribilibus sacramentis se alstringunt, ne se inuicem aliquatenus accusent, neque factum provalent: nisi forte causa seductionis alicuius: etiam si contingat aliquem hanc datam non seruare fidem, horribiliter vapulat à confociis vel à Demone, nisi forte hnt in fortis Inquisitorum: licet etiam neque sic quandoque possint euadere. Quomodo ergo tam accerrimi hostes fidei tolientur, de terra, ut intendit sancta mater Ecclesia.

Quis autem audeat præsumptuosus vel sciolus dicere quod licet iste modus delusionis sit Diabolo possibilis, non tamen vitatur illo, neque illū Deus permittit. Num de permissione Dei debet quis sentire aliter quam sancta mater? exposcat Ecclesia, & rerū ostendat euentus: Vbinam autem libet quis Ecclesiā docere, quod hæc Deus non permittat. Quin etiā oppositū illam sentire ex hoc dignoscitur, quod auctoritatem & omnem fauorem præstat Inquisitoribus contra tales nequissimas personas. Euentus quoque & frequentissima aperta que iudicia id ipsum docent: Iudices omnes fidei & innumerabiles consiliarij sic esse iudicant: testes infiniti idem affirmant. Quomodo ergo potest quis sapiens astruere id impossibile, aut etiā non de facto contingere? In hoc discernant omnes, si ratione moueatur, aut voluerat, seu quomodolibet alia sinistra causa vel intentione.

Et casum quisque ponat ante oculos suos, quod sit ipse iudex aut gubernator in aliqua ciuitate Ecclesiæ, vel cuiuscuque principis, & compareat ante eum, qui dicat se hominem audisse dicentem, quod conuenientium incursu duo ciues tractarūt, dum ibi essent, tradere ciuitatem hostibus Ecclesiæ vel principis, & quod vocato homine illo, sic esse ab eo discat, ut à teite de visu & id quod in tali casu crederet, aut faceret, si iudex esset: vel eente fieri consulet, si consiliarius esset, vel assessor iudicis. faciat oro vel non minus etc. sit, aut fauorem præstet Inquisitoribus, qui prædictis modis similia ergo erit, contra Christum in tali casu fieri, vel tractari, si verè Christianus est.

Non 5

De permissione Dei nemo aliter sentire debet, quam Ecclesia.

Substantie separata corpore vnius præsentur.

Possibili inesse possit nullum sequitur inconueniens.

Præterea Ecclesia hæc esse possibilis, imò de facto contingere credit, non solum indirectè, quando generaliter auctoritatem Inquisitoribus contra tales sicut contra hæreticos, & eorum inlicita nõ solum non reprobando, sed potius approbando, verum etiam quia directè, & specialiter sectam hanc iniequitur, & per specialia privilegia Inquisitoribus mandat, vt hos peritulosissimos homines vsque ad extremum interitum & exterminium persequantur: inuictè.

Vnde quod Innocentius mandauerat primò Inquisitoribus Alemanniæ, vt supra relatum est, & Iulius postmodum Inquisitori Cremonensi confirmauit, vltimò Adrianus sextus Pontifex omnibus Inquisitoribus cõgregationis Lombardiæ ordinis Prædicatorum, mandans vt officium Inquisitionis exerceant contra prædictam sectam personarum, quæ a fide catholica deuiantes, fidem ipsam, quam in sacri susceptione baptismatis abnegantes, sacram crucem pedibus conculcantes, & opprobria super eam perpetrantes, Ecclesiasticis & præcipuè Eucharistiæ sacramentis abutentes, Diabolum in suam dominum, & patronum assumentes, &que obedientiam & reuerentiam exhibentes & suis inuentationibus, carminibus, sortilegiis, aliisque nefandis superstitionibus homines, animalia, & fructus terræ multipliciter lædentes, aliisque quamplurima nefanda, excessus & crimina eodem Diabolo instigante committentes inueniuntur, eosque puniant secundum modum contra alios hæreticos à iure & sacris canonibus institutum.

Vnde patet, quòd cum hæc secta nõ sit nisi secta strigum, & illa nefanda faciant non nisi pro magna parte incursum, qui etiam ibi sectam faciunt & conuentum, & non alibi, nec alio tempore omnia, sequitur quòd Pontifex supponit & determinat, non illusoriè, sed verè & realiter hæc in cursu fieri & perpetrari. Quam etiam sectam Clemens v. i. per Breue, quòd directum est Reuerendissimo Episcopo Polensi Gubernatori que Bononiæ mandans eidem, vt contra quosdam Mirandulanos eiusdem sectæ præster omnem fauorem Domino Inquisitori Parmensi, & incipit: Accepimus non sine animi, &c. aduocet expresse hæresim strigatus.

Cum ergo ex prædictis concludatur, quòd prædicta criminosa non committuntur à prædictis hominibus illusoriè, sed verè, oportet quòd non in somniis vadant, aut deper-

tentur

tentur ad cursum, sed verè & realiter: & consequenter quòd fides præstanda est testibus de visu contra tales. Aliàs periret omnis modus procedendi contra tales, vel cum maxima difficultate possent deprehendi: eò maxime quòd sicut per eorum cõfessiones agnoscimus sacramentis, vt diximus magis se astringant, se inuicem non reuelare.

Aduertendum est etiam, quòd si testibus non creditur, contra alios, propter assertam delusionem: iam non est etiam credendum seipso accusantibus, vel iudicè confitentibus quòd talia sibi contigerint, eò quòd censendi sunt pariter esse delusi, & eis esset compatiendum & non sententia contra eos ferenda, si dicerent se nunquam extra cursum tale quid fecisse, nec ex corde vnquam talia se perpetrasse, aut contra fidem quicquam opinatos esse. Quod tamen nullus sanæ mentis concederet, & prælicta omnium Inquisitorum est in contrarium.

Præterea, ex eisdem Pontificum verbis hoc elicitur quòd eundem debent contra sectam istam seruare modum inquirendi, & procedendi, quæ seruant secundum iura, contra alios hæreticos. Modus autem ex parte intentionis ipsius Inquisitoris & efficaciam tam interioris quam exterioris est, vt interprete omni que humano timore, & cuiuscumque commodi vel lucri amore postposito inuidè procedant. Vt patet in privilegio quodam Inquisitionis, quòd incipit: Ex parte verò ordinis procedendi & executionis, sit simpliciter & de plano, &c. c. Statuta, de Hæret. lib. 6. Item vt excommunicati & participes vel socij criminis in testimonium admittantur, eod. tit. In fidei fauorem. Contra istam ergo sectam hoc vltimo modo procedendum est.

Teneantur ergo credere Inquisitores omnibus, qui testimonium contra hæc sectam ferre voluerint, etiam si dicant se socios omnium. Nõ potest ergo interponi, quòd isti socios se dicentes, non sunt audiendi, quia deludentur per prestigium vel quomodolibet aliter: quia iam tolleretur modus procedendi contra istos, quo procedi debet contra alios hæreticos: quòd est contra voluntatem & mandatum Ecclesiæ in prædicto privilegio Adriani. Vnde patet, quòd illa euasio nulla est, sed irrationabilis & periculosa saga.

Eodem

Cur Striges
sectaria ha-
beantur.

Etiam socij cri-
minum contra
Maleficos as-
suntur.

CAP. XVI.

PRæclusa igitur prædicta evasione ad secundam rationem principalem, confirmatur ipsa secunda ratio principalis tripliciter: primò sic: Si duobus testibus & in præiudicium tertij tam in iudicio creditur, quàm extra iudicium de rebus possibilibus euenire, multò fortius credendum est maxime in multitudinè tale quid conformiter asserenti. Quia de quo minus videretur inesse & inest, & de quo magis, per regulam topicam. Maxima est autem multitudo talia narrantium, vt supra deductum est. Sed & hæc ipsa quæ narratur, esse possibilis supra in primo principali, probatum est etiam ex sacris literis. Ergo non sunt hæc tam facile passim neganda, vt nonnulli faciunt.

Confirmatur secundo eadem secunda ratio, sic: Fama quam omnes famant non ex toto perit: & impossibile est, quòd famosum sit falsum ex toto, secundum Philosophum in lib. de somno & vigi. & 7. Ethicorum. Maxime autem si funderur narratio in certitudine sensuum. Nò enim possunt falli sensus exteriores circa propria sensibilia, vt dicitur in secundo de anima. Narrant autem omnes illi et quæ ab eis videntur & fiunt supra naturam, & ea esse vera testificantur de visu pluribus sensibus. Et in hoc omnes convenire, quòd corporaliter fiunt, quæ sensisse se dicunt publica & vniuersalis est fama. Non ergo ex toto falsa esse censenda sunt, aut putandum est vniuersaliter tales personas decipi vel deciperi: licet fortè interueniant sæpe delusiones, vt supra declaratum est.

Confirmatur tertio eadè ratio sic: Si quod est magis incredibile quàm illud de quo est sermo, vel saluè æquè incredibile & nihilominus à sanctis Doctoribus hac sola ratione creditur & pro certo asseritur, quod à multitudine virorum ac mulierum tam eorū qui sunt experti quàm eorum etiam qui ab his, qui experti sunt, didicerunt & cognoverunt, enarratum & enarratum, multo magis ab omnibus credendum erit, quod est magis credible, vel saluè æquè credible, & quod est æquè vulgatum & affirmatum ab his qui experti sunt, vel ab expertis certa relatione cognouerunt. Nà

cum

cum citò sine ratione credere sit iudicium leuitatis, iuxta illud Ecclesiastici 19. Qui citò credit, leuis est corde, magis hoc alienum esse debet à sanctissimis & grauissimis Ecclesiæ sanctæ doctoribus, qui tam naturaliter, quàm supernaturaliter dotati sunt supra cæteros muneribus intellectus, quàm è quibuscunque aliis.

Magis autem credibilia sunt omnia, quæ narratur à strigibus fieri in cursu illo diabolico, præter hoc, quod etiam affirmant sibi contingere, Dæmones, inquam, esse eis incubos aut succubos, quem hoc ipsum quod exceptuatum est, ibi, vel alibi expleri per Dæmones. Et tamen hac ex sola multitudinis assertione, pro certo tenent Augustinus. Thomas cæteri; Theologi. Ergo multo fortius à vobis non debent illa negari, de quibus est sermo.

Quod autem hoc sit magis incredibile, & magis videatur à possibili alienum ex hoc manifestum est, quòd Dæmones, cum sint spirituales creaturæ, corporales delicias aut oblectationes non magis admittunt, eorū oblectari non magis possunt sensitiua oblectatione, quam lapides. Sicut enim lapides, ita & Angeli sensibus carent, quorū obiecta sunt illa oblectamenta, & consequenter videntur etiam ab eorundè spiritu voluntate aliena: Licet in corporibus assumptis, possint ab illis opera motusque tales, quasi viales perferri, & in illis contellectualiter, nò autè sensualiter oblectari, propter animatum pernicè, eorum, inquam, qui tale cum eis habent feridissimū commercium. Qui tamen vt diximus videntur elongata hæc opera, vilissima & vilitatem animi prætendentia, vt pote subiecti passionibus concupiscentiæ turpissimæ ab eorundem spirituum eleganti natura, potius, quàm opera, circa corporalia quidem explera: sed tamen virtutè eorum ac potentiam præmonstrantia: qualia sunt hæc, quæ narrantur accidere talibus hominibus in illo Diabolico cursu minus illa credenda forent, quàm ista.

Quòd verò sancti Doctores, nò ratione aliqua, vel reuelatione moneantur ista credere, quæ minus credibilia sunt, & vt vera cunctis illa Christianis annuncient non nisi solide narrantium, patet præcipuè per diuum August. quia hæc ipsa primus inter Catholicos in scriptis redegit: nedum possibilis, sed & facta in 15. lib. de Civitate Dei cap. 23. Vbi sic ait: Ceterissima scrua est, multique se expectant,

vel de

Fama quam
omnes famant
non ex toto
perit.

Angeli sensibus
carent et la-
pides.

Angeli in as-
sumptis corpo-
ribus, nò sen-
sualiter, sed in-
tellectualiter
oblectantur.

Faunifun
Incubi.

Dusj.

vel ab eis, qui experti erant, de quorum fide dubitandum non est, se audivisse confirmant, Silvanos & Faunos, quos vulgus incubos vocat, improbos extitisse mulieribus, & earum appetivisse & peregrisse cōcubitum: & quosdam Demones, quos Dufios Galli nuncupant, assidue hanc immunditiam & tentare, & afficere, ut hoc negare impudentiæ videatur. Hæc ille.

Hoc idem tenet etiam sanctus doctor, non nisi ob Augustini prædictam inductionem. Sed neque alij Doctores sancti, videlicet Gregorius & Isidorus, qui tales dari Demones incubos & succubos affirmant, ut supra inductū est, alia ratione ad id moveri possunt, nisi prædicta: Cum hoc ex sacris literis non habeatur, neque revelatione piscorum: ergo neque per naturalem factorum cursum.

Cum ergo eorum quæ à strigibus asseruntur, fama sit communior, & assertior eò quod iuramento iudiciali: ubique firmata sit: sequitur à maiori, quod eis indubitata sit adhibenda fides. Si enim ista negentur, & existimentur quasi à delirantibus introducta non minus delirare putandum esset illos, qui ea, quæ minus credibilia sunt, referrent, quæ tamen credunt sancti Doctores, ut diximus, quasi non delirantium relatione comperita.

S. August. cre. didisse conuer- sionem mulier entiarum in caros.

Sed & quod magis propositum roborat & confirmat hoc ipsum quod striges asserunt, de conuersione, inquam, mulier saltem apparente earum, in caros, tenet August. esse verissimum, licet non secundum hanc speciem verba faciat. Ex hoc tenet non nisi relatione eorum, qui eiusmodi certissime se audivisse vel etiam expertos se esse asseuerarunt. Nam lib. 18. de ciuitate Dei, c. 17. postquam retulit, quæ à Gentibus narratur de locis Vlyssis in bestiis à Circe Maga conuersis, & de Arcadibus, qui tranatando stagnum, conuertebantur in lepos. Et rursus de Archadibus in lepos conuersis, haurito quodam immolato liquore, Deo suo Lyceo, post nonnulla subiungit, & probat hæc esse credenda, propterea quòd & temporibus suis talia fieri referrentur.

Vnde sic dicit, Si enim dixerimus, ea non esse credenda (quæ scilicet per narratō sunt) non desunt etiã nunc qui eiusmodi quedam vel certissima audivisse, vel etiam expertos se esse asseuerent. Nã & nos, cū essemus in Italia, audiebamus talia de quâdam regione illarum partium, vbi stabularius mulieres

mulieres imbutas his ualis artibus: in caseo dare solere dicebant quibus uellent, seu possent viatoribus, vnde in iumenta illicò conuertiētur, & necessaria quæque portarent post quæ perfuncta opera iterum ad se redirent. Nec tamen in eis meatem fieri bestialem, sed rationalem humanamque seruat. Hæc August.

Caseo infecto
immutator
hospes quidã
in isometum.

Ex quibus patet, quòd ipse non nisi ob plurium testimonium asseuerationem credebat talia fieri arte Magica: Quibus non à similibilia sunt, quæ prædicantur ab Inquisitoribus accideri strigibus: & hoc relatione eorum, qui sunt experti sicut de conuersione strigum in caros: non tamen quòd ad veram naturæ speciei mutationem, sed apparentem: & par ratio est de omni alio euentu mirabili per tales, circa casus diabolici cursus enarratos: & ab innumera testimonium multitudine confirmatos. Vnde cū supra probatum sit, omnia talia esse possibilis: neque sacris literis repugnare: proculdubio sunt ab omnibus credenda, nisi quis uellet esse sapientior Augustino cæterisque sanctis doctoribus, qui eandem Augustinum in hac imitatur crudelitate.

¶ L. vbi numen ff. de test. & c. nouit. de iud. etiam in criminalib. c. cum dilectus de calum.

¶ De qua habetur in Auth. multò magis. C. de sacro san. Eccle.

¶ Et satis patet ex notatis per Bart. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quaest.

Ad idem ratio tertia, ex multiplici experientia, per nobiles i. ducta.

CAP. XVII.

Tertio probatur hæc esse credenda, prout ab Inquisitori- x cap. Quæ- bus vera prædicantur, ratione sumpta ab experientia, sit. de e. est. in que dicitur rerum magistra. Et sic arguitur: Id quod mul- 6. tiplici experientia comprobatur, non est negandum: Nihil A gumentis enim certius, quàm quòd sensibus notificatur, quòd ad ex- ab experien- perientiam pertinet: Sed ea quæ à strigibus narrantur, sunt etiam in diuersis locis per experientiam ab aliis, quàm à strigibus: quò ad facti substantiam comprobata.

Qui d

Quod quidem inducitur primò quantum ad corporalis delationem (omissis quæ ab authoribus antiquis, Vincentio, inquam historiali & Petro Damiano afferuntur, de quibus vide si placet in Malleo Maleficarum, parte 2. c. 3. quod & in solutionibus argumentorum explicabitur succinctè) in medium tantum induco nunc ea, quæ nostris temporibus ab his, qui pro certo cognoverunt enarrata sunt.

De veritate namque prædicti cursus Diabolici omittis innumeris, quæ olim facta varrant, & scriptura etiam teste, vera comprobantur, nouissimum argumentum duplex inducere libet.

Quidam Vener. P. Frater Paulus de Caspiano ord. restii mihi anno præterito asseueravit, Presbyterum quendam nomine Io. Antoninum de Palauinis bonæ famæ virum, demorari iam diu, & nunc etiam in valle Telina in castro Caspiani, sibi quæ narrasse, quod dum manè se cunctum consuetudinem ante diluculum ad exoluendum diuinum efficium vel alia de causa surgeret de lecto, conigit cum multis magnam vidisse turbam in propinqua planicie virorum & mulierum, cum variis luminaribus currere hinc inde motu ludentium, quos presbyter dixit pro certo se scire, quod sunt strigones & striges quæ deportantur ad cursum, ut omnis generis voluptatibus carnis perfruantur.

Quidam etiam egregius medicus Ferrariensis, & in hac eadem ciuitate curis infirmorum publicè in eodè magister Sotzinus Bentius nuncupatus, mihi fidelissimo testimonio superioribus diebus enarravit, quod cum superioribus annis, quasi tribus elapsis, ruti esset inuisitandæ possessionum propriarum gratia, contigit eum suo villico sermonem de strigibus eum habere. Cum quæ medicus esse deliramenta diceret, quæ referuntur de strigibus, & hoc præ cæteris, quod videlicet corporaliter ferantur ad opinatum cursum, eccontrario statim villicus ille (qui adhuc superest, & vocatur Thomastius Pollastros, de territorio quidem Mirandula, sed modo habitans in consibus illis in loco, qui vocatur Claceta Malaguzzi) asseruit quendam alium, ibi prope morati rusticum, qui narret se mulieres, & viros in maxima multitudine nec chorizantes, & voluptatibus vacantes vidisse. Super quo studens medicus, rogauit villicum suum, ut rusticum illum ad se vocaret. Qui vocatus, & de his interrogatus ita respondit.

Qua

Quadam nocte, dum per tres horas ante diluculum surrexerem, ut cum bobus & plastro veniens, villico huic vestro in quodam negotio ferrem auxilium, peruenissemque ad hanc planiciem (quam manu ostendit, quia prope erat) vidi à longe tamen, ignem copiosum in diuersis locis quasi luminaria magna, inter quæ multitudinem quoque conspexi virorum, ac mulierum, veluti ad inuicem decertantium, seu etiam chorizantium. Proprius autem accedens, plusquam sex millia hominum, clara per ignes causata luce intuitus sum, & mensas paratas, & eorum nonnullos comedere ac bibere: plurimos chorizare, diuersique generis ibi ludorum exercebant, plures etiam lasciuire licentius, quam fas sit eloqui. Inter eosdem autem aliquos mihi notos vidi viros ac mulieres, & nonnullos eorum tunc etiam sum allocutus. Quidam sed post horam quodam signo facto velocissimo (ut videtur) cursu, omnes inde fugerunt ac velut asportati nebula, nusquam comparuerunt. Hoc igitur accepto testimonio, cum eorum medicus mutauit sententiam, & necdum possibile, sed etiam aliquando de facto contingere iam credidit, quæ prius deliramenta quis putabat.

Experientia corporalis cursus, ac transportationis strigum ad longinqua loca per populares inducta.

CAP. XVIII.

Popularium etiam testimonio, qui Ferrariæ morantur, hoc ipsum probandum censeo, ut possit, qui voluerit non à longè certificari.

Quidam in primis Andreas Magnanus Bergomensis, habitator Ferrariæ, hac hyeme mihi narrauit, quod à quodam suo asine Venetiis commorante, cognouit hoc quod contigit superioribus annis, quandam, inquam, puellam, quæ cum matre Bergomi morabatur inuentam fuisse nocte Venetiis in thalamo dicti sui asinis. Quam manè repererat nudam, recognitamque, quia consobrina erat, cum interrogasset quomodo illuc venisset, aut ibi esset, & quare: plorans illa, postquam vestita ab eis fuit, hæc quæ infero, enarrauit, dicens: Hac nocte, cum in lecto vigilarem, vidi matrem meam, quæ me dormire putabat, surgentem de

Currere cum luminaribus striges in suis conuentibus. Chorizatio- nali conu- tum hinc ve- ciam cursu, & eadem sum

Quidam su- peruenies sal- tatione stri- gum eorum de facto contingere iam credidit, quæ prius deliramenta quis putabat.

lecto, & exuram camista se quodam vno vento, quod ex valculo assumpsit, de subaeribus extracto perungentem corpus. Et statim in assumpto baculo quodam ibi preparato, in modum equitantis ascendens, extra fenestram deportata est, & à me nequaquam ex tunc ibi visa. Cūque ipsa quoque de lecto surgens, in eum, ut mater fecerat, perunxisset corpus extra fenestrameducta, statim in hunc locum deportata sum, ubi matrem puero huic lecto decubenti insipientem vidi. Ex quo ego territa, cū matrem etiam ob meum aduentum conturbatam vidissem, & comminationem, nomen Domini Iesu, & beatæ Virginis invocans, & ex tunc matrem non vidi, & ego hinc nuda solaque remansit.

Quadam velle ad nocendum liberis.

His auditis à puella, scripsit omnia hæc affinis ille, narravit P. Inquisitori Bergomensi, à quo capta mulier, & tormentis exposita, cuncta confessa est. Et addit se à Dæmone plus quàm quinquagesies deportatam, ut puerum illum, filium prædicti affinis occideret, sed tamen præualuerat nunquam, eo, quod semper eum inuenerit signo crucis, & sanctis orationibus à parentibus benè munitum.

Quidam etiam Antonius Leo carbonarius, Ferrariæ habitator, de Valle Tellina, narravit mihi hoc anno, se in patria sua, ab eo, cui infra scripta contigerunt cognouisse: videlicet, quod cum susceptam haberet ille uxorem suam, ex relatione multorum, quod iret ad cursum, quando ipse nocte dormiret, sinxit se quadam nocte profunde nimis dormire. Quod ubi percepit vxor, surgens de lecto se inuixit vaguento ex valculo prius abscondito & statim nusquam comparuit. Strepens autem vir suus, & quadam curiositate ductus de lecto surgens, idem fecit quod vxor: & statim per caminum (ut sibi videbatur) per quem etiam sibi visum fuerat ascendisse uxorem, delatus, in quadam nobilis cuiusdam Comitis cellam vinariam deportatus est: quo loci uxorem etiam cum aliis pluribus reperit. Eo autem viso vxor statim cum aliis quodam signo facto discessit, eodem viro suo in illo loco relicto. Qui manens à famulis domus inventus, & cum clamoribus quasi latro captus, & ante Comitum constitutus, accepto loquendi spacio, cum robore factum narravit. Et ex hoc accusata vxor illius apud Inquisitorem, tandem confessa, pœnas dedit suis dignis sceleribus.

Quadam molitur in vinariam cellam.

Velle

Velle autem sola illa credere (ut ad obstinatos paulisper verba conuertam) quæ propriis oculis conuincunt videri, siquidem stoliditatis est, vel magnæ nequitiæ: ut qualis fortis quis fuerit, tales & ceteros esse putet, mendaces, inquam, & delusores.

Ex his tamen quæ prænarrata sunt haud quaquàm existimandum est, virtutem ab quam naturalem inesse vnguento illi, quasi omnes qui se illo perungereat, sic differri haberent, ut possent. Iam enim non nisi ad vnum deferrentur locum, vel ad vnam quantaxat differentiam loci, cū natura non nisi ad vnam determinata sit, ut dicitur secundo Physicorum. Nec Diabolus est subditus naturalibus virtutibus rerum corporarum, quoad motum localem causandam, cū sit eis nobilior, & ab omni materia absolutus. Tales enim virtutes non nisi ad res ipsas terminantur materialiter. Sed sicut animal trahitur cibis, ita spiritus signis, ut dicit Aug. 21. de ciuit. Dei. c. 6.

De vnguento, quo vnguentum vestitur.

Natura non nisi ad vnum est determinata.

Ut animal ci-

Ex pacto omnia tacito vel expresso, habito cum malignis spiritibus ab his personis, vel ab aliis, qui hæc primò induxerunt, puta, quod fidè abnegent, & baptismum, crucem conculcent, nomen vllum sanctum minime nominent, & alia huiusmodi nefandissima incurrant crimina facta postmodum aliquo opere, puta tali infestatione pro signo, statim adest Diabolus propria voluntate. Et ita proprio ex arbitrio assumpta sibi placita, etiam bestiarum figura: vel etiam inuisibiliter assistens, defert miseris personas, pro eorum, vel etiam pro sua voluntate ad destinata loca indeque reducit.

Ita, sic spiritus signis abicitur.

Poster etiam ad hoc cogi Dæmon inferioris ordinis à Dæmone superiore ac præsidente, cuius videlicet ille potestati subicitur. Est enim prælatio, & subiectio in spiritualibus creaturis, tam bonis, quàm malis, ut patet per sanctam Th. 1. q. 109. ut. 2.

Est prælatio et subiectio in spiritibus.

Propter hæc igitur contingit, quod etsi aliqui quandoque se tali vaguento deturpent, intendentes transferti, siue pactam habeant cum Dæmonibus, siue non, voti compotes nulla enis hinc.

Nonnulli autem quandoque tali perniciose vnguento periculi quamuis etiam non intendant se transferti, transiti sunt. Procedit hoc etenim ex libertate Dæmonum hæc exigente quandoque malitia hominum, vno perniciem

suam obtineant, quod suæ salutis contrarium est. Et ex bonitate Dei, quandoque à tali malo quidam custodiuntur contra suam etiam voluntatem.

Sed & quandoque impediuntur Dæmones, ne id præualeant obtinere, quod vellent: & hoc vel à bonis Angelis, vel à malis, sibi tamen prælatis. Ex bonorum autem Angelorum præsidio istud communiter provenit, ne possint Dæmones officia libus fidei nocere: nec ex carceribus eorum hæreticum hominem eripere, etiam si se totum unguento illo perungeret execrabili.

Sed & quandoque Dæmonum in hoc libertas ostenditur circa talia: quòd si persona etiam sic peruncta, pactum aliquod cum Dæmone firmatum præuaricet, putà nomen aliquod sanctum in cursu proferat: statim à Dæmone deponitur, seu derelinquitur, & in locis se inuenit à domo propria, vade recesserat, longè positus, sæpius etiam flagellata per eosdem Dæmones, & quandoque illæsa.

*Castigantur
inobedientes
striges.*

Experientia apparentis conversionis strigum in catos.

CAPVT XIX.

Comprobatur etiam id, quod assumptum est, in prædicta ratione de apparentia strigum in formam brutorum & præcipuè catorum, ut ipse quoque striges fatentur, per testes fidelissimos de visu, quantum ratione humana iudicare potest.

Nam suprà nominatus Antonius Leo vxorque sua sub iuramento deponentes, mihi dixerunt hoc anno, modò decurrere tertium annum, quòd in thalamo suo seris optimè clauso, nocte quadam duo magni cati apparuerunt, vni ex pueris eorum insidiantes: de quibus tamen ipsi, dū dormirent non aduerterunt, nisi post emissum a puero clamorem & ciulatum. Strigauerunt enim iam ipsum infansem, quando sunt excitati parentes: cuius maleficii causa infra paucos dies exsiccatas puer interiit. Surgentes ergo, quàm primùm catos binos viderint, de lecto suo, ut eos comprehensos necarent, licèt ferrea pala percussisset alterum eorum vir (ut sibi videatur) acerrimè: alterum verò ritè concluderit: nihilominus elapsa paulò post auferunt ambo

Striges in felibus mutata, necant infantes.

& extra

& extra fenestram se demittentes, non vitra comparuerunt nocte illa.

Simile quid passi sunt post annos duos, hoc est, anno elapso circa puellam nuperrimè natam. Si quidem à duabus magnis catis, altera beretini coloris, altera verò pro patre albo, & pro alia parte corporis nigro colore colorata, dum omnes dormirent, nocte inuasa, parentes expergefecit flebili voce. Qui visis catis electo saltantibus surrexerunt, & eos comprehenderunt: sed neque præualuerunt. Nam ut antea fecerant, eorum manus euaserunt facillimè: & per fenestram domus demissæ fuerunt. Puella verò infra duos dies exsiccata defecit. Noctibus quoque strepitum multarum catorum insidiantium aliis filiis, & etiam loco, vbi unguentum sibi datum à quadam strige seruabatur, ut illo peruncti curarentur (siquidem iam & ipsi strigati fuerant, sed non exitaliter) sæpius audierunt, cum tamen, ut ipsi dicunt, non nisi vnã paruum carnem in domo habeant.

Sed & Strix, quæ superioribus diebus fuit incinerata, dixit eisdem super hæc percunctantibus, quòd duæ scæminæ striges fuerant, in forma catorum, quas in thalamo viderant, quæ & alios filios antè occiderant modo prædicto, seque nosse illas asseruit: imò signis, non autem ex nomine pro paluit easdem.

Huius etiam apparentis conversionis strigum in catos, testis alius in hac eadem ciuitate Ferrariæ, Philippus nomine, artificio certo, sub iudiciali iuramento mihi asseruit hoc anno, strigem quandam antè tres menses eidem imposuisse, ne prohiberent venire circa puerum, quem (à se fortè strigatum) curandum assumpserat, si quas blandientes & aludentes videret catos: Eadem igitur die, dum discessisset illa, viderunt post horam ipse & vxor sua catum magnam, & hætenus ab eis inuisam, quæ ad puerum accedebat cōcito gradu. Quam cum ex timore parentes sæpius abegissent, postremò contra venientis vexationem ad impatientiam exarserunt: clausoque ostio vir ille grauissimè eam hinc inde fugientem, diutius hasta percussit, & demum ex aka fenestra se iactare compulit, ut toto collisa videretur corpore catus. Ex tunc autem strix illa vetula toto contracta corpore per plures dies lecto decubuit, quo factum est,

Strix vaspulans sub forma filii, manet.

vt leuis quam prius habebant, suspicio, quod striga esset, & puerum suum, qui hac infirmitate strigatus, grauissime laborabat, ipsa strigisset in vehementem tranfit, imò in violentam. Etenim percussiones, & plagæ, quæ in caro infixæ sunt, in illa vetula sunt inuentæ, quoad membrorum correspondentiam.

Innumera possent adduci ad huius rei manifestationem exempla. Sed hæc nunc sufficiant, manifestissima testimonia, de quibus & publica instrumenta confecta sunt, & per eosdem testes, qui adhuc viuunt, apud omnes confirmari possunt.

Alio etiam modo id ipsum, quod in hac tertia ratione probare assumpsimus, manifestari potest, per ea videlicet quæ ante cursum inchoantes, in cursu striges perficiunt, vel ex cursu regressæ sibi facta demonstrant. Ex quibus manifestabitur, quod talia delusorie non contingunt: sed verè realiter, & in corpore.

Habita namque priusquam ad cursum accedat sacratissimam hostiam, vbi postmodum ad determinatū locum fuerint deportatæ, pro munere offerunt Diabolo, quam & ipsius Diaboli gratia, & requisitione opprobriis affectam, ibi dimittunt: & nullatenus apud se postmodum illam inueniunt. Quod non accideret, si tantummodo somniarent sese talia iacere.

Idem conuincunt alia itidem oblata munera puta vmbilici puerorum, galli, gallinæ & alia huiusmodi quæ cõmuniter requirunt Dæmones sacrilegis eorum sacrificiis.

Quod autem res ita se habeant & isthæc encenia Dæmonum post oblationem non compareant, nullies comprobatum esse testantur patrum Inquisitionum processus innumerebiles.

Eisdem itidē strigibus referentibus cognouimus quòd dum primò d'parrantur ad cursum & negatis coram domina cursum si se Christi atque Baptismo faciunt homagiū. Dæmoni, accipiunt tradente sibi eodem Dæmone pugillū rotæ, qua seorsum portata, & realiter apud se inuenta conferunt, quæ tota vitæ suæ tempore vtuntur personæ istæ pessime, a maleficiandis non solè m pueros, verò m viros & m steres emiscunquæ ætatis, proiecto tertia illius modico super: eas, quas volunt personas perdere. Si aut. m hæc omnia

nia in somnis contingerent, vel delusorie, nequaquam apud se talia postmodum vigilantes inuenirent.

Aliud quoque huius veritatis signum offero tale: Asserunt enim striges qualibet hebdomada se bis languere, manè videlicet diei Veneris, & diei Lunæ, propterea quod ex velocissima reportatione, qua noctibus illæ præiis a cursu recipiuntur in propria, patiuntur deponere quasi vertiginem & ob hoc lecto decumbentes toto penè mane illo quiescunt. Quo etiam effectu, quasi apertissimo & clarissimo signo, notæ earum suspectas eadem habent vehementissime, quòd sint striges: vbi præcipuè præstigiolis operibus aliquin intendunt.

Sed & illa, quæ superioribus diebus incinerata est, ea quæ nunc diximus confirmant: & aliud insuper veri realique sui cursus dedit hoc indicium, quod cum semel reportaretur è cursu, & per eam inuam deposita fuisset in camera propria, non potuit hoc latere familiares, qui in eadem camera dormiebant. Et licet illa, vt factum occultaretur excelsationem auditi sonitus aliam interponeret, non tamen eis potuit satisfacere, quò minus vehementer suspicarentur eam tunc de cursu regressam, sicut & rei veritas erat.

Mutuos quoque concursus in dictis & factis, dum in diabolico illo resideat conuentu, & se inuicem cognouisse, & comitatas fuisse: fecisse quoque simulque dixisse, dum sunt in cursu, quæ postmodum concordés referunt, sicut in referendo conueniunt, qui vigilat, ea quæ simul vigilantes fecerunt, aut dixerunt, signum est apertissimæ veritatis, quòd ista non in somnis perficiantur. Nam si vnus somniaret, aut deluderetur, vel etiam ambo, nullatenus ita mutuo conuenirent: Non enim experimur, imò impossibile iudicatur, & contra naturam, quòd duobus contingat eadem in somnis videre, paratève, quòd hæc vel illa fecerint, vel dixerint, absque vlla penitus differentia, vt talibus accedente comprobatur. Siquidem persæpe plures earum conuenient simul ire reditèque, vt nulla sit iam negandi ratio vel apparentia, quòd hæc corporaliter fiant & in vigilia.

Quòd si etiam quandoque in somnis hæc appareant, vel contingant opere Dæmonis, uò hoc eos latet, vt plurimum

Hostiam sacratissimam striges portant.

Vmbilici puerorum offeruntur Diabolo

Pugillus rotæ a maleficiandis datur mittere.

Ex velocissima vertigine striges.

Per eam inuam quædam de missa proditur.

qui talia patiuntur, sicut & supra dictum est, ex his quæ teaduntur in Mallo Maleficarum. His tamen, qui realiter deferuntur ad cursum, ut dictum est, multa tamen in motu illo, iquàm in termino motus, delusorie in parte contingunt: ut uidentur miseri, realiter & corporaliter nonnulla ibi fieri & esse, quæ tamen phantasticè sunt opere Diaboli, ut in solutionibus argumentorum plenius innotescet.

*Cur Dæmones copiosus accolebres strigum conuentus
crebro sic instruant, ac acceruent, è diuersis
rationibus assumptis uiræ ac
mulieribus.*

CAP. XX.

Posset autem aliquis etiam præmissis omnibus appuen-
do dubitare de veritate huius concursus hominum in
vnum, tam crebro repetiti.

Elto enim, quod possit Diabolus homines de loco ad
locum longius transferre, & plures etiã homines in vnum
congregare: non tamen id fieri credendum videtur, nisi rarissime, sicut & rarissimi leguntur qui fuerint à Dæmone
per aëra deportati: & rarius, imò nunquam, tam in gentium, quàm etiam in Ecclesiasticorum scriptis legitur, quod
vel semel tantum per Dæmones facta sit adeò celebris congregatio hominum, sicut est vna vel minima earum, quæ
fieri dicuntur à strigibus bis in hebdomada in diuersis partibus Christianorum.

Quod si etiam dicatur, hoc Dæmones facere, ut decipiant homines, & eorum ruinæ sapius insidiantur, videtur, quod ab initio ista facere debuissent, cum à principio perditionem hominum summo studio, & inexplebili malitia exquisierunt. Vnde cum factum hoc aliàs nemo sciat, imò negatur ab omnibus pari modo negabit quispiam vnquam Deum Opt. Max. ista permittere.

Verùm enunacro eum tot assertionibus, atq; manifestis iudiciis, hæc infelici nostra hæc tempestate comprobentur contingere, supra indudum suorum scrupulum hæc solafusione remouere curabimus, quod Deo pro grauioribus hominum inualecentibus demeritis permittente, grauius eisdem

eisdem Diabolus insequitur, ac perniciosiores nocendi modos indies aggreditur in Christiani nominis extinctionem.

Quod autem vnus hic morbus omnium sit grauissimus, supra modum contagiosus, vniuersalique saluti hominum magis aduersus primum manifestato, faciliè demum ostendemus, non ab re nostris temporibus ista crebescere.

Primum autem, deducit multitudo simul & grauitas criminum, cuiusq; animarum exitialis, quam Diabolus omni, qua potest arte, omniq; malicia mundum debellare contendit. In consortio enim positæ miseria, & infelices illæ personæ, magis se inuicem ad malitiam trahunt, in malicia fouent, & sic eorum culpa continuè aggrauatur. Se inuicem quidem ad malitiam magis trahunt inducendo.

Primo verbis. Timeret enim persona quælibet diabolica, si solam se sciret, aut crederet esse Dæmoni obligatam, sic à Christo alienam, eiusque inimicam: timeret, inquam, hæc alteri reuelare, & ad simile facinus alios inducere. Modò autem, cum in eam solemnè delectabilique se cognoscant, annumerari societate quasi iactabundæ, morèq; facturæ cognatis, amicis, atque sodalibus, eisdem inducunt verbis extra cursum, ut pote primo narrando, quibus conuenientes in cursu perfruantur bonis.

Secundo excludendo timorem, tam Dæmonum, quàm iudiciorum Dei: dum Dæmones, non quasi inimicos, ut prædicatur, sed quasi amicos, & familiariter obsequentes pro voto se dicunt habere, & Deum talia non curare, vel certe non posse punire affirmant hæreticè, quasi non præualeat contra Dæmonis potentiam se opponere, factæque iniurias vindicare.

Tertio remouendo impossibilitatem apparentem transmigrationis longinquæ, imò præbendo facultatem per Dæmonum inuocationem: eisdemque per execrabilem uictionem, in illorum maledicto nomine factam à strigibus, ad hoc ipsum obsequiosos reddendo.

Quarto, causando roborantq; fiducia proprio comitatu. Fouent postmodum in malicia, dum se congregatæ personæ ille alias quas traxerunt: primum offerendo eas magis domine in tali multitudinè præfidentem: ut propter eam, quam præ se fert excellentiam, potentiam, beneuolentiam, comitatem, vereantur eiusdem votis atq; præceptis, ta-

Quot modis

inducantur

Strigos.

Cur Dæmon

conuentus suos

agat.

*Quot modis
fouentur strigos
in malitia.*

infecti execrabilibus, non patere: timeant eidem promissa non observare: non odio eam imbeant, sed potius diligant, veluti auctricem tatorum bonorum, & in omnibus occurrentem pro voto.

Secundò foventur in malitia, propter multitudinis imitationem. Multæ enim personæ, dum etiam illuc perducuntur, reuertent contra Christum & fidem sacrilegia committere: quæ tamen immutatione sociarum fidentius admittunt facinorosissima opera. Ex maiori etiam multitudine, maior sequitur voluptas in multis, quibus fruuntur deliciis. Si enim omnis boni possessio iucunda minus est sine consortio, ut dicit Boëtius, ex hoc ipso quod in maxima multitudine conveniunt, solatiis etiam affluunt pluribus in chorizando, cantando, sonando, & in curiositatibus multis, & præsertim in aspectu pulcherrimarum personarum apparentium. &c. ut sic vilissimorum hominum desiderium accendatur magis ac magis, velle sapius ista reperere.

Quomodo Striges agant in malitiâ. Ex quibus omnibus continuè aggrauatur peccantium malitia, cum ex frequentatis actibus malis, omnis eorum generatus pessimus habitus infidelitatis, apostasieque à fide, & demum omnis generis vitiorum, & præcipuè luxuriae, gulae, inuidiae, iræque proficiat in malitia, & cor eorum obstinatione maxima iudices obduretur, ob peccandi consuetudinem.

Rarissima vero conversio Strigum ad Deum. Cuius indicium est rarissima talium personarum ad Deum conversio: conversorum tamen facies, quæ comprobatur, reciduat. Dicunt enim communiter quæ convertuntur quod ista conversio sibi difficilissima est, & perseverantia dura, tum ob deliciarum memoriam, tum propter Demones, in diversis formis plurimùm in eisdem blandientes vel si sic non prævalent, realiter postmodum, & graviter deterrentes, & verberantes.

Aggravant insuper illorum malitia propter multitudinem ex hac quod quasi in vnum facinus omnes cõurant ita, ut qui libet, non solum propriorũ, sed etiam totius multitudinis peccatum, quibus consentit & delectatur, reata tenetur obnoxius. Sicut enim opera bona gratiora sunt Deo si à multis unanimiter fiant, iuxta quod innuit verba illa Domini Matth. 18. Vbi fuerint duo vel tres congregati

in nomine meo, ibi sum in medio eorum: ita & quoad malitiam gravitatemque delictorum, pariformiter iudicandum est. Vnde & in naturalibus diversorum agentium virtus, quò magis unita fuerit, fortior est, & magis diffunditur. Ferueant enim magis igni carbones, dum cõguntur in vnum. Hoc igitur rete pessimo versutus vitiorum hostis, ut copiosam infelicissimorum hominum multitudinem ad terrarum striges posse se trahat. Non est autem vltus hac arte Diabolus ab initio, antiquisve temporibus, tum quia principaliter per hæc intendit iniquis fidem veri Dei, de corde hominis evellere. Totum autem antiquitatis peccatum, per veritatis ignorantiam, & per infidelitatem suæ adixerat servituti, præter Iudæorum paucissimos: quem etiã populum ad idololatram primum cognoscens non exquiritis his artibus ad infidelitatem trahere necessarium iudicabat: sed faciliè in illam eos prolabi faciebat.

Post aduentum autem Domini & Salvatoris, in primitiva quidem ecclesia Christianus populos inter infideles habitans, perfectissimæ vitæ fuerat, & fidei firmissimè inhaerebat, ut potè inter persecutiones continuè splendescens atque feruens, sicut & aurum igne probatur. eratque tunc Diabolo sola vel maxima cura, regnũ suum tueri, ne omnes infideles ad Christum converterentur. Sed data pace post tempora cœperunt Christi colæ legniter agere, à conceptoque fidei fervore tepescere: quos consequenter aggrediens Diabolus, per ministros suos hereticos innumerabiles seducere cœpit, sicque voti compos fieri per internam infestationem à se, & per exteriorem ab ipsis hereticis factam: non autem adhuc per visibilem apparitionem, salutem hominum gravius insidiari.

At postremò sublatis è medio hæreticis, aut certè è Christianorum sinibus longius profligatis, cœpit Diabolus simpliciores personas faciliè seducere, multipliciter deludere, & ad infidelitatem, cultumque Diaboli variis illusionibus inclinare, ut in c. Episcopi. 26. q. 5. enarratur.

Sed deprehensò à Christianis per sacerdotum doctrinã, non esse verum Deum, vel Deam, quæ personis illis quasi domina apparebat, ne suo Diabolus desiderio pessimo defraudaretur, cœpit apertè se Christianis solis offerre in omnibus obsequentem: & eis crebertimè omnis generis

Perpescunt carbones dum cõguntur in vnum
Cur antiquitate Satanas his artibus Magici non sit usus.

Quomodo hæresis Strigatus crevit.

delicias præparare, dummodo fidem Christi ab eorum cordibus eliminare possent. Quod ut facillè firmiterque obtineat, prædictos adiuuenit laqueos, ac dolos pessimos maledicti eiusus, ac infelicitissimarum harum personarum conuentus.

Et in principio quidem, eo, quod non multi essent, qui eius tali malitiæ consentirent: ex diuersis locis Christianitatis, vnius tamen assumptos linguæ per aëra in vnum tantummodo loco pro quolibet regno, qualibetve prouincia deducere consueuerat, puta, circa regionem Iordanis, circa naxem Beneuenti, & sic de similibus.

Sed adeo magna in præsentiarum multitudine inualuerunt, ut in pluribus aggregentur locis, & quasi per singulas dioceses conuentus faciant copiosos, magnæ multitudinis vtriusque sexus, & varii status. Sicut in Barcho Ferrariorum in planicie Mirandolæ, in monte Paterno, prope Bononiam, & in aliis pluribus per has maledictas personas nominatis locis: ut iam non per aëra semper à Dæmonibus deportentur, sed pedestres vadant multoties, & velocius currant, quod persæpe propè sit locus, tamen à Dæmonibus in hoc ipso multipliciter etiam sint suffultæ. Quam sectam maledictam dignetur Deus Opt. Max. tandem eliminare. Et hæc de tertio principali, & quoad totius quæstionem determinationem, & materiæ declarationem dicta sufficiant. Nunc superest argumenta pro opinione falsa in principio facta dissoluere.

Pro solutione primi argumenti primò deducitur allegatum in contrarium c. Episcopi. esse multipliciter de auctoritate & veritate suspensum.

CAP. XXI.

Primi argumenti solutio. **D**eterminata veritate circa præpositam quæstionem superest soluere rationes in principio adductas pro parte falsa. Ad primum igitur argumentum fundatum super ea quæ dicuntur in c. Episcopi. 26. q. 3. multa dicenda sunt, eo quod huius cap. verbis, & auctoritati solùm innotantur, & habeant, qui eursum hunc diabolicum corporaliter fieri negant. Primò ergo dicendum est, secundum aliquos, capitu

capitulum illud, sed etiam concilium suspectum esse de falsitate & inter paleas non minus computandum, quàm Gabillon. vel Beleon concilia reputentur, d. 18. c. Placuit; & c. Annis, & sic de similibus, quæ non alia ratione repudiatur & inter apocrypha censei scripta tenendum est, nisi quia nesciatur quo tempore, sub quo Pontifice, vel cuius auctoritate indictum sit aliquod tale concilium, vel confirmatum. Etenim concilia plurima ab hæreticis & schismaticis sæpius celebrata sunt: in quibus quidem licet plurima constituta inueniantur, quæ ad sanctæ vitæ profectum conferre videantur, & nonnulla vera ex sanctorum Doctorum sapientia inferantur: nihilominus ab Ecclesia non acceptantur, imò damnantur propter commixta multa falsa, & perperam ordinata: & quia etiam non rite cõgregata fuisse competum est, sed potius contra voluntatem summi Pontificis aut propter eius notitiam, & beneplacitum, cuius solius est, vniuersalia concilia indicere, & confirmare, dist. 17. per totum. Sicut patet de concilio Arimini damnato, dist. 15. c. Sancta & nouissimis temporibus de concilio Basileæ damnato ab Eug. 4. & sic de aliis pluribus schismaticis conciliis. Et ille, qui teneret, quod concilium potest dici, vel congregari, aut celebrari, sub alio capite, quàm summo Pontifice, Romæ vice Petri vniuersali Ecclesiæ præsidente, nisi forte in casu, quo Pontifex in hæresim laberetur, esset hæreticus, sanctæ matris Ecclesiæ Romanæ primatum impugnans, quem à Christo accepit d. 21. c. Omnes & d. 40. c. Si Papa. Cùm igitur huius asserti concilij Acquiren. & tempus ignoretur, & author. illi meritò adherere non videmur cogi: & eius dicta, seu decreta nullam habere videantur auctoritatem, nisi aliud ostendatur. Suspectum est secundò vehementer tale concilium, quod non Catholicum fuerit, aut ab Ecclesia approbatum, eò quod nonnulla profert obscura, sacrilq; literis non plenè consona, sed secundum sensum, quem aduersarij partu Inquisitorum in eo habent, falsa ac de hæresi suspecta. Probado etiam suum principale propositum secundum dictum sensum dimittit ac inefficaciter procedi, & contra veritatem, quæ manifesta est in sacris literis, quod videlicet talia non possit facere Diabolus, quæ tamen Diabolo possibilia esse, sacræ literæ protestantur. Nam inter alia eliciunt hæc ex d. cap. quod non possit:

Concilia ab hæreticis sæpius celebrata.

Diabolus
Christum de-
portavit.

Diabolus se
poteſt transfi-
gurare in An-
gelum lucis.

Magi nil niſi
virtute Dia-
boli poſſent.

poſſint à Diabolo portari realiter de loco ad locum, quo
non poſſit figuram hominis prætere, vel mulieris qua
deæ facta, quæ ſunt contra ſacras liter. s & contra ſcien-
tiam & doctrinam omnium Theologorum ſacras litera
exponentiam. Nam quòd Diabolus Chriſtus de loco
ad locum portauerit, habetur expreſſè in Euāgelio Matthe
4. cap. Multò magis igitur alios portare poteſt, & portari
fertur in hiſtoriis authenticis Sanctorum, & præcipue cū
Iacobi Apoſt. Naturalis etiam potentia non eſt minor
Angelo malo, quàm in bono, qui tamen portauit Abacuc
per longa terrarum ſpacia in ciſſimo tempore, Dan. 4.
Cū poſſit etiam Diabolus ſe uſque figurare in Angelum lu-
cis, ut dicitur 1. Corinth. 9. & habetur in eodem cap. Epi-
copi. multò magis poterit ſe transfigurare in deam aliquam
corpoream, ſicut putabant eſſe Dianam ipſi Pagani. Con-
traria etiam ſacris literis (niſi bonæ glo. interpretentur) af-
fert capitulum illud: dum dicit eſſe infidelem & pagano
deteriorem, qui credit poſſe fieri aliquam creaturam, aut in
melius mutari, aut in deterius, aut transformari in aliam
ſpeciem, aut in aliam ſimilitudinem, niſi ab ipſo crea-
tore, qui omnia fecit & per quem omnia facta ſunt. Ho-
ius eoiſm contrarium, quantum ad aliam ſpeciem, expreſ-
ſe habetur, Exod. 7. & 8. Vbi legitur Magos Pharaonis
conuerſiſſe virgas ſuas in ſerpentes: aquas etiam in ſan-
guinem verum, verasque ranas. Neque enim poteſt dici
ſecundum fidem, quòd iſta deluſione acciderint: qua
ſicut bene probat diuus Auguſtinus in glo. ibid. Scriptura
eodem vocabulo nominat. & virgas Magorum, & virgam
Moysi, quam conſtat verè in ſerpentem eſſe conuerſam.
Et hanc intentionem Auguſtinus in poſſi illo ſacra ſcri-
pturæ ſequitur etiam & declarat diuus Tho. Pot. quaſtio.
6. ar. 5. ad 8. cum aliis Theologis & expoſitoribus. Et alia
ratione hoc ipſum deducitur ex eadem ſcriptura: quia ſi
deluſorie iſta contigſſent, cum illi magi non niſi virtute
Diaboli talia poſſent facere, & æquè facile ſit Diabolo fa-
cere, quòd ita præſtigioſè cynipheſ ſicut ranæ ſerpenteſque
apparerent: æquè facile virtute illius poſſent Magi, cy-
nipheſ ipſos deluſorie, & tantum apparenter educere, ſicut
ranas, & tamen ſacra ſcriptura dicit, quòd Magi hoc facere
non potuerunt. Quod quidem non eſt ita intelligendum,

quas

Quomodo poſ-
ſit Diabolus
creatur. in
aliâ ſimilitu-
dinem conuer-
tere.

quasi naturalis Diaboli virtus ad illorū etiā productionem
non ſe oſtendit: ſed quia eos talia animalia tunc produce-
re non permittit Deus: ut dicit ſanctus Auguſtinus. 3. de Tri.
& recitat Magi. ter 7. de 2. Qui etiam negaret, quòd Diabo-
lus poſſit creaturam conuertere in aliā ſimilitudinem per
præſtigium. negaret ipſam præſtigium, quòd eſt vna di-
uinationis ſpecies. & contradiceret conſequenter omnibus
Theologis, & cap. Ne mirum 29. q. 5. ſequè opponere om-
nibus hiſtoriis talia narrantibus, quæ per præſtigium va-
riis temporibus contigerunt in locis. Quo tamen modo
intelligendam ſit, Diabolum poſſe. vel non poſſe vnam
creaturam in aliam mutare infra declarabitur. Suſpectum
tertiò de falſitate eſt dictum capitulum, in quantum aliama
preſentia ſenſum in ſacris literis, quàm habeant ſancti Do-
ctores ſuper verbo illo Apoſtoli: Siue in corpore, ſiue ex-
tra corpus neſcio. & c. inò ſenſum præfert, quem reprobat
S. Aug. S. Thom. & quem D. Hieronymus in prologo Da-
nielis, dicit fuiſſe ſenſum cuiuſdam Iudei negantis pariter
id, quòd vniuerſalis cõſtitur Eccleſia. Abacuch, in quâ. eſ-
ſe portatum ab Angelo in Babylonem breui temporis ſpa-
tio. Et ideo cū ex culta Iudei exponentis: tum etiam
quia Hieronymus hoc referebat, ut oſtenderet ſe in ſuis
translationibus pari multas calumnias, maxime à Iudeis,
quas ipſe calumnias reputabat iuſtiſſas, inferret tacitè
quòd pariter exeretor, & damnet cauſas calumiarum,
inter quas vna eret expoſitio prædicta, quam in docebat
Iulius iſte. Cū ergo illud afferat dictum capitulum
ſecundum aduerſarij vni interpretationem, patet ex hoc
ipſo ſuſpectum eſſe de minori veritate. Iſt autem ſenſus
verborum Apoſtoli, dum dicit ſe neſcire, an in corpore, an
extra corpus raptus ſit vſque ad tertium cælum, à prædi-
cto Iudeo introductus, & prædicto copit. Epiſcopi infer-
tus, ſecundum aduerſarios iſte, quòd Apoſtolus neſciat,
an fuerit portatus ad paradifum, ſeu in tertium cælum cor-
poraliter: ita quòd corpus cum anima eius eſſet illuc trans-
portatum: an certè extra corpus raptus fuerit, & in ſolo ſpi-
ritu viderit & audierit, quæ ibi cognouit. Hunc autem ſen-
ſum recitat, & improbat Auguſt. 1. ſuper Gene. ad literam.
Hac ratione, quia, inquit, conſtat ex verbis Apoſtoli, quòd
ipſe ſciuit ſe eſſe raptum vſque ad tertium cælum: conſtat

S. Paulus in
tertiū cælum
raptus.

ergo

ergo, illud cœlum, in quo raptus est, esse verum cœlum non aliquam cœli similitudinem. Si enim hoc voluisset intelligere, cum dicit se raptum in cœlum id est, ad videndum imaginariè similitudinem cœli, eodem modo poterat affirmare raptum esse in corpore, id est, in similitudinem corporis huius. Et sic non fuisset necessarium discernere, quid sciret, aut nesciret: quia utranque æqualiter sciret, scilicet & se esse in cœlum, & se esse raptum in corpore secundum similitudinem, sicut accidit in somnis. Si autem sciebat esse verum tertium cœlum, sciebat ergo aut esse aliquod spirituale & incorporeum: & sic non poterat corpus eius illic rapitum esse aliquid corporeum, & sic anima non posset illuc sine corpore rapi, nisi separaretur à corpore. Et sic post longam disputationem Augustinus concludit verum sensum verborum Apostoli, dicens: Restat ergo fortasse, ut hoc ipsum eum intelligamus ignorasse, vtrum quando in cœlum raptus est, in corpore fuerit, quomodo est anima in corpore, cum corpus viuere dicitur, siue vegetantis, siue dormientis, siue in extasim à sensibus corporis alienata: an omnino de corpore exierit, ut mortuum corpus iaceret, donec perfecta illa demonstratione membris mortuis anima redderetur, & non quasi dormiens euigilaret, aut extasi alienatus rediret in sensus, sed mortuus omnino reuiuisceret, hæc ille. Quem adducit & sequitur S. Thom. 2. 2. q. 175. art. 6. & Veri. q. 13. art. 6. Quod etiã ratione conuincitur: Si enim non fuisset tunc Apostolus secundum corpus in terra, vbi fuerat à sociis & comitibus deductus & à Iuda hospitio receptus, hoc ipsum illi clarissimè competisset: Et palam omnibus, quasi miraculum insigne factum esset. Si verò in terra, & non in cœlo corpore fuisset, nolle sociis hoc affirmantibus credere, impudentiè illius ascriberetur, non minus, quàm eius qui tantum ea credere velit, quæ sensu percipit exteriori. Immobile autem corpus hominis manens, non omnes discernere possunt, an funditus extinctum sit, vel certè extasim patiat. Unde referentibus quibuslibet Paulo, quod corpore immobilis permansisset, eorum sensui adherere non tenebatur, si quis ei quod mortuus fuerit, vel non mortuus affirmasset. Cum igitur si hæc etiã non suffragaretur ratio, sola autoritas sanctorum fidem faciat veritati, patet quod

quod contrarium sentum in verbis Apostoli pretendens illius capituli litera redditur de veritate suspecta.

Capitulum Episcopi, propositum suum inefficaciter infero, & ab hoc de falsitate & auctoritate minori suspectum esse.

CAP. XXII.

DE falsitate quoque minorique auctoritate d. c. deprehenditur ex hoc esse suspectum, quod in probando quod intendit obscure, ineptè, & prorsus inefficaciter procedit, si illum habet sensum, quem ei tribunt aduersarij, dum contra veritatem supra diffinitam illud inducunt. Volens enim probare secundum eos quod non realiter, & in corpore mulieres illæ perficere, aut viderent que narrabant, sed in somnis potius, aut in solo spiritu à Diabolo deluderentur, inducit binas illas auctoritates sacre Scripture, quibus secundum horum interpretationem habeatur, quod non in corpore, & secundum sensus corporeos presentes fuerint Paulus & Ezechiel, alter inquam, in cœlo, alter in Ierusalem. Et tamen ex illis auctoritatibus ad sensum istorum à capitulo inductus non habetur primò, quod non possit etiam tale quid in corpore contingere, nisi in auctoritatibus illis hanc habeant intellectum, quod videlicet nullo modo potuerit, vel Paulus in cœlum, vel Ezechiel in Ierusalem corporaliter deportari, nisi fortè ab Angelis bonis. Sed hoc primò est falsum, quoad deportationem Ezechielis. Multò enim grauiora corpora potest Diabolus & longius deportare, ut supra monstratum est. Secundò inferitur oppositum ex hoc ipso, quod dicunt, cum naturalia manserint in Dæmonibus secundum Dionys. splendidissima. Quicquid ergo virtute naturali possunt Angeli boni, possunt & mali: & magis qui sunt excellentiori nature. Falsa etiã expositio ista ex hoc conuincitur, quod si se intenderet Paulus utique mitteretur. Et tamen quid Angeli boni possint & mali, melius ipse certè & que didicerat, quàm auctores dicti capituli. Nò ergo dixisset Nescio, Deus scit. Si verò in predictis auctoritatibus non illum, sed hunc potius habeant intellectum, quod de facto non corporaliter

Ezechiel in Ierusalem deportatus. Grauiora corpora longius à Diabolo deportantur.

A non esse ad non posse nullum est argumentum.

A particulari ad universalem non valet argumentum.

ter ad illa loca portati sunt, licet potuissent portari, tunc non habent ab eis propositum quod intendunt, hoc inquam, quod non possint à Diabolo per longa terrarum spacia corporaliter portari striges. Nam à non esse ad non posse, nullum est argumentum. Neque enim sequitur: Petrus non est Papa, ergo non potest esse Papa. Et tamen aduersarij ex autoritatibus illis, quæ continent tales translationes non esse factas in corpore inferre volunt, quod non possint similia in corpore contingere. Neque etiam sequitur, quod semper & omnibus sic contingat respectu cuiuscunque corporis, & cuiuscunque localis distantiae, quod Ezechieli contigit atque Paulo, quia à particulari ad universale, siue secundum tempus, siue secundum supposita, non valet argumentum. Et hæc apud sapientes logicos notissima sunt, & prima principia: quæ etiam pueris & idiotis clarè constant. Quis enim inferret: Aliquando Petrus fuit, ergo semper Petrus fuit? similiter quis existimaret hanc esse bonam illationem: Aliquis homo est bonus, ergo omnis homo est bonus? Et tamen secundum aduersarios in capitulo illo sunt similes deductiones, isto modo: Paulus & Ezechiel non fuerunt portati in corpore ad loca illa, ergo nunquàm & nullus potest taliter in corpore ferri. A particulari etiam, & multò magis ab vna singulari ad aliam singularem, consequentia seu argumentum non valet, siue affirmando, siue negando fiat. Sicut non sequitur: Aliquis homo, seu etiam Sortes currit, ergo Petrus currit; aliquis homo seu etiam Sortes non est bonus, ergo Petrus non est bonus. Et tamen secundum tenentes contrariam opinionem, in præsentis quæst. art. d. cap. Episcopi interdicit sic arguere: Paulus & Ezechiel non fuerunt portati in corpore. Ergo nec illæ mulieres portantur in corpore. Unde patet quod cum istæ consequentiæ secundum sapientes sint detestabiles: ipsum quoque totum capitulum secundum sensum quem isti homines, qui Inquisitoribus aduersantur, in eo habent, est nullius penitus autoritatis, & à Spiritu sancto non produsse convincitur, neque fuisse bonam verum, ritèque congregatum concilium, sed inter præterita reputandum.

Aduertant etiam, qui sic exponunt d. capit. quænam sit probatio, quam fecit secundum eos hæc, inquam: ita somni-

ne nocturnis visionibus homo extra se ipsum deducitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat: ergo & mulieribus illis iridem accidebat circa ea, quæ narrabantur ab eis facta, vel visa. Similiter ista probatio nulla est: Stultus & hebes est, qui ea quæ sunt in solo spiritu, etiam in corpore accidere arbitratur: ergo stulti sunt & hebetes, qui credunt verè & corporaliter mulieres illas fecisse, vel vidisse quæ narrabant. Nunc istæ probationes supponunt, mulieres illas somniasse tantum talia, quod tamen erat probandum? Si ergo d. c. talè habuit intellectum, quem isti ex eo accipiunt inefficacissimè processit. Si verò aliter interpretetur, ut saluari possit veritas & autoritas eius, nos infra efficerè conabimur, aduersarij non habebunt ex eo propositum suum, ut ibi etiam ostendetur. Sed nunc quædam alia adhuc prælibanda sunt.

Quod non est necessario standum dictis illius capituli Episcopi, si à synodali concilio emanauit, quin etiam si concilio generali prodijisset reclamandum est ad Pontificem, ut sua declaratione excludat sensus erroneos, quos aduersarij habent in eo.

CAP. XXIII.

Supposito autem quod à ritè congregato concilio capitulum hoc manuerit, adhuc secundo ducitur argumentum super illos fundatum non procedere propter duo. Primo quidè, quia nescitur adhuc an synodale fuerit tale concilium, vel certè generale, quod solum omnes astringit. Argumentum autem probabile, quod generale non fuerit tale concilium, hoc habetur, quod inter generalia concilia enumerata à Gratiano c. 15. vel 17. nullum Acquirèse inuenitur. Omnia autem concilia Gratianum sufficienter enumerasse, nullus debet aliquatenus dubitare, cum præsertim ea d. 15. promittat se velle assignare originem constitutionum Ecclesiasticarum, quæ ex sacris conciliis communitè ortæ sunt. Huius ergo etiam constitutionis atque mandati, si authenticum esset, originem præmisset inter generalia ritèque congregata concilia, hoc Acquirense conuen-

merando, aliàs non omnium conciliorum seriem putasset se sufficienter tradidisse. Non ergo generale fuit hoc concilium, vel certe nullius apud eum authoritatis, quia forte non rite congregatū. Cuius etiam rei signum est, quòd nullum ex antiquis meruit glossatorem, quia illud forte decretorum libro insertum non habebant. Si qui autem moderatorum, ut Io de Turrecremata, illud exposuerunt: non nisi quatuor esse de principali eius intentione dixerunt: ut sit veritas in eo contenta salvaretur, omni falsitate, quam præterdit, exclusa. Quanam sint autem quatuor illa principaliter intèra declarabitur inferius. Si autè dicatur, quòd plura alia in libro Decretorū inducuntur cōcilia generalia non prius enumerata. Respondetur primò, quòd adducere inconvenièntia nō est solvere quæstionē, secundò, quòd si illorū etiā ignoretur tempus & author, & irrationabilia, vel falsa contineant quæ manifestè abimus capitulum hoc continere, eis pariter non erit necessariò inhærendum: & si deferre quis eis voluerit, erunt piè interpretanda, sicut infra circa hoc etiam faciemus. Sed adhuc quispiam forte probabiliter inducere conabitur, quòd tale conciliū fuerit generale, & quòd præsentia vel authoritate summi Pontificis celebratum sit, cum Episcopis indifferèter præcipiat, quòd solus Papa potest (ut videtur) eo quòd solus sit eis superior ordinariè. Hoc est enim vnum ex iudiciis inductis à glossa in cap. vi circa in verbo, Perpetuo. de electione. libro. 6. ad discernendum generalia concilia à particularibus. Præcipitur etiam in ipso capitulo omnibus esse publicè annunciandum, quòd qui talia credit, & his similia, fidem perdit. Non est autem, nisi qui omnibus præsidet, præcipere, ut omnibus annuncietur mandatum, vel quæcunque determinatio fidei. Talis autem est solus Papa, vel etiam generale conciliū eius authoritate. Respondetur igitur, quòd si capitulum præciperet omnibus Episcopis absolutè, utique ex hoc concluderetur, quòd concilium generale fuisset, quando aliàs esset rite congregatum, eo quòd (ut inducitur) solus Papa omnibus Episcopis prælatus sit, & super omnes plenam habeat authoritatem. Non sic autem inuenitur in capitulo illo. Sed indefinitè dicit, Episcopi, in plurali. Et licet quandoque indefinita æquipolleat universaliter, non tamen semper, neque formaliter. Potest au-

tem Metropolitanus, siue Primas sit, aut Patriarcha, siue Conciliū quis etiam sit Archiepiscopus, cōgregare concilium provinciale, ad quod vocari Episcopi omnes illius provincie accedere tenentur, aliàs excommunicantur. d. 18. c. si Episcopus. c. si quis. c. Decernimus. Et potest concilium illis præcipere, quæcunque iudicaverit esse præcipienda, & tenetur servare ordinata in eo, d. 92. c. si quis Episcopus, primò, secundò, tertio. Similiter in c. Episcopi, omnibus esse annunciandum, & interpretari quis posset, quòd non absolutè de omnibus loquitur, sed tantum de omnibus subiectis. Vel quòd non præcipiè, sed quasi naturaliter hoc monet esse prædicandum omnibus, quasi dicat: omnibus annuncianda est ista doctrina, ut pote vera, & ad salutem omnium spectans. Hoc autem modo potest monere etiam qui Prælatus non est, & qui nullam habet iurisdictionem, sed tantum docendi officium. Vnde multò magis sic potest omnes monere particulare concilium. Sed non potest præcipere omne omnibus, sed tantum sibi subiectis. Discordare etiam à quocunque particulari concilio, quando erronea vel indiscreta præciperet, vel in his determinationibus in quibus vel ratio, vel Sanctorum doctorum aut clarissimorum Theologorū authoritas contradicit: aut certe in his, quæ secundum glossas & Doctores non sunt de principali intentione concilij, vel quæ non exponuntur, nisi secundum absurdum eius intellectum, ut in proposito accidit, circa præsentis quæstionis articulum, quantum ad expositionem aduersariorum d. c. non est erroneum aut temerarium, sed salubre, laude dignum ac, meritorium. Sicut enim declarantes sacras literas & malum in eis intellectum explodentes & consequenter eas elucidantes commendantur, eisq; vita æterna repromittitur, iuxta illud Ecclesiastici 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Sic etiam omnem veritatem explanando, cum non nisi à Spiritu sancto sit veritas secundum Ambro. & quamcunque falsitatem arguendo contrariam, dignus laude redditur author. Sanctorum etiam patrum doctrina in his præcipiè, quæ fidem tangunt vel bonos mores, non nisi secundum eorum principalem intentionem & sanum intellectum, expulsis, inquam, omnibus quæ possent falsam & erroneum sensum facere, accipienda est, & veneranda ipsa quoque particularia concilia de quibus

loquitur c. Ad abolendam. de hæret. vt tangitur in argumēto, non habent recognoscere vel iudicare de hæret. nisi quando factum est clarum: Si enim esset dubium, tunc quæstio debet remitti ad solum Papam, cuius solius auctoritate causæ fidei determinantur: d. 18. c. multis. 24. q. 1. c. Quotiens. & extra de Bapti. c. Maiores. & ita determinat gl. in d. c. Quotiens. & D. Abbas in d. c. Ad abolendam. Eorum autem, quæ inducuntur & reprobantur in d. c. Episcopi. aliqua quidē clarum est, esse hæreticalia. Purā quod aliquod numinis inueniatur præter vnum Deum: quod aliqui ducuntur seu portentur ad seruiendū alicui deorum vel deorum præter vnum verum Deum: quod talia demonstrans atque suadens, sit spiritus bonus quo Diabolus possit subitō & sine naturæ ministerio vel virtute, vnam creaturam in aliam speciem vel figuram transmutare. Quo ad alia verō quæ secundum verborum corticem videntur reprobari, videlicet, quod non possunt homines a Dæmonibus portari clarissimo tempore, per longa terrarum spacia, videre, facereq; corporaliter, quæ narrantur ab illis præter numinum veritatem, non est clarum, quod sint hæreticalia: imō potius oppositum clarum est apud sapientes: apud alios autem est vel creditum, vel dubium. Vnde si concilium tale particulare determinasset, talia esse hæreticalia, non esset ei ad hærendam: nec ab eo, rationabiliter deuiando fit quis hæreticus. Sed si sapientes de huiusmodi dubitarent, esset Papa consulendus, sicut in aliis fidei dubiis. Quod tamen modo fieri non est necessarium circa præsentis quæstionis articulum, quia cum Papa sæpius dederit in hoc fauorem & priuilegia patribus Inquisitoribus, vt supra inductum est, patet eum approbare, quod legitime procedant contra tales, quasi contra hæreticos. Quo stante, oportet vel alium sensum habere in e. illo, vel ab eo simpliciter deuiare. Non est etiam auctoritas vlla cap. illi acquisita, eo quod sit redactum in corpore iuris. Hoc enim non summi Pontificis, sed Gratiani tantum auctoritate vel voluntate factum est. Sine hoc enim si generale concilium fuisset, sicut & ipsæ decretales Epistolæ sedis Apostolicæ auctoritatem habent irrefragabilem d. 19. c. si Romanorum. Quod si etiam prædictum concilium fuerit generale, sicut videtur concedere S. Th. Spiritu act. 2. ad 1. vbi etiam exponit dicta illius & vocat

Privilegia sapientis concessa Inquisitoribus.

concilium Aquilegiense: non sic ei tenemur adherere, vt debeamus absurda & irrationabilia propter ipsum concedere, sed debemus pie exponere. Irrationabilis autem & absurda valde esset prohibitio illa: si esset de intentione eius prohibitio. dicere, quod qui credit aliquos portari, corporaliter ad ludum, sit hæreticos & infidelis, secundum quod in cap. illo damnantur etiam mulieribus illis credentes. Sic enim sequeretur quod credentes infinitis (vt ita dixerim) Inquisitorum processibus asserentibus, quod striges realiter & corporaliter ferantur ad ludum Diabolicum, inuoluantur errore paganorum, & quod sint credentes aliquid numinis extra Deum, & ista fieri à bono spiritu: & alia talia, quæ in illo capitulo hæreticalia asseruntur, quod est falsissimum, quia nullum horum creditur esse verum striges, vel alij, qui strigum sectam asserunt ad cursum fieri corporaliter. Non est ergo credendū d. c. hæc ipsa intendere. Nec obligaret concilium, si conuinceretur aliquid formaliter vel virtualiter contra sacras literas, quoad literalem sensum, quem haberent in eis communiter sancti Doctores, aliquid determinare. Sed esset contra tale concilium reclamandum ad summum Pontificem. Sicut rectè Hieronymus se opposuit concilio determinanti quod rapta non posset raptori coniungi, ostendens hoc sacris literis repugnare, Exo. 22. & Deut. 22: propter quod Concilium reuocauit sententiam, vt testatur gloss. in c. de libellis. d. 20. & elicitur. 36. q. 2. c. tria. c. si autem. & c. placuit. Vnde posset & in proposito contra concilium, etiam si generale fuisset ad Pontificem reclamari, vt illa declararet, & ad veritatem reduceret, quæ in dict. c. viderentur sacris literis repugnare.

¶ Vt patet ex 7. d. per totum, præsertim in cap. fin. Et si tu opponas de nota. per glo. & per Doct. in cap. cum dilectus. de elect. vbi dicitur, quod inferior Papa tenetur obedire conciliis, de quo etiam habetur per Fel. in cap. nonnulli. col. 4. de rescri. præsertim quando in fide de conciliis agitur, quo casu etiam Papa non potest contra eam disponere, secundum glo. in cap. in istis. 4. distinct.

& in cap. sicut. 1. 5. dist. cum similibus. vt Fel. tradit in cap. 1. col. 8. in prin. de constitutio. Responderi potest, quod illa procedunt in conciliis vniuersalibus congregatis à Papa, vel collegio Cardinalium, iuxta notata per bald. in tract. schisma. col. 1. 5. posito sub rubri. C. si quis aliquem tenta. prohib. Et per eundem Bald. in c. olim de rescript. & Dec. in c. significasti. de election. Secus videtur in conciliis particularibus, vel etiam generalibus ab his tamen congregatis, qui non habent potestatem congregandi generale concilium; vt patet ex not. per Fel. in dict. c. 1. col. 7. de constit. & tale videtur concilium, de quo habetur in dict. cap. Episcopi. Et ex his si diligenter consideraueris, tolluntur, quæ nota. gloss. in cap. vt circa in iure perpetuo, de elect. libr. 6. vitra quod concilium nõ obligat, quod non est moribus vrentium approbatum, iuxta no. per gl. in c. 1. de treug. & pac. vt etiam ibi Fel. tra. col. 4. vsque in fi. illius c.

2. Et ad corroboracionem prædictorum, vide que tra. lit. Fel. in cap. ne innitatis. de constit. quia hoc est altum pelagus, longiori indigens discussione.

Posto, quod Concilium Aquilonense fuerit generale, vitæque congregatum: Et suppositis etiam omnibus, quæ in eo dicuntur, non euadere striges manus Inquisitorum. Et de variis illarum modis atque generibus.

CAP. XXIII.

Verum etiam etiam ponatur, quod dubium esse probatum est, concilium, inquam, illud fuisse generale ritæque

ritæque congregatæ: adhuc tamẽ illud ex d. c. habetur, quod vt euitarent plurimi, contra Inquisitores dictum capitulum inducant. Id autem est, quod manus seu iudicium ipsorum Inquisitorum, tales maledictæ scelerata que personæ non euadunt, si dicantur hæ striges, sicut illæ iceleratæ mulieres (de quibus sermo est in dicto capitulo) à Diabolo in somnis vel in spiritu deludi, prout ex capitulo illo intendit quidam probare. Non solum autem per tale capitulum non euadunt, verum etiam per ipsum in manus relabuntur eorundem Inquisitorum. Per ipsum namque capitulum illæ sceleratæ mulieres deprehendantur, & iudicantur hæreticæ, infideles, & à fide apostatæ. Apostata quippe illarum notatur in primis verbis, cum dicitur, quod quædam sceleratæ mulieres retrò post Sathanam conuersæ, &c. Apostatate enim à fide, nihil aliud est, quam retrò conuerti à Deo post Sathanam, cui reuocatum fuerat in Baptismo, cum conversione ad dominum nostrum Iesum Christum. Et quod præfata verba non intendant de alia retrocessione, quam de ea, quæ est per infidelitatem, & sic importat apostasiam à fide, iuxta c. Non obseruetis. 26. q. 7. patet per verba paulò post inducta in eodem c. Vbi dicitur. Sed vitæ hæ solæ in sua perfidia perissent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam & innumera multitudo hac opinione decepta, hæc vera esse credunt, & credendo à recta fide deuiant, & errore Paganorum inuoluuntur. cum aliquid diuinitatis aut numinis extraneum Deum arbitrantur, &c. Hoc ipsam etiã, quod dictum est, per sequentia verba manifestatur: vbi dicitur de Sathana, quod talium personarum mentes per infidelitatem subigat, & paulò post, quod faciat talem infidelem opinari in corpore fieri, quod fit in animo solo. Et in fine dicit, quod qui talia credit fidem perdit, & infidelis est, paganòq; deterior. Cum ergo striges secundùm aduersarios à Dæmonibus similiter illudantur, sequitur, quod ab Inquisitoribus vt infidèles & apostatæ à fide inquirendæ sint: & iudicandæ. Omnis enim infidelitas & apostasia post baptismum, ad hæresim deducitur, seu sub hæresi continetur largo modo sumpta, de qua patres Inquisitores habent vniuersaliter iudicare. Magis autem conuinceret eos ratio ista, qui putarent sectam strigum eandem esse, vel in illa per om-

Apostatate à fide quid.

Omnis infidelitas & apostasia post baptismum ad hæresim deducitur.

nia comprehendī, de qua loquitur dictum cap. Episcopi Conuincit tamen, vt deduximus, & alios, qui eas tenent esse diuersas, & tamen arguunt, quod sicut illæ deluduntur, ita & istæ. Habent enim cōsequenter arguere, quod sicut illæ ante delusionem per infidelitatem & apostasiam à Diabolo captiuantur, ita & istæ, si volunt hanc etiam argumentationē suam validam esse, quod ideo striges non portētur realiter ad ludū, sed deludantur in somnis, quia illæ scelera, tæ mulieres deludebantur. Quæ tamē argumentatio valida non est, neque intendit capitulū affirmare, quod nō possint à Diabolo quæcunq; mulieres portari, sed potius q̄ illæ non verē portabantur ad seruiendum alicui Deæ, cum nulla talis Dea esse possit, sed deludebantur à Diabolo, qui potest modò notam, modò ignotam personam deludendo præferre & hoc multipliciter contingit. Et vno quidē modo potest illudere per præstigiū, quo immutatio, nō ex parte rei visæ fit, sed ex parte vidētis: eò q̄ à Diabolo perstringantur oculi vidētis, & ad eas deducuntur species rerū sic apparentiū ex imaginatione, vel compositæ ex illis, ita, vt videatur præsens in re. eo modo, quo sola imaginatione monstratur: & non eo modo, quo verē sub intuitu oculorum ponitur. Sicut dictum est suprā, de femina illa, quæ tēpore beati Macharij apud alios videbatur equa, cum tamen beatus Macharius eam verē intueretur, vt erat femina, eò, quod cum Diabolus per præstigiū, vt alios, deludere nō preualebat. Alio modo delusio contingit per apparitionem rei per Diabolum nouiter formatæ in alicuius similitudinem.

Causa delusionis non est ex parte vidētis, sed rei visæ.

Delusio potest contingere in interiori tantum imaginatione.

Quo casu licet videns deludatur, dum aliquam adesse personam putat quæ verē præsens nō est causa tamen delusionis non est ex parte vidētis, sed rei visæ, quo modo dicitur Diabolus in angelum lucis se posse transfigurare, quod & in vigilia potest contingere, formando corpus ex aëre condensato in similitudinem & figuram hominis, aut angelus prout etiā Angeli sancti patribus antiquis apparere, & cum eisdem quandoque habitare consueuerunt in humana figura. Tertio modo potest delusio contingere in interiori tantum imaginatione, cum persona vedit in rei similitudinem, quam offert imaginatio, quasi in rem ipsam. Et hoc contingit in somnis, & in variis alienationibus à sensibus causatis, vel per imitantes, sicut in phreneticis, vel per

ratu

raptum naturalem, vel opere Dæmonum: & semper in prædictis modis alienationum deceptio immiscetur. In rapto autem sancto, & à Deo ministerio Angelorum causato, nō deceptio inuenitur, sed eruditio, sicut constat de rapto Pauli, & aliorum Sanctorum. Sicut etiam in somnis quandoque homines à Deo erudiuntur, secundum illud Job. 33. Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina, & c. Et hos tres modos, quibus Diabolus potest hominibus deludens apparere, tangit virtualiter d. c. Episcopi. si non ineptum sensum habeat, & ex hoc argumentum patitur minoris auctoritatis. Nam videre deludique per præstigiū, & pariter per imaginationem in similitudinem vice rei tendere, comprehenditur in capitulo, vbi nonnulla quandoque videntur in Spiritu, decipi que ex hoc homines pronunciat. Videre autem formata per Dæmonis potentiam corpora phantastica, quasi vera, autoritas Apostoli manifestat. Et intendit capitulum, quod aliquo tali modo poterant illæ mulieres per insidias Diaboli dementari, vt putarent postmodum etiam solutis sensibus se ad Deæ seruitium deportatas, quàm delusionem vigilēs aduertissent, si sub captiuitate Diaboli mens non esset.

In rapto sancto non deceptio, sed eruditio inuenitur.

In somnis homines à Deo disciplinis instruantur.

Summaria explanatio capituli Episcopi inducī, quantum exigit propositum questionis huius. Et quomodo ea, quæ ibi narrantur, ab his differunt quæ strigibus dicuntur continere.

C A P. XXV.

VT autem melius cognosci possit, quæ sit dicti capituli, iuxta Catholicum, quem potest habere sensum, principalis intentio: & quomodo ritè intellectum, non facit argumentum, nec militat aduersus veritatem determinatam, liber ipsum breuibus explanare.

Sciendum igitur, quod dictum capitulum supponit vnam quod tam fide, quàm ratione naturali certò tenemus

vnu

Solum esse verum Deum, & nihil penitus esse numinis unum, inquam, solum esse verum Deum, & nihil penitus esse numinis, & esse numinis præter ipsum: cuius tamen contrarium putabant gentiles atque pagani, multitudinem Deorum introducentes atque colentes. Et quia mulieres, de quibus in dicto capitulo mentio fit: Dianam, vocam inquam, & ex Gentilium Dearum & Herodiadem, quasi in compatem Deam conuersam, quæ fuit pessima foeminarum, inueniri, ut Deas à se venerari eisdemque, quasi Deus obsequi seruiturque asserebant: & non solum ipsæ sic à recta fide deviabant, paganorum erroribus inuolutæ, verum etiam in eadem perditionem alios innumerabiles suis his assertionibus & persuasionibus attrahebant, opposuit se concilium animarum huic ruinæ, docens hæc omnia falsa esse: & quod nullatenus hæc assertionibus esset adhibenda fides: eo, quod non verè poterant ista cognoscere, cum falsa sit: & quod sola diabolica illusionem fiebat, ut eis talia viderentur vera, & quasi familiari experientia cognita. Quod etiam declinare intendens, qualiter inquam possit delusio ista contingere, duplicem præmittit causam delusionis. Primam quidem ex parte Diaboli deludentis, secundam verò ex parte delusorum. Inde modum aperit delusionis varium. Postremò circa quæ deluderentur ostendit. Probat ergo primò, personas istas scelestas à Diabolo deludi, quia hoc est facile Diabolo, cum transfigurer se in Angelum lucis, quasi sic arguat: Si facit quod maius est, transfigurando se in Angelum lucis, potest etiam facere quod minus est, transfigurando se in homines, aut in bestias, vel certè in formas personarum, quæ in Deos secundum gentilium opinionem conuersæ sint. Ex parte autem delusorum pro causa delusionis eorum assignat infidelitatem. Ex hoc enim iusta Dei permissione Diabolus huius delusionis contra eas exercendæ potestatem accepit, ut qui in sordibus est, sordescat adhuc. Ex hac autem assignata causa datur intelligi, quod infidelitate cessante, diabolica illa delusio consequenter cesset. Et sic ad fidem conuersæ, vel quomodolibet aliter à captivitate Diaboli liberatæ personæ illæ, cognoscerent se fuisse delusas sicut & phrenetici ad sanitatem postmodum deducti, cognoscent differentiam utriusque status & quod in statu phrenetis deluderentur, iam primò tunc advertunt. Modum autem delusionis prædictæ, insinuat dictum capitulum dicit, quod in somnis & spiritu

Persona scelestata à Diabolo delusa.

Infidelitate cessante, Diabolica illa delusio consequenter cessat.

hoc est, in imaginatione sola hæc videbant. Hoc enim in somnis cõmuniter accidit, eò, quod in tali statu imaginationis intectio & operatio minus præpediatur, & libera maneat, quando sensus corporei à suis operibus per ligationem somni quiescunt. Unde potest Diabolus homines facilius deludere, formando: si mandoque validius imagines, in quas homo feratur, ut in res ipsas. Tunc autem proculdubio illusio esse conuincitur, quando talia sic imaginata, vera esse non possunt. Et hoc illis mulieribus contingebat, quia ea, quæ affirmabant se oculis corporalibus videre, non sic esse poterant, ut illæ iudicabant. Non enim poterant oculis corporalibus videre Deam aliquam, quæ Diana vocatur, eò quod nulla talis in vniuerso reperitur. Sed neque Herodiadem pari ratione videre poterant: quia illa maledicta foemina, quantum ad corpus in puluerem resoluta est: quantum ad animam autem, in infernum demissa, pœnas luit acerrimas, nec inde virtute propria potest egredi, & minus corpus quod assumat & in quo appareat formare. Sunt enim animæ determinatæ naturaliter ad proprium corpus ut nihil valeant corporaliter mouere, vel operari, nisi per illud, quasi per proprium & cõnaturale instrumentum, ut docet S. Thom. 1. q. 117. art. 4. Et si quãdo supernaturali virtute cooperante, inferni locum animæ egrediantur ad cõspicuum hominibusque appareant, hoc rarò fit, & ad aliis finem à Deo ordinatur, seu etiam permittitur hic egressus vel apparitio, nõ ut illudat viuicibus, vel quasi eis intagant principari, vel ab eis quomodolibet venerari. Sic igitur dicere necessesse est, quod mulieribus illis talia viderentur in somnis tantummodo, vel in spiritu. Arguit autem dict. cap. quod sicut experimur in somnis multa nobis videri naturali virtute, quæ in veritate non sunt in seipsis, sed in sola imaginatione, multò magis possint ista videri cooperante superinducta virtute superioris, & validioris naturæ, scilicet Dæmonis, quæ præualeat etiam sic personas deludere, ut poterit postmodum etiam vigiles, quod delusæ non fuerint. Cum enim hoc possit causare naturalis passio languoris atque dementiæ, ut contingit phrenetis patientibus: poterit multò magis virtus superior, cuiusmodi diabolica est, sic homines dementare, donec illi subiecti sunt per peccatum, ut nec delusionem aduertant etiam in vigiliis.

hoc

Ordo Diabolice fraudis.

vigilia. Cum igitur potuisset Diabolus omnib. supra indutis modis mulieres illas deludere. tamen non nisi in somnis, & in spiritu, hoc est, imaginatione sola fuisse delusas, rationabiliter concluditur in d. capit. eo quod eas ad infidelitatem hanc trahere confirmauere, sola hæc visio satis faciebat: quin etiam ratione non erat necessarium Diabolo illas in vnum cogere, vt nunc striges facit, sibi que contingere illæ etiam existimabant. Hunc enim diabolica frans ordinem intetando seruat, Deo permittete, vt prius homines aggrediatur interiùs. Quod si iam illuminatis hominibus circa fidem vnus Dei, non præualeat: tunc exterius multipliciter deludendo tentat eueitere fundatam fidem. Præualebat autem Diabolus contra illas mulieres, & in errorem pluralitatis Deorum eas induxerat prædictâ delusione interiori. Vnde non oportebat, vt exterius se illis offerret. Patefacto post hæc omnibus, q. vnus est solus Deus clarisq. per Patrum vigilantiam manifestato, quod omnes Dij gentium sunt Dæmonia, non præualet iam Diabolus per internam suggestionem solam, ad illam infidelitatem homines trahere. Vnde explicato superbiæ suæ velo, iam nõ quaerit adorari in similitudinem Deorum, sed vt Diabolus, & malorum omnium Spirituum princeps. Horreret autem omnis Christianus, cognitum Diabolum adorare, & cum eo fœdus inire, baptismum, fidem, sacrâque contene- re, ac profanare, propter eius solam interiorem suggestionem. At si cum his, commoda reportare, voluptatibus frui, in quas multi sine freno feruntur intentissimo desiderio, & præcipue, quæ his communiter priuantur personæ vilissimæ, sperarent: si eisdem etiam promitteretur, quod vindicari, & in hostes suos retorquere possent iniurias, quas alio modo repellere non valent: facile plurimi traherentur in prædicta scelera perhorrenda. Quod nunc Diabolus noua ista nocendi arte procurat ministrans illis, qui in hoc vnum facinus maledictæ huius sectæ cõiurant voluntates varias prout ipsi natiã se expetiri, dum in vnum cõueniunt: & nocedi pro voto conferens facultatem. Ideo autem teorsum ducit nocturnis temporibus, vt sine timore peccatorum tantis sceleribus debeatũ, audeant illa committere quæ coram aliis in vigilia opposita ratione, quomodo habet, minus auderent. Nec obstat, quod cum difficultate

Malificas enim nocturnis ho-

occul

occulatur, quod corã multitudine copiosa fieri contingit. Non enim existimant accusationis periculum incurrere: quandoquidem iuramentis terribilibus omnes hæ personæ sub grauissimis pœnis alstrictæ sint, nulli factum detegere, nisi vbi quemquam seducere vellent. Quauis sapius in cõtrarium etiam vertatur sententia, eò quod sapius Domino permittente dicta scelera cum auctoribus deteguntur. Faciliùs etiam nefanda illa committũt, atque frequetiùs sociis pluribus, cum verbo, tum exemplo pessimo seducenti- bus, quàm si solæ domi manerent. Alio ergo modo conuincuntur deludi striges, quàm deluderentur mulieres illæ de quibus d. c. Episcopi. mentionem facit, vt inferiùs etiam magis explicabitur.

Circa qua principaliter credenda vel operanda deludentur illa persona, de quibus d. c. Episcopi loquitur.

CAPVT XXVI.

EXplicat vltorius d. c. Episcopi. ea circa quæ deludebantur à Diabolo mulieres illæ diabolice. Quæ principaliter duo sunt ex quibus opinatis ab eis conuincabantur hereticæ: postmodum circa quatuor, quæ principaliter intendit dict. cap. reprobare. Primò igitur in hoc deludebantur quod putabant se videre veram Dianam Deam, & veram Herodiadem, simul ac veram multitudinem personarum corporeis oculis: & tamen non videbant, nisi prædictorum similitudines, & phantasmata. Volens igitur ostendere d. cap. conditor. quomodo possibile sit vt taliter deluderentur, dicit, quod Satanas mentem, quam captiuatã tenet in somnis deludens, modò læta, modò tristia, modò notas, modò ignotas personas, per quæque deuia deducit. Hoc autem fuisse delusorium, supposita somnij passione, probat per ea, quæ similiter nos experimur in somnis, dicens: Qui enim in somnis & nocturnis visionibus, non extra se ipsum deducitur: & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat? Vnde infert, quod sicut esset stultus & hebes, qui ea, quæ contingunt in somnis videri, putaret etiam in corpore accidere: ita stultus conuincitur, & hebes.

Strigum delusio i. in visione personarũ phantasmatica.

habes, qui ea, quæ prædicto modo in solo spiritu sicut pure etiam in corpore verè contingere. Secundò deludebantur in hoc, & putabāt se portari corporaliter ad lōginquas partes & reportari, quæ tamen à domibus propriis non recedebant. Et hanc delusionem exprimit dictum cap. pie narrans illas sceleratas mulieres hoc ipsum profiteri: & subdit, quòd cum solus spiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo, sed in corpore euenire opinatur. Non tamen appellat hunc esse infidelem ex hac opinione, sed intendit, quòd is, qui infidelis est, propterea quæ prædixit, quia videlicet credit aliquid numinis esse extra vnum verum Deum: hoc etiam verum esse opinatur, vnde deluditur. Quòd autem sic eas deludi manifestet, exemplum visionis Ezechielis inducit, & Pauli raptus. Concludit autem finaliter d. capit. quòd qui credit, & his similia fidem perdit. Refert autem, quòd dicit raptus ad ea, quibus prædixerat mulieres illas ratione paganorū inuolui, vt aliquid numinis esse credant extra vnum verum Deum, & quæ huic infidelitati secundum talem narrationem illarum mulierum necessariò sunt connexa: & sunt quatuor, vt ex verbis capituli illius deducitur. D. Io. de Turrecrem. Cardinal. sacre Theologie, & vtriusque iuris doctor excellentissimus, ordin. Prædicatorum. Primum Hæreticum est, & Paganorum antiquus fuit error, tenere, quòd aliqua sit vera Dea, quæ vocetur Diana, vel Herodias. Secundum est, quòd aliqua persona portetur ad feruendum alicui tali Deo: imò, cum nulla talis Dea sit, nulla etiam persona ad feruendum illi portatur super veras bestias, vt putabāt illæ sceleratæ mulieres illuc in somnis. Tertium, quòd hæc delusio causaretur à spiritu bono, imò causabitur ab eo qui se transfigurat in angelum lucis, vt decipiat. Spiritus enim bonus non potest esse delusionis, aut cuiuspiam deceptionis auctor seu minister. Quartum est posse quempiam ab alio, quam à Deo solo conuerti in aliam speciem vel similitudinem in melius, puta in Deos: vel in deterius, puta in bestias. Imò primum est absolute impossibile, cum Deus sit ingenerabilis: & quemodolibet infactibilis: & secundum sola Dei virtute fieri potest: quòd tamen nunquam fecit aut faciet. Licet finita etiam virtus possit vnam naturam ex alia generate vel producere, virtutibus naturalibus re-

1
Error pagano-
rum de Dian-
na & Hero-
dias.

2
Deportatio
ad feruendū
tali Dea.

3
Delusio causa-
ta à bono spi-
ritu.

4
Poffe quem-
piam ab alio,
quam à solo
Deo in aliam
speciem con-
ueris.

conuol

concurrētibz & applicatis. Hoc autem quarto errore mulieres illæ pariter cum antiquis paganis tenebantur, putantibus non solum homines, sed etiam animalia quædam esse deificata. vt 12. Metaphy. refert Aristoteles: & hoc ibi S. Th. declarat, & putabant talibus deificatis animalibus maiorem inesse virtutem, quam in sit terrestribz: quod & opinatas esse mulieres illas conseri oportet, cum profiterentur se portari super bestias, per multa terrarum spacia in tēpestæ noctis silentio, quòd naturales non possent bestia, maximè tam breui tēporis decursu. Imò & homines in bestias conuerti, gentiles olim opinabatur, in lupos, inquam, vel aues, & alia talia animalia vt recitat Aug. 18. lib. de ciui. Dei, vt superius explicatum est, & hoc est, in deterius conuerti. Qua nunc etiam laborant hæresi, qui putant striges in catos verè cōuerti: indeque in humanam redire specie virtute diabolica. Sicut pagani talia, Deorum, puta Dei Licij, alterius virtute fieri putabant. Quia verò extremus hic error, quo putatur aliqua posse in melius, hoc est, in Deos, vel in deterius, hoc est, in bestias conuerti virtute Deorum claudit & Deorum pluralitatem, & debitum eis cultum. & quòd à bono spiritu fiat ista conuersio: idè solo hoc extremo reprobato errore prædicta omnia reprobata cōsequenter esse censentur. Et hac ratione huius solius reprobationem, quasi totius suæ intentionis conclusionem, d. c. inducit, dicens: Quisquis ergo credit, aliquam creaturam posse fieri, aut in melius, aut in deterius mutari, aut transformari in aliam specie, vel in aliā similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit & per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est, & pagano deterior, si prius. s. fuit Christianus. Et hoc non alia ratione, quam ea, quæ supra inducenda est in eo. Quia videlicet talis, aliquid numinis arbitrat, esse extra vnum verum Deum, in quod vel conuersi sint homines aut bestia, & à quo facta sit talis conuersio, & nō à vero Deo qui fecit omnia in principio. Cetera verò, quæ in eo, c. reprobantur, & opposita eorum, ex prædicta ratione, quæ sola inducitur, vt errorem conuincat, nullatenus deducitur nisi rationabiliter, & de facto, non autem de possibili, puta, quòd deludere tur in somnis, quòd non portarentur de loco ad locum corporaliter, vt putabant, & huiusmodi. Sic ergo credendum erit fuisse vera posito

Qui credit
creaturā pos-
se in aliam
speciem ab alio,
quam à suo creatore
mutari, infidelis est.

N a a

quod capitulo illi fides sit adhibenda. quod tamen possibile sit oppositum eorum accidere etiam virtute creata. Ex prædicta enim veritate, qua confitemur nihil numinis esse extra unum verum Deum, non sequitur necessario quod nullæ personæ possint portari à Diabolo de loco ad locum. Stat enim per possibile oppositum huius cum illa veritate. Sed neque necessario sequitur ex illa ratione, quod mulieres illæ deluderentur in somnis: vel etiam non possent, plurima eorum, quæ narrabant corporaliter videre. Si tamen ut putabatur eis numina, in figuris viderent apparentium femininarum. Poterant enim alio deludi modo, puta, per præstigium vel apparitionem ipsam in vigilia factam, non obstante ratione prædicta. Sed rationabiliter utique deducuntur ex ea, suppositis aliis, quæ tunc occurrebant, & considerato Diabolice tentationis ordine maligno, ut superius explanatum est. Cum igitur ratio legis contineat legislatoris intentionem, & ex ratione in dicto capitulo inducta, non deducantur esse fidei contraria, nisi prædicta quatuor, ut ostensum est: patet quod non nisi illa voluit intelligi, cum dixit, quod qui talia credit vel his similia, fidem perdit, &c. Strigum autem secta nullum prædictorum quatuor dogmatizat, neque hunc præcipue principalem errorem habet, quod homines conuertantur in Deos, & quod aliquid numinis sit, præter unum verum Deum, imò principem eis apparentem fatentur esse Dæmonem malum spiritum, & non Deum bonum. Licet enim cultum ei exhibeant Deo proprium, ut porcum verum Deum abnegantes, & illi Dæmoni homagium facientes de corpore simul & anima, non tamen putant in corde ipsum verum Deum esse: sed hæc omnia illi exhibent, ut eos in mala, quæ peroptant inde reportent, ut patet ex eorum confessionibus. Mulieres autem illæ profitebantur esse Deam, quam colebant, ut patet in d. c. Episcopi. Unde manifestum est, hæc duas sectas in principali esse diversas: cum præsertim illæ renunciant fidei & baptismo, sacræque profane, maleficia multa, damnaque plurima inferant hominibus in personis, in bestiis & fragibus, plurimæque fœdera pessima agunt cum Diabolo, quorum nullum mulieres illas legitur perpetrasse. Cum igitur in principalioribus factis & opinionibus illæ sectæ discordent, nulli sit mirum, si etiam in accidentibus hæc differant. Non potest igitur ex capitulo illo rectè inferri

Inter Strigum
dogmata non
est de conuer-
sione hominum
in Deos.

inferri, quod si illæ deludebantur, & non verè portabatur, &c. quod eodè modo deludantur istæ. Diabolice quippe malitiæ nõ satisfieret, & superbiæ, qua gestit ut Deus adorari, si delusorie licet hæc oratio & in somnis, vel etiam à vigilantibus, sed in Angelis. Non satisfieret odio, quo scilicet Christum insequitur & sancta si corpus eius, & sacra profanarentur tantum in somnis: sed in vigilia fieri hæc requirit, & corporaliter: Et in hoc omnes Doctores Theologi communiter consentiunt, & Domini Canonistæ, qui fauent patribus Inquisitoribus.

& L. cum pater. §. dulcissimis ff. de leg. 2. & l. cum mulier. ff. sol. mat. Ideo dicitur anima legis secundum Dy in c. certum est de re. iur. in 6. & late congerit Fel. in c. tua nos. col. 2. de iur. iur.

Argumentum secundum soluitur, in qua solutione quid de casu in legenda s. Germani actio, factis strigum simili, sentiendum sit, multipliciter aperitur.

CHAP. XXVIII.

Seculi argu-
me. i. solutio.

Secundum etiam argumentum pro parte falsa, & nostre determinationi contraria productum non procedit. Neque uniuersaliter semper falsa sunt duo illa, quæ dicuntur à strigibus referri. Non enim semper famescunt cibus reuer-
tantur de cursu: neque semper falsum est arcas panis, aut vini vegetes pleas ab eis euacuati: licet postmodum epe-
re Diaboli possint, & pane & vino alib. assumpto iterum repleri. Sed neque hoc omnes dicunt, quod semper è cursu re-
uerentes, se lassos inueniant aut nimium afflictos, inedia-
ve tabescentes: quamuis propter laborem in choriando & propter vertiginem, qua sæpe ob delationis suæ distantiam, & velocitatem aliquantulum afflicti redeant: cuius gratia o-
portet eos mane illo diutius lecto decumbere ut supra di-
ctum est. Sæpius etiam à Diabolo vapulant, dum non ad obsequium obsequuntur illi. Deludi tamen etiam per se tales
ut putent alimenta se vera somere, dum sumunt phantastica, non est negandum, ut supra etiam declaratum est. At casus inter illi
ex legenda sancti Germani quod inducitur, nõ obstat pro-
posito, sed potius fauet ex multiplici capite. Et primo qui-
sequuntur

S. Germani de in. quia ex hoc quod dicitur, hospitem illum serò cibos
historia de Strigibus ex- preparasse, eosdemque à multitudine venientium vicino-
ponitur. ium, (ut hospiti, suæque familix videbatur) voratos fuisse,
 non inferitur, quòd delusio esset ex parte alimentorum, quasi
 non essent vera alimenta, sicut nonnulli dicunt illud striges.
 Manifestum enim ibi erat, quòd vera cibaria consum-
 mebantur, & in domo hospitis illius deficiebant. Secundo,
 si personæ illæ veniebant, ut videtur, verèque comedebant
 atque bibebant, habetur propositum, si verò Dæmones erant,
 hospes ipse deludebatur cum tota familia ita ut vigilantes
 viderant, aut aliquando viderint Dæmones in humana for-
 ma, cum tamen putarent eos homines esse: non secus ac
 deluduntur secundum eos striges in simili visione. Sic
 igitur illud ex tali narratione cõceditur, sic etiam hoc quod
 strigibus pariter contingere, tam multiplici testimonio
 consumatur, non est negandum. Tertio, non magis ex il-
 la narratione probatur, quòd deceptio fuerit ex parte di-
 scumbentium, cõ quòd essent Dæmones, qui videbantur
 homines discumbere, quam circa eos, qui representaban-
 tur: homines, inquam, dormientes in domibus suis, ne ipsi
 forsitan & Dæmones essent in humana specie vel figura,
 nisi quatenus sanctitas & reuerentia S. Germani repugnare
 videretur tali delusioni (si tamen historia illa veritate subsi-
 stet) qui diuino spiritu illustratus, alios ex charitate à delu-
 sionibus Diabolicis liberare curabat. Quarto in eodem ex-
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968
 969
 970
 971
 972
 973
 974
 975
 976
 977
 978
 979
 980
 981
 982
 983
 984
 985
 986
 987
 988
 989
 990
 991
 992
 993
 994
 995
 996
 997
 998
 999
 1000

tra eos, quam contra somniantes deluxerent. Sextò dicitur,
 quòd suspecta est illa legenda, quæcum ad hunc casum, cõ
 quòd durum videatur, imò totaliter à communibus homi-
 num conceptibus alienum hospitem illum velle tot ciba-
 ria crebrò gratis præparare: & si vicini erant & cognati,
 non petere ab eis precium alimentorum. Dicere etiam pre-
 cium vicinos illos ei dare, vel dedisse si deludebantur, & la-
 turatos se non inuenirent, satis desensibile est. Et si dicatur,
 quòd Dæmones ipsi precium exolvebant vice illarum per-
 sonarum & species mirum esset si talia se facere somniantes
 personæ illæ, quòd non citò delusionem aduerterent, si sibi
 pecuniam non realiter deficiebant: Si verò talia nec signa-
 bant se facere, mirum non minus esset, si cum hospite & fa-
 milia de his sapius, sui illi vicini non fabularentur: & sic re-
 latione hospitis & familie audientes de se referri, quæ sci-
 rent sibi non cõtingisse, facile tam se quam hospitem illum,
 & alios omnes ab huiusmodi delusionibus non liberarent.
 Sed neque minus est credibile, quòd tot mulieribus præpa-
 rarent, quæcum tamen aduentum expectare nollent. Obstat
 enim factò huic voluptas, vel certe inane curiositas.
 Quicquid autem de hoc fuerit verum inquam, vel falsum,
 fufficit huic non repugnare, huic, quæ de sanguinis determi-
 nata fuit. Et sic patet ad secundam argumentum.

*Noli omnes dissoluantur, quibus tertium quartumque argu-
 mentum videatur inuolueri legentis.*

CAPVT XXIX.

A D tertiam argumentum dicendum, quòd cum omnia quæ
 dicuntur fieri à strigibus in curia non nisi opere Dia-
 boli, qui mediociorum omnium pater est, initium, progres-
 sum, & finem habeant, nulli mirum esse debet, si multa dic-
 untur ibi fieri, quæ falsa sunt & irrationabilia: & quæ duri-
 à miseris vera putarentur, timorè eis incurant. Et de his ar-
 gumetum hoc interdit. Non consingatur huic tamè à Dia-
 bolo in hominum perniciem sine causa. Nam primò iuxta
 factæ malæ voluntatis conditionem pessima, in principio
 assistentia suæ diabolicæ, gaudium affere conuenit, in fi-
 ne verò timorem atque tristitiam. Vult enim priuò per-
 inceptam. Insuper in factis obsecrationum homines aut habere: &

*Tertij argum.
 solutio.*

*Incepta Dæ-
 monum lati-
 tua ad quib.
 conficta.*

facilius damna inferat in fide deceptis. Nimirum igitur, si has miseris personas diuersis voluptatibus & oblectationibus sensualibus attrahit, obtinens propter hæc ab eis adorari, quatenus sua sic latietur pro parte superbia, facta etiam contra Christum multiplici vituperio, & in fine, timore percussos à se abiciat, & ad propria redire, seu reduci compellat. Alias nec illæ personæ facile diuertent, aut finem voluptatibus vellent imponere: & sic in languorem inciderent aut interitum, quæ nec Deus semper permittit. Quæ tamen Dei præseruatione Dæmon etiam malè vitur dum eisdem in similia læpè crimina trahit sine impedimento. Potest & secunda causa facti huius ex parte malitiæ Dæmonis assignari secundum mysticum sensum. Cum enim aqua Iordani figuram præferat sacramento Baptismi, propterea quod in ea fuit etiam dominus Iesus propter nos baptizatus: Diabolus velle aquam illam, ut præterdit in visu sua contingere vel violare potentia, signat ipsum suis omnibus admirari virtutibus, baptismum de terra tollere, fidemque sanctissimæ Trinitatis in eodem diuinitus infusam à fidelium cordibus penitus abolere. Quod quidem si facere præualeret: totius orbis princeps efficeretur, veluti fuerat ante Christi aduentum, de quo & ipse Saluator noster ait: Princeps mundi huius efficietur fortis. Principabatur enim in mundo, quando nec mundus Deum cognoscebat: neque sui etiam populus, in quâ Iudæus, ipsum recipiebat. Quia ergo nonne Diabolus, non præualeret id obtinere: mirum in modum præ superbia cruciatur: & turbatione iramoue grauissimam ex hoc tunc ostendit, quâdo in figura (ut diximus) id ipsum se velle obtinere coram illa multitudine covatur, nec præualet. Rogauit enim & obtinuit Dominus Iesus, ne cessaret aliquaodo fides Petri. Lucæ 22. Non contingit autem semper hæc fieri à domina cursus, aut vbiq; sed coram illa multitudine solum, quos deludens fingit se deducere in planiciem fluminis Iordani. Quod & nunquam verè contingere puto, propter loci distantiam. Multum enim temporis absumeret ipsa delatio, sicut & reductio. Velocitas enim motus, qui non noceat corporibus nostris, determinata est, & diuturno temporis etiam spacio mensuratur, si magna sit loci distantia, sicut est in proposito. Distat enim etiam per directum, flumen aliud à nostris his regionibus plusquam

Aquila Iordani
nis signa a sac.
baptif.

Dæmon prin-
ceps mundi
ante Christi
aduentum.

Velocitas mo-
tus nostri ad
quid determi-
nata.

quæ per duo millia milliaria, prout ipse clarè cognoui, qui deuotionis gratia sacra Hierosolymitana loca visere merui. Sicut autè Deus ex malo illo, quâdo cõingit, hoc bonum, quod personæ illæ miseræ possunt ex hoc cognoscere dominam illâ suam, cui se obligarunt, non solum non esse Deam vel Deum, imò esse Dæmonem pessimum. Sed & hoc etiam nec omnia potest circa infima: quâdoquidè nec illa videtur tunc posse, quæ ipsis etiam bestiis possibilis sunt, prout est tangere aqua fluminis. Et si ad ministerium referatur non habet illâ potentiam quâ haberet (ut aiunt) si aquâ illâ tangere præualeret: & cõsequenter non solum non est Dea, vel Deus, verum etiam sic est ignobilis creatura, sic est mala, ut illâ mala facere, impediri sine atq; à Deo necesse sit, & sic eius etiam superbie ac malæ voluntari resistere. Ut hoc cognito miseræ illæ personæ, nisi propria earum malitia oblatioq; obstat, facile iudicet non esse ab omnipotenti Deo recedendum, propter principè illū, qui Deo verè subiectus est, debet. que ex hoc etiam animus validius excitari ad illius pessimi sui principis contemptū, & redire ad creatore suū. Et hæc satis ad tertium argumentū. Ad quartum verò dicendum est, quod si ea, quæ in argumentō fieri narratur sic à Diabolo censetur expleri, ut idē numero corruptū reperet, mortuos ad vitam restituat, & alia huiusmodi faciat, quæ naturæ repugant: proculdubio heretici sunt, talè Dæmonis potentia opinantes. Quæ hæresi ut in pluribus inuoluuntur striges, hæc ipsa quæ inferuntur, vera esse credentes & prædicantes, postquam etiam de cursu in lo Diabolo redierint. At non sic veniunt ut putant: sed naturali potentia virtute Dæmonū, illuc ex diuersis locis similia cibaria deportantur, ut supra diffusè dictū est. Vel certè Dæmones illas deludentes personas, aërea corpora formant in variâ alimentorū similitudine eū similib. qualitatibus, quibus necdū visus, sed & tactus decipitur & gustus, sicut & aërea inidè corpora in humanorū similitudine formant & agunt quasi viuenticia, sicut veri illi homines, quorum species præferunt esse & opera vitæ propria hominibus exercere videantur, ut ambulare, loqui, ridere, & alia huiusmodi. Similiter bos vel aliud quoduis animal verè mortuum, quomodo delusorie videatur à Dæmone suscitari: & quorū modis naturali eius virtute possit hoc contingere, plenè superius in allegato capitulo explicatum est, ita ut reperere superfluum sit.

Quomodo
possint Striges
Dominam suam
nosse pro Dæ-
mone.

Quartū arg.
Solutio. Hæc
sunt Strigibus

In solutione quinti argumenti, nihil esse virtutis in unguento, quo se striges perungunt, aperitur, tamen si quandoque trahatur Diabolus ad strigum vota per illam unctiōem, quasi per signum: quandoque verò impediatur, & quomodo id contingat.

CAP. XXX.

Quinti argu-
menti solutio.

Diabolus
creatura spi-
ritualis.

Et Diabolus
hominem deci-
piat in operi-
bus.

Animal ut
cibus, sic Dia-
bolus signis
trahitur.

Nunc ad experientias, in quinto argumento inductas, quas negare nolumus accedentes ostendendum est, eas nostro proposito minimè repugnare. Supponitur autem primum id, quod in tertia ratione tertij principalis dictum est, quòd cum Diabolus sit creatura spiritualis, & consequenter ab omni obligatione corporea, tam in esse, quàm operari ex parte sua sit absoluta, non potest ad operis exercitium ab ullo corpore moueri: nec aliqua corporali virtute verborum, herbarum, aut lapidum ad aliquid operandum cogi, vel necessariò induci, prout determinat etiam sanctus Tho. 2. dist. 7. quæst. 2. artic. 2. ad tertium. sed pro libertate arbitrij circa corpora operatur, & illa eligit, quæ suæ valeant malitiæ deseruire, quibus cum utantur homines iuxta suum imperium, ipse Diabolus eis occurrit quandoque pro voto. Et hoc modo decipiuntur homines putantes in talibus corporibus vel etiam in verbis vim quandam insitam, qua trahant Dæmones atque cogant ad aliquid faciendum, vel etiam alicubi demorandum, quasi sint alligati, vel expellant eos de corpore, aut de loco prout exoptant. Et non sic est, sed voluntariè trahuntur his corporibus, vel verbis, vel cæremoniis quasi quibusdam signis initi pacti cum hominibus iudicans, quòd id facere prout tunc, sit suæ malitiæ conueniens & hoc appetens, appetitu non naturali vel animali, sed libero. Sicut enim animal trahitur cibus, ita Diabolus signis, dicit Augu. non quidem eiusdem generis tractu vel appetitu, sed quia ambo sine coactione. Hac enim ratione pro fumationibus, sacrificiis diuersisq; superstitionis operibus inclinatur Diabolus ad obsequendum talia facientibus, ex pacto malitiæ amicitia eū illis contractæ, tanquam signis subiectionis illorum, eiusq; super eos assecuti dominij, quo mirū in modū delectatur, vt superbix & inuidiæ suæ sic aequaliter satisfaciat. Hac igitur ratione contingit, vt cum se inungunt mulieres

vnguentis

vnguento quodam execrabili, quo in conficiendo multæ sceleritates cum opprobrio fidei & nominis Christi & cum abusione Sacramentorū cōmittuntur in nomine eius, assistat pro voto, cæque perferat ad diuersa loca: tamen si persona quæ sic dafertur, vnguentū illud perniciosū quandoque non fecerit, vel etiam pactum aliquod expressum in hoc cū diabolo non habuerit. Aduenit enim propter pacta iam inita cum priore aliquo compositorum vel iuuentore, in

ruinā vtentis, & vt opinionē inde causet, quod in vnguento illo, anulo, vel cristallo, vel aliis quibuscūque rebus, aut verbis sit virtus, quia ipsum trahant homines ad id exequendū propter quod se vngūt, vel quæcūque alia faciunt, sicque sæpè vanos quosque deludat. Vbi verò Diabolus cognouerit aliquid posse seruire salutem hominū magis perniciosum ex hoc, quod à tali effectu perficiendo cessat, votis frustratos dimittit, etiā posito quòd pacta inierit, sæpèq; seruauerit. Notandū secundò, quòd licet Diabolus à coactione corporea sit absolutus, liber sit in operando, vt dictū est, quandoq; tamen impeditur, ne quod optat, assequi possit, quòd contingit, ex virtute superiori Dei vel Angeli siue boni, siue mali. Et si quidē à Deo immediatè vel mediatè angelo bono id fiat, non nisi in salutē hominū ordinatur quòd euenit: Si verò à malo Angelo superiore, nihilominus Deo per suā prouidentia permittente fiat: non nisi ad malū exitum proximè deducitur quicquid inde prouenit, quātum est ex intentione Dæmonis, licet ex superabundanti pietate diuina, malum sæpè conuertatur in bonum: vel aliquod melius indirectè ac præter intentionem Dæmonis patiat, quātum sit bonum, quod per tale inde proueniens malū prius abatur. His duobus suppositis, ad primā experientia in contrarium adductam de eo quod contingit, Principi supra quàm de- cuit curioso dicitur, quòd id potuit, tam ex malitia Dæmonis, quàm ex diuina prohibitione contingere. Considerate nempe potuit Dæmon ex hoc corde tam principis illius, quàm nobilium, quibus id innotuit, esse faciliè firmandum in perpetuū, quòd talia nō verè contingant, sed fiat omnia fabulosa: ex quo sequi possit impunitas delictorum, quæ perpetrant striges grauissima. Sequitur etiam talium peccatorum multiplicatio personarum in vniuersis hominibus communi perniciem. Neque enim prævalent laquei-

Dæmon et si
liber sit ta-
men aliquan-
do impeditur.

Non

Principum nobilitate & magistratus favor aut inquisitionem sagaxum delatatur.

Comune malum, ceteris paribus gravius est quam spectat.

Strigum secta contra principum fidem ex veritate ad cursus delatatur. Flora cursus sonitus multitudinis iriudantium de nocte.

Nulla sunt Diaboli praesidia, ut dicitur ab inquisitoribus maleficis.

res hoc persequi, prout ex officio eis incumbit, si à principibus favore non obtineant & auxilium. Quod quidem subtrahunt illi, si talia putant esse delusoria, verèq; non contingere. imò sunt eis impedimento. Item nobiles & ceteri, talia non credentes, Inquisitorum honori detrudere nò desistunt quasi anicularum vel fatuorum inquisitioni solum intendant. Et sic tandem tædio victi, plurimumq; fatigati cessant Inquisitores ab officio suo: & peltis ista grassatur & invalescit: quod Diabolus exoptat. Id enim maius malum est, ac humano generi magis perniciosum, quam semel mulierem vitam ad laudem perducere, etiam si tunc omniam scelerum genera per eam fieri contigisset. Commune quippe malum (ceteris paribus) antecedit & gravius est, quàm quodlibet speciale. Ob hoc igitur Diabolus, qui nostram perditionem atque ruinam tam corporis, quam animæ, quoad potest, incendit, atque procurat, previdens principem illum & nobiles in falsam opinionem, si mulierem illam tunc nò portaret ad ludam, facile deducendos, q̄ strigum facta delusioni

Dæmonum inuitatur non veritati, prælegit tunc illam nequaquam ad cursum deferre. Potuit etiam id contingere, quia non erat tunc hora conveniens delationis ad cursum. Sicut enim ex strigum confessione cognovimus, antequam se iungant, audiunt nocte sonitum multiplicem præcursus dominæ illius cum multitudine tripudantium: & non nisi Flora cursus tunc se iungere consueverunt, ut illam delatæ per aëra se sonitus multitudinis iriudantium de nocte. pro voluntate dominæ cursus. Ex parte autè divinæ iustitiæ cuius Inquisitores ministri sunt, alia ratione iuste prohibuit Deus mulierem deferri, ut ipsam videlicet iustitiam extolleret: quia semper fit, ut sub ditione Inquisitoris deducatur maleficæ Diaboli præsidii non frangatur. Neque enim tempore illo, quo actuali iudicio subduntur Inquisitoris, alicui nocere prævaleret, aut de carceribus fugere, vel quolibet aliter auxilio Diabolo liberari, aut alio modo deferri. Indirectè etiam ex malo isto, bonum elicit Deus. Et quo ad nobiles illos quidem, sublata fuit ab eis tentatio, qua forte potuissent optate satagerèque ut hæc experiretur in corpore suo; quæ noxia curiositate cognoscere querebāt in alieno. Quò ad Inquisitorè verò illam merito ex sua illa indebita concessione opprobrium reportavit & confusionem tam apud religio

religiosos, ac Deum timentes, qui ex hoc optimè cognoverunt atque damnarunt, ab illo Dei timorem fuisse posthabiturum propter timorem hominum, quàm apud eundem principem cum nobilibus & aliis, quibus factum innotuit, ut ex hoc ab eis iudicaretur (licet malè ut diximus) non nisi contra fatuas mulieres officij sui vires extenderet. sicque factum est, ut tam persona, quàm officium Inquisitionis viluerit apud eos.

Diabolum quanto magis preferre quasi persona immobiliter dormientis imaginem, ne credatur personam illam verè, sed potius delusorie ac imaginaria visione tantummodo ad ludam esse delatam.

CAPVT XXXI.

Ad ea post hæc quæ inducuntur in argumento experientia quòd videlicet deprehensæ sint mulieres extrinsece immobiliter iacere, quæ tamen affirmabant se à cursu corporaliter esse delatas: respondetur primò, nò esse secundum aliquos inconveniens, quòd aliquando non corporaliter, sed in somnis tantummodo videant & facere se putent, quæ postmodum exstimant & referunt in vigilia se fecisse: sicq; à Diabolo deludantur. Et cum hac responsione communitur transeunt Semmistæ cū quibusdam Doctoribus. Et sic experientis inductis optime satisfaceret: & nihilominus statet, quòd multoties corporaliter deportentur, ut etiam per experientias varias pariter confirmatur. Mihi autem difficile admodum, & contra id quòd communiter experimus esse videtur, sic quædam in somnis alienari posse, ut postmodum in vigilia (si sanus corpore sit) non perpendat se somniasse, vel sic visiones vidisse, ut in corpore se alicubi non translatum verè putet: sicut per somnium aut imaginariam viderat visionem, prout etiam in corpore quæstionis determinatum est. Et licet legatur de puero quodam somniasse, quòd à magistro in alio cubili dormientia vocaretur: & q̄ statim evigilans concurreret ad cubile, magister dicens: ecce ego quia vocasti me: nihilominus ad informationem magistri dicentis, quòd somnauerat: sicut & ipsi magistro in somnis vocare se curæ peritum, eodem tempore videbatur, acquivit, & deceptionem: tantum.

Ad argum. de experientia responsio 1.

Corporaliter delata Striges.

Somniantes magister & discipulus loquuntur.

Somnia limpida.

dem plenè vigilans cognouit, quam magister prius agnouerat, vel certè Magister verà vocè vocationis emisit: sicut de facto compertum est, multos dum somniant loqui. Non est etiam negandū, somnia quædã sic esse limpida, ut ipsi somniant verè vigilare videatur: & ita possit per modicū etiam temporis in vigilia postmodum extimare, quòd

Striges afferunt se vigilantes deferri à Dæmone.

& tunc vigilauerit, quando profundissimè dormiebat. Sed tandem aduertunt omnes diuersitatem status vigilantis ac dormientis, ut supra deductum est in corpore quæstionis. Striges verò semper obstinate confirmant se vigilare dum ad cursum deferuntur à Dæmone. Et similiter dum faciunt, quæ in cursu referunt se fecisse. Et si quæ in somnis ite, & sola imaginatione videre quæ sunt in cursu, desiderant, id arte conlequi moliantur, ut supra declaratum est. Et tales personæ dum postmodū plenè vigilant, optimè cognoscunt quod non in vigilia, sed in somnis viderunt quæcūque facta sunt in cursu, etiā per alias personas, quæ corporaliter illuc translatae sunt. Iuxta prædicta igitur dicendum est, ad tres experientias primas post eā, ad quam primò responsum est, & ad omnes alias similes quæ deduci possent, quod Diabolus in forma mulieris iacet, veluti dormientis, ut decipiat sic homines, & opinionē hanc falsā in eis aggeret, quòd nō corporaliter striges deferantur ad cursum, & consequenter delicta grauiā maneat impunita, multipliceturque per hoc & roboretur apostatarum strigū secta. Sicut autē permittente Domino quandoque sic Diabolus decipit homines, sic etiā cooperante Domino fit per experientiam manifestum aliquando quod corporaliter striges deferantur ad cursum, ut ab illo errore per Dei misericordiam homines liberentur, ut supra c. 14. & idem multipliciter est ostensum, ut sic intrepidè suum officium Inquisitores perficiant, & principes vnicuique populis pro fidei defensione communique populi salute faueant illis, & opportuum præbeant auxilium. Propterea verò inducta experientia de his mulieribus, quæ post inunctionem illam statim cadunt, & profundissimè dormiunt. Sciendum est, quòd vnguentum illud spurcissimum, ex talibus materiis cum abusionibus sacramentorum fieri dicitur, quæ iudicio medicorū non habent naturaliter somnum inducere, & experientis aliis cōprobatū est; quòd de facto plures vnguento tali peruersi, nec delati sunt à Dæmone.

2. Diabolus in forma mulieris iacet quasi dormientis & cur sic.

3. Muliercula post inunctionem cadentes & profundissimè dormientes vnguentum spurcissimum cum abusionibus sacramentorum factū.

nec somno pressi, ut etiā ex prima experientia, quæ in hoc argumento in contrariū est adducta, potest fieri manifestū. Et nonnulli alij visis duabus vetulis clam se perürgentibus, quòd extra fenestrā domus statim delatae sunt, cum & ipsi se pluries permississent, ut pariter deferrentur: nihil eis profuit. Neque enim de loco illo recesserunt, sed neque dormierunt. Ex quibus omnibus manifestum redditur, quòd si qui somno capiuntur post execrabilem uisionem, non nisi Dæmonis malitia hoc liberè prouenire: ut quandoque videntes vel audientes talia, decipiantur per hoc existimant non verè de ferri quenquam ad ludum, etiam si taliter iungatur: sed omnes deludi putent. Sicut enim potest Diabolus proprio libertatis arbitrio tales deferre per aëra, ita potest in eis profundissimum somnū statim causare, vel in modico tempore. Nonit enim virtutes omnes naturales ad hoc conferentes, ut herbarum & partium animalium, potestque tale aliquid ad nuntium applicare, ut somnum inducant. Taliter autem dormientes non dicent postmodū in vigilia, se inisse aut delatos esse corporaliter ad cursum: sed quod somnauerunt, potius se passos aut perfectos: licet id quod somnauerunt factum sit vel euenit eo modo, quo eis visum est in somnis per eandem fieri: quòd tamē per Diabolum expletum creditur assumptam figuram ipsorum somniantium, vel eam, quam somniantes ipsi putabant se habere dum somnauerent. Sicut supra dictum est de illo præstantio ab Augusti inducto, quòd quidem factum magis fauet, quam obstat proposito nostro: cum expressè ibi dicatur quòd euigilans narrabat quasi somnio, quæ passus fuerat, se potius visum sibi fuerat, quòd passus fuisset. Unde dicit ibi Augusti, quòd illa onera, quæ fortè sic somnians videbatur portare, non ipse somnians portabat, aut phantasia eius: sed si vera fuerunt vel modo sunt corpora, portantur à Dæmonibus, ut deludant homines. Modus autem quem potius recitando, etiā afferendo ponit Augusti, quo modo talia somnians possit ibi esse, vel illa facere, ubi vel eam somniant esse vel facere, videlicet per phantasticum suum incorporatum, ineffabilis est, ut ipse Augusti etiam dicit & intendit, quòd est ineffabilis propter suam intelligibilitatem, & consequenter impossibilitatem. Omnia enim quæ circa corpora accidunt, à nobis intelligi & cerni possunt.

Nō omnes ut vetula peruersi deferuntur

Somnum peruersis non nisi Dæmonis malitia immittitur.

sunt. Qui verò affirmant se corporaliter esse delatos si praeuisti fuerant, quasi corpore dormientes seu iacentes immobili- les, putandum est potius, quòd Diabolus in eorum effigie ibi iacens appareat, quàm quòd veraciter illi vel corpora- liter, ibi dormiant aut sint. Sicut enim paulò supra dictum est, praestigiòsa delusione potest Diabolus astantes decipe- re, vt eis appareant he, quæ se iniuriant personæ, dormire: & tamen illæ de facto nõ sunt: sed per assumpta corpora ab- rea Diabolus earum præterdat speciem, & figuram: quod quidem non perinet ad præstigiũ, vt dicit S. Tho. 2. dist. 8. art. 2. Vel si non hoc modo quandoque id contingit, fieri poterit, si quod aliud quoduis corpus ibi existens appareat corpus strigis: quod tamen ibi nõ est. Et corpus propriè per- tinet ad præstigiũ, eo modo, quo etiam supra c. 7. declara- tum est. Sicut contingit etiam cuidam nobili nomine Sisi- nio, sicut legitur in historia S. Clementis: qui iubens seruis suis vt ligarent & traherent sanctum Clementem illi colli- nam ligauerunt atque traxerunt, putantes vna cum Sisinio se ligasse trahereque S. Clemẽtem. Quod quidem Angelica virtute, vt sanctus Antistes liberaretur, factũ creditur: licet talia Daemon etiam facere possit: cuius naturalis virtus an- gelicæ coæquatur, vt saepius dictum est. Quod autem affer- tur, medicos vnctionibus somnum inducere posse, non ne- gamus. Sed quod arte Medicorum fit, nõ nisi virtute natu- rali rerũ applicatarũ perficitur. Et omnib. accidit idẽ effe- ctus, quibus eque dispositis applicatur eadẽ causa. Ea quip- pe vnctione, qua medicus somnũ inducit vni infirmo indu- citur cunctis hominibus, qui peringerentur eadem, nisi forte per accidẽs aliqua cõtraria dispositio in aliqua reperire- tur quæ somnum fortè vel mitigaret vel prohiberet. Quod quidem raro contingeret. Hac autem execrabili strigũ vn- ctione, nullus assequitur quod iatendit, delationẽ, inquam, vel somnum, nisi opere Diaboli pro voluntate sua. Quo fit, vt nisi paucis, & non suis secleratis, vel aliquib. qui in pec- cato mortali sint, obsequatur ad vota in eorum perniciem. Vel si aliquando aliquis innocens similiter deferatur, per- missione diuina misericorditer factum creditur, vt ex facto tali arguatur, & possibilitas huius rei, & sic testibus cõpro- betur ipsius rei gestæ veritas. Et hac ratione credendum est Deum permissione quod factum legitur apud Vincentium

Quomodo Diabolus pos- sit astantes praestigiòsa delu- sione decipere.

S. Clementis historia de Sisinio.

Naturalis virtus Dæmoni Angelica coæquatur.

Vnctionibus somnus indu- citur.

Strigum vn- ctione nullus intentum asse- quitur nisi o- pere Diaboli.

historialem in speculo historiarum lib. 26. c. 43. ex Petri Da- miani antiqui Doctoris narratione scripto ielicta, de quo- dam puero monacho corporaliter nocte per aëra delato ad magnũ conuiuium & iusso vt comederet, ac peracto conuiuiũ, reportato: & per superiora immisso, clauso pistri- no. Idem confirmant multa talia, quæ refert Malteus Ma- leficarum, ad quem lectorem remitto. Ex prædictis omni- bus patet & propositum principale de veritate corporalis delationis, & omnium nodorum dissolutio, quos implica- bat quintum argumentum ex principio inductum.

Pueri cuiusdam monachi dela- ti in conui- uiũ historia.

Tacta per argumentum sextum, qualiter dicatur striges non posse Diabolo non subesse, qualiter etiam apparenter conuer- tantur in catos, & ab eadem liberentur delusione, clarissimè manifestantur.

C A P. XXXII.

Postremò satisfaciendum est his quæ in ultimo argu- mento inducta sunt. Et primò quidem, omnia illa quæ tanquam inconuenientia infesuntur, non impossibilia sunt sed potius supposito cursus illius Diaboli ritu, verisimilia sunt: & per consequens facillè credibilia. Nam vt à primò quod inducitur inchoemus, qui homagium semel Diabo- lo fecerit quod nõ possit postmodũ à proposito relinere, facillè credi potest, cum hoc in pœnam, Deo reprobante, pe- fliteris his hominibus iustè debeatur, qui cœlorum & or- bis terræ conditorẽ contẽpto, apostata Diabolo apostatante adherent, eiusque se subiiciunt perpetuæ seruituti. Non tamẽ ob hoc aufertur ab eis arbitrij libertas, neq; cõmune sibi deest auxiliũ Dei, quo omnes cõtinuè ad se trahit. Va- de si faceret miseræ illæ personæ quod in se est, vt Diaboli seruitutẽ euadere, procul dubio per Dei clementiã de ma- nu illius liberaretur. Sicut & de facto plures conuertuntur ad Deũ per illius misericordiã mouentẽ atque trahentem, & per Inquisitorum & seruatorum Dei solertiam & doctrinam. Cum his tamen vt plurimum corporaliter à Dæmonibus flagellantur, ac multipliciter affliguntur, antequam va- leant totaliter liberari, in tanti secleris aliquam punitione- que iustitiam exigente diuina iustitia. Et hanc intendant

Sexti argum. solutio.

Qui semel ho- magium Dia- bolo fecerit, non facillè po- test à proposi- to resistere.

Sagis quod in se est facienti- bus, Dei cle- mentia libera- tio à Dæmoni- bus aduenit.

Multipliciter affliguntur in corpore strig- es conuerti- entes.

impossibilitatem striges, dum dicunt se non posse resiliere à promissione illa: quia alias (inquiunt) crudelissimè vapularent à Dæmonibus vel soda libus. Quomodo autem in caros conuertantur striges, vel in hoc deludantur per prestigiū: quomodo ergo possint per cubicula currere, vel saltare catorum more, ingerereque sanguinem puerorum, & alia huiusmodi facere, quæ in argumento inducta sunt superius cap. 8. multipliciter est expressum. Per ea etiam quæ similiter facta leguntur in historiis authenticis, hæc apertissimè comprobantur. Legitur quippe in vitis Patrum Sanctorum de beato Machario, quòd quidam ad eum mulierem duxerunt, quæ tamen ab eis non mulier, sed equa videbatur, dicentes quòd cū mulier esset, cōuersa in equā fuerit, factò cōtra eā (vt putabāt) aliquo maleficio. Vnde sanctū virū rogabant, vt ille eam in mulierem Dei virtute conuerteret, quæ prius fuerat. Sancto autem viro non equa, sed sicut verè erat mulier, apparebat. Neque enim præualebat Dæmō sanctū virū deludere, sicut illos deludebat homines per prestigiū, quod amouit sanctus Macharius statim ab eis orationibus suis. Multa id genus in Maleficarū Malleo referuntur, vt præcipuè patet de illo iuvene mercatore, qui in insula Cypri factò maleficio contra eum per Magā, ab omnibus aliis videtur: quæ Maga tandè per Dei voluntatem super hoc deprehensa, fuit incinerata: & iuuenis soluto maleficio liberatus. Quod factum simile fuit illi, quod de seipso refert Apuleius in libro, quem ob hoc ipsum facinus referendum, edidit, & appellauit. De asino aureo. Narrasse enim se in asinum prout sibi & aliis apparebat, esse conuersum, & vnus Magæ ligatus maleficio, à quo post diuturnum temporis spacium solutus, in pristinam suam speciem rediisse videbatur, vt hoc aliis, quæ similiter contigisse dicuntur, & talia huic, veritatis præbeant argumentum. Neque tamen hæc in aliquo fauent his, quæ à diuo Augustino in 18. de Ciuitate Dei, cap. 17. damnantur & reprobantur verè facta

Caput 8.

S. Macharius auertit ab hominibus fascinationem.

Mulier in equā mutata.

Iuuenis mercator in Cypri pro maleficio pro asino visus.

Apuleius in asinum phæntasticè conuersus.

Socij Vlyssis à Circe in porcos mutati.

cap. 8. multipliciter est expressum. Per ea etiam quæ similiter facta leguntur in historiis authenticis, hæc apertissimè comprobantur. Legitur quippe in vitis Patrum Sanctorum de beato Machario, quòd quidam ad eum mulierem duxerunt, quæ tamen ab eis non mulier, sed equa videbatur, dicentes quòd cū mulier esset, cōuersa in equā fuerit, factò cōtra eā (vt putabāt) aliquo maleficio. Vnde sanctū virū rogabant, vt ille eam in mulierem Dei virtute conuerteret, quæ prius fuerat. Sancto autem viro non equa, sed sicut verè erat mulier, apparebat. Neque enim præualebat Dæmō sanctū virū deludere, sicut illos deludebat homines per prestigiū, quod amouit sanctus Macharius statim ab eis orationibus suis. Multa id genus in Maleficarū Malleo referuntur, vt præcipuè patet de illo iuvene mercatore, qui in insula Cypri factò maleficio contra eum per Magā, ab omnibus aliis videtur: quæ Maga tandè per Dei voluntatem super hoc deprehensa, fuit incinerata: & iuuenis soluto maleficio liberatus. Quod factum simile fuit illi, quod de seipso refert Apuleius in libro, quem ob hoc ipsum facinus referendum, edidit, & appellauit. De asino aureo. Narrasse enim se in asinum prout sibi & aliis apparebat, esse conuersum, & vnus Magæ ligatus maleficio, à quo post diuturnum temporis spacium solutus, in pristinam suam speciem rediisse videbatur, vt hoc aliis, quæ similiter contigisse dicuntur, & talia huic, veritatis præbeant argumentum. Neque tamen hæc in aliquo fauent his, quæ à diuo Augustino in 18. de Ciuitate Dei, cap. 17. damnantur & reprobantur verè facta fuisse per Magas, vt referebatur in libris gentilium. Sicut fuit quod legitur de Circe illa pessima Maga, quæ socios Vlyssis conuertit in bestias: de eo quoque, quod legitur Archades Deo suo Lyceo, tale sacrificium immolare consueuisse, ex quo quinque sumerent, in bestiarum formam illico conuertecetur, vt supra etiam relatum est. Hæc

enim

enim omnia sicut & alia supradicta magicis prestigiis potius siagebantur, quàm rei veritate completerentur, vt dicit etiam ibi Augustin. & recitantur à Gratiano, 26. q. 5. capit. Nec mirum. Quod etiam de sociis Diomedis refert Aug. in eodem lib. c. 16. à gentilibus affirmari conuersos in aues esse, iudificatione factum est Dæmonum, qui in auium formis apparuerunt, vel pro eisdem sociis aues occultæ ex aliis locis, vbi est hoc auium genus, ad ea loca per Dæmones sunt perductæ, vt idem August. in seq. ca. 18. eiusdem libri. Non est impossibile mulieres in caros & bestias quaslibet prestigio: è conuerti, seu talia animalia apparere, Dæmonum malitia concurrente.

De obligatione illa, qua Diabolo striges prouittunt occidere pueros: & quare Deus tot innocentium iniustiam (vt apparet) necem permittat.

CAPVT XXXII.

Quòd verò Diabolus exigar à strigibus, vt strigent omnino quanto tempore pueram vnum, siue puellam, id ipsamque pro voto illius perficiant: etsi fiebile sit, non tamen incredibile: tum ex parte Dæmonis, qui maximo odio persequitur nomē Christi, quod præcipuè reluctet in effectu in pueris baptizatis: vnde persequitur eos, ac si Christum persequeretur. Prohibet etiam quantum sibi possibile est baptismū: & hoc propter inuidiam, qua humanæ saluti semper insidiatur. Tū ex parte strigū, quæ carnib. eorū dē à se primò occisorū infastram, & postmodū exhumatorum delictis mis vesci consueuerūt: & ex eis dē pro parte ad cōsumptionē vsque decoctis in aqua, conuersisque in liquorē: vnguentū illud nefandissimū, de quo supra conuincunt, admixtus sacramentorum materiis in fidei opprobrium: quo valde Dæmones delectantur. Tū ex parte diuine iustitiæ, qua dignam est parentem scelera puniri vsque in tertiam & quartam generationē. Nonnulli enim non legitime filios generando, nonnulli genitis maledicēdo, malaque diuersimodè imprecando, Deum offendentes, ad iram prouocant, quæ feraciatia filios ministerio Dæmonum & strigum. Id ipsum quoque quandoque negligentia meretur eorundem parentum, dum paruulos suos signo crucis, orationibusque deuotis non muniūt manè ac serò: quatenus per hoc à Dæmonum insidiis liberentur, sed potius (vt dixi) per hanc suam

Socij Diomedis in auium formis apparuerunt.

Exigunt Diaboli à Strigibus vt prouocato strigent infantes.

Maximè baptizatos. Carnicium occisorum, & posthumatorum vesuntur.

Ex eis & materis sacramentorum cōficiunt vnguentum spurcissimum.

Quis scelera dira Striges perirent.

Vnde Sagis potestas in infantes. negligentiam illas incurrunt. Sed & potestatem hanc quandoque in pueros illos accipiunt maleficæ striges, quorum parentes pro eisdem vel pro aliis procurandis, Demones consuluerunt: & per Magas & incantatrices eis salutem corporalem obtinere procurauerunt, vt per quæ quis peccat, per hæc etiam iustissimè torqueatur. Quod autem affertur de calamita nullam habet impossibilitatem. Nō quidem quod in calamita illa, quātūcūq; diabolicis artibus Dæmoni consecrata, vel potius execrata, aliqua virtus inueniatur ad talem effectū: sed ex pacto habito cum Diabolo, statim accepta calamita desinit Diabolus earum phantasiā perturbare, qua perturbatione videbatur eis quod esset cati: hoc modo ad sensum proprium reduci dicuntur. Quod etiā argumentū affert vt apertè falsum, innumerabilem, inquam, talium puerorum interitum, si quæ referuntur de strigibus omnia vera essent, neque impossibile iudicandum est, nec ex toto falsum. Multitudinē quippe magnam puerorum hac peste mori, etsi non omnibus notum sit: in his tamen partibus, vbi fecundissima, nec minus crudelissima secta hæc inualefcit, sicut præcipuè reperitur in Cumana diocesi, & per omnes cōsines inter Italiā & Germaniam, manifesta docet experientia, ita vt turmatim populi cogantur Inquisitores accire, requirere ad p̄ptias terras ducere: vbi vicini vicinasque cognatas, fratres sorores, filij, matres, viri vxores, & cōuerso viros quocūq; naturali vel accidentali scedere cōiūctos, & alias omnes accusat, & tradunt in manus Inquisitorum, quas habet personas suspectas quod striges sint. Indies enim cōperiūt multitudinē puerorū occidit: ita vt nec his, q. de domo sunt parcant maledictæ illæ personæ. sed propriorum etiā filiorū natos, cæterosq; nepotes quinimō proprios filios (quod horrendū est etiā dictū) strigēt & interficiāt, sicut ex innumeris Inquisitorū processibus exploratissimum est. Illegitimorum etiam per hospitalia pars maxima mortuorū quidam à doctis strigibus curati.

Calamita an habeat impossibilitatem.

Quæ sit illius vr.

In quibus Italia & Germania partibus frequentiores striges sint. Et turmatim pueros occidunt, & strigent peste diuissima.


Strigitorum pueroꝝ quidam à doctis strigibus curati.

impetrato parentum aut seruorum Dei orationibus & votis. Qui enim in huiusmodi maleficis, & in aliis curandis obseruarent ea, quæ docet c. Si per sortiaras. 23. q. 1. facile per Dei misericordiam curarentur. Quod verò in argumento dicitur, nolle striges curari pueros quos insciunt verum est quidem, sed ei non est contrarium quod paulò antè dictum est, quædam, inquam, striges curare pueros, &c. Licet enim quæ vastant pueros, nollent à se strigatos curari simpliciter: sæpè tamen timore maioris mali, dum s. suspicio de eis oritur quod strigauerint aliquem: vel etiam spe maioris boni, dum s. sperant curationis præmiū, vel alicuius magnæ personæ amicitiam & benevolentiam, curant quandoque quos ipsæmet vastauerant, & quoscūque alios, prout faciebat illa formosissima strix, quæ superiorib. diebus Ferratiæ combusta est: Facilius autem si requirantur, eos curat qui non à se, sed ab aliis strigibus infecti sunt. Et in his Diabolus libenter cooperatur: quia per hoc plurimos deducit ad inferos. Omnes enim qui per strigum artes, & incantationes superstitionesque noxias, puerorum curam requirunt: vel ad hoc auxilio consiliove cooperantur, mortaliter peccant. Et sic Diabolus maledictarum harum personarū ministerio, omni ex parte Christianorum salutem tam corporalem quàm spiritualement, plurimum inualefcit. Deum autem Opt. Max. innocentium mortem permittere is cognoscit non esse iniustum, qui attendit, ea omnia grauissima scelera, quæ supra dicta sunt, eius iram vindictamque grauitè provocare contra eos, qui etiam proprio non sunt obnoxij reatu, sed vel primorum, vel proximorum parentum peccatorum pœnas non iniuste luunt, vt superius c. 10. extitit declaratum. Qui etiā cōsiderat Deum mala maxima, damnâq; spiritualia permisisse grauissima, vt præ cæteris fuerunt Angelorum & primi hominis casus, ne libero cuiquam arbitrio violentiam videretur inferre, non mirabitur, si mortem permittit innocentium de se puerorum, ne videlicet strigum & Dæmonum malitiam quasi violentè prohibeat: & præcipuè cum id ipsum ex alia parte iustitia illius deprecatur, qui est Deus benedictus in secula seculorū. Amen.

Nolunt striges infectos à se pueros curari.
Cur aliquando procurant licet contra voluntatem strigatum amoveri.
Quisquis per strigum artes vel ad hoc auxilio consiliove cooperatur, mortaliter peccat.
Quisquis per strigum artes, & incantationes superstitionesque noxias, puerorum curam requirunt: vel ad hoc auxilio consiliove cooperantur, mortaliter peccant.
Et sic Diabolus maledictarum harum personarū ministerio, omni ex parte Christianorum salutem tam corporalem quàm spiritualement, plurimum inualefcit.
Deum autem Opt. Max. innocentium mortem permittere is cognoscit non esse iniustum, qui attendit, ea omnia grauissima scelera, quæ supra dicta sunt, eius iram vindictamque grauitè provocare contra eos, qui etiam proprio non sunt obnoxij reatu, sed vel primorum, vel proximorum parentum peccatorum pœnas non iniuste luunt, vt superius c. 10. extitit declaratum.
Qui etiā cōsiderat Deum mala maxima, damnâq; spiritualia permisisse grauissima, vt præ cæteris fuerunt Angelorum & primi hominis casus, ne libero cuiquam arbitrio violentiam videretur inferre, non mirabitur, si mortem permittit innocentium de se puerorum, ne videlicet strigum & Dæmonum malitiam quasi violentè prohibeat: & præcipuè cum id ipsum ex alia parte iustitia illius deprecatur, qui est Deus benedictus in secula seculorū. Amen.

Finis quæstionis de strigibus edita à Fratre Bartholomæo de Spina, Pisano, ordinis Predicatorum, vita regularis.

Edita anno Domini 1522.



R. P. F. BART. SPIN.

IN PONZINIBIVM

DE LAMIIS, APO-
logia prima.

PROOEMIUM.

COMPLETO tractatu, quo nititur Aduersarius probare, quod ad decisionem quæstionũ Theologialium possunt leges induci, tanquam sumpta ex propria præsumptione licetia, aggreditur immediate se Theologis in Theologali quæstione de Lamis opponere, atque conatur per rationes fultas authoritatibus Iuris, cunctis persuadere, non esse credendum tales personas ad vulgatum ludum, conuentumque diabolicum corporaliter ferri. Sed eas omnes potius diabolicis artibus deludi, vt credant se vigiles peragere, quæ tantum (vt ipse putat) in tuentur in somnis. Soluit etiam post hæc rationes inductas ad probandũ, quod realiter illuc deportentur à Diabolo, vel etiam per se corporaliter accedant. Et cum de hac materia plenius pro modulo meo in præmissis differuerim opere De strigibus intitulo, nõ superest mihi, nisi primò rationes eius, quas in oppositum inducit in hoc suo tractatu recitatas, soluere. Secundò, quas inducit bonas rationes pro nostra vera conclusione, à suis impugnationibus defendere, ostendendo solutiones suas nullius esse roboris vel virtutis. Tertio verò, quædam suas conclusiones deductas ex præcedentibus reprobate. Proponit igitur primò rationes septem ad probandum, quod prædicta non verè fiant, vt præfertur, sed sint merè Diabolicæ illusiones. Quarum prima talis est.

Ratio

Ratio prima pariter & secunda ex his sumpta, quod dicta de strigibus nec probantur, nec fauent animabus.

CAP. I.

Facta non præsupponuntur, nisi reprobentur. I. in bello. §. Capti. ff. de cap. & postlim. reuer. &c. Sed ista quæ referuntur non constant neque probantur, vt infra dicam ergo, &c. *Solutio.* Imò probatur omni modo probationis, tam inquam, per sacras, quàm per Ethnicas literas: tam per scientiam reuelatam, quàm per naturalem: tam per leges & Canones quàm per principia Philosophie, & per experientias, vt in præmissis opere nostro manifestum est. Et ad dicta tua infra ponenda, infra etiam respondebimus.

In dubiis debet amplecti pars fauens animabus, etiam si sit durior. gl. in c. Iuxta. de spõsa. Sed negare talia esse verò, magis fauet animabus, quàm affirmare, ne fortè incurrant homines mala desideria velle huiusmodi experiri, &c. *Solutio.* Imò affirmatiua prædicata cum debita execratione facti fauet animabus, vt compertis per hæc insidii Diaboli, facilius illas euitent, cognitioque quanto maligni spiritus fidem Christi persequantur odio, fortius in ea confirmantur fideles: quia Diabolus non nisi veritatem & bonitatem persequitur. Fauet iterum fidei: quia ex ista cognitione curantur hi, qui labe ista infecti sunt, per directos Inquisitores, nisi curam renuant suscipere, vt obstinati, qui deprehensi, quod sint vel iure præsumantur inimici si dei, damnantur, debitaque animaduersione puniuntur, ne alios inficiant, impenitentes, inquam, atque relapsi. Præseruatur etiam cõmunitas à malis multis, quæ solent ab hoc pestifero hominum genere causari Dæmonum auxilio, siue in corpora, & maxime puerorum, siue in fruges, & in alia temporalia bona. Quod autem ex veritatis huius affirmatione sequatur periculum mali desiderij, est per accidens, & vt in paucioribus. Non est autem omittenda veritas propter ea mala, quæ rarò & per accidens ex ea prædicata contingunt. Alioquin non esset prædicandum, quod secundũ regulã diuinæ prouidentie per Hieremiã Prophetam populis enuntiata Hier. 12. mali prosperantur in hac vita, boni verò semper sunt in angustiis: quãdoquidem posset per accidens

000 ;

contingere quæpiã ob desiderium adipiscendæ prosperitatis, & fugiendæ paupertatis, aut cuiusvis angustia, velle fieri malum & impium. Nunquam autem talia vera affirmantur, quin etiam simul prædicentur & mala, quæ malis hominibus imminēt ex malè actis: & bona, quæ piis ac iustis ob patientiam & innocentiam repromittuntur. Vnde Hier. etiam vbi supra paulò post subiungit de pœnis impiorum, dicens: Congrega eos sicut oves ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis. Usquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiam inhabitantium in ea? Et infra in eodem c. dicit Dominus per Prophetam contra malos: Ecce ego euellam eos de terra sua, &c. Sic igitur ad propositum redeundo, cognita malitia Dæmonum, nec non multis delusionibus quæ interueniunt, factorum quoq; sine præ oculis habito, visa etiam iustitiæ seuerissima, quæ contra tales fieri consuevit, à malis auerentur etiam hi qui fuissent maximè inclinati. Nisi autem hæc detegerentur & punirentur acerrimè, inualesceret secta ista maledicta mirum in modum. Et huic lubrico præbent oleum qui conantur probare, q̄ hæc vera non sint, & ob hoc se Inquisitoribus opponunt. Sed si Inquisitores intrepidè fecerint officium suum, tales etiam, qui sic indirectè fautores hæreticorum sunt ita respicere facient, quòd de cætero propriis studiis erunt contenti.

*Ratio tertia procedens ex narraturum minori
verisimilitudine reprobatur.*

CAPVT II.

Talia non sunt verisimilia, ergo sunt reputanda falsa, quia secundum Auer. experimenta verorum sermonum debent concordare cum rebus sensatis. Nec creditur restibus non verisimilia deponentibus, imò de falsitate suspecti sunt, vt no. in c. quia verisimile non est de præsumpt. Solutio. Imò sunt maximè verisimilia quòd ad intellectum, & quò ad sensum, vt oppositum non nisi ab ignorantibus & à proteruis asseuerari possit. Cognito enim per intellectum quanta sit potentia Dæmonū, & quanta malitia, quàm sauu sit eorum odium contra Christum, atque Christianos, quòd infinita sit etiam iustitia Dei & sapientia, quàm multa magnaq; in mundo permittat euenire, vt inde plura maioraq; bona per suam prouidentiam eliciat: cognoscer omnis homo

homo per intellectum, quòd ista non solùm sunt factibilia verùm etiam si affirmètur ab his qui se talia expertos affirmant, sunt valde verisimilia. Quòd autem non contingant hæc in natura, neque per opera hominum sola, nec etiã his similia quò ad omnia, nullam tollit verisimilitudinem veritatis, imò adauget, vt sicut Diabolus tā natura, quàm arte longè superior est atque potentior homine: ita opera quæ eius transcendant naturalem hominum facultatem. Et velle metiri quæ hominibus contingere possunt, ad ipsorum hominum virtutis naturalis, vel naturalium agentium solam mensuram, stolidi profectò hominis est, & superiorum causarum eminentiam, & nihilominus earundem colligationem contingentem cum inferioribus, ignorare. Et si argumentum hoc quicquam verisimilitudinis haberet, ita ea, quæ narrantur per Christum & sanctos facta miracula, falsitatis accusaret. Talia sunt auxilia, hi fauores, quos ignorantes asserunt sanctæ fidei Christi, dum se officialibus fidei opponunt cum suis hisce derisibilibus argutiunculis atque fabellis. Commentator autem Auer. loquitur de demonstrationibus naturalium, quæ videlicet apud intellectum non habent similitatem, nisi concordent cum rebus sensatis, & ad eas fiat vltima resolutio, non autem loquitur de his, quæ supra cursum naturæ possunt accurere. Is etiã qui vt pote fidelis, ignorabat ea, quæ nos per fidem cognoscimus circa Dæmonum essentiam, potentiam, atque malitiam nò potuit de talibus effectibus plenam habere notitiam, vnde non erat in proposito contra veritatem inducendus. Et nihilominus satis etiam prædicta concordat cum rebus sensatis, putà, quòd quando plures vigilantes asserunt cõcorditer hoc vel hoc se fecisse aut q̄ audierint vel per se viderint, ab aliis facta fuisse in cursu, nullus sapiens diceret hæc facta fuisse in somnis vel illusionibus, nisi recurratur ad speciale potentiam Dæmonis operantis supra communem modum in phantasia, q̄ ex parte rei, quòd maius est, & minus concordat cum rebus sensatis, quàm deferri hominem à Dæmone corporaliter. Vnde si hoc non est verisimile, minus illud, Nec haberet Dæmon plenè quòd optat, casum in quã hominum quantum potest grauissimum per peccatum: si tantum delusorie ista mala perpetrarentur, cum nemo per se possit in somnis incutere peccatum, sed solùm per ac-

Sicut Diabolus longè superior est homini tantum natura, quàm arte: sic opera eius transcendunt naturalem hominum facultatem.

Nemo potest in somnis incutere peccatum.

*sed solum per
accidens.*

cidens. Hoc autem non est verisimile aptud vere fideles, nisi naturali lumine mentis priuati sint, non attendentes malitiam & odium Dæmonis grauissimum in homines delinquere. Euenus etiam apertissimi non verisimilitudinem tantum, sed horum certitudinem præferunt, puta, cum se homines à Dæmone deportatos inueniunt longius modico tēporis spacio à loco distare, vbi prius resederant: quod non potest, nisi virtus, quæ superior est hominis virtute. Huius autem rei innumera referuntur etiam de facto proprio testimonio. Sed & modò per Patrem Inquisitorè Brixien. perpetuo carceri damnatus quidam exstat, qui fatetur cum prius ob desperationem se, quoad vtrumque hominem Diabolo dedicasset (hoc enim primò experunt Dæmones ab infelicitibus hisce personis) deportatum se longius à loco fuisse per plures dietas: ubique per tempus solatus carnalibus cum multitudine magna virorum ac mulierum sociata, necessarium sibi fuisse postmodum, multis diebus iter agere, vt ad locum suum reuenterentur. Neque enim illis adsunt Dæmones semper ad vota, maximè in principio Apostasie. Non est hic homo fatuus aut idiota, vt non sit ei fides in hoc adhibenda: quod ex nomine & gradu facile comprobarem, si in aliorum quoque cōfessionem eius pro palatio specialior non cederet. Et tamen benè nunc dispositus circa fidem. Sed & alius quidam infelix de secta Strigum, qui superiori nunc brachio seculari traditus, ignique consumptus est Bononiæ, inter alia falsus est in processu, quòd semel dum ad cursum deferretur cum socru sua, conuigit ipsam inter eundem, Iesu sanctissimum inuocare nomen, timore percussus: & statim in medio luto se depositum inuenit in loco à ciuitate distante per tres dietas: in qua tamen ciuitate fuerat ante horam. Innumerabiles horum attestaciones in processibus Inquisitorum habentur. Sic igitur ex his liquidò constat omni ex parte recte præmissam Aduersarij argumentam.

Ratio quarta sumpta ex hoc, quod ea, quæ narrantur de strigibus dicuntur opere Diaboli perpetrari, soluitur.

CA P. III.

4. Ratio.

Quæ sunt arte Magica, vel Necromantica, vrl Hydromantica, seu alia quacunque arte Diabolica, dicuntur
Pha

Phantastica, & non vera, 26. q. 5. ca. Nec mirum, Et multò magis cum ista contingant in personis quæ faciliter decipi possunt, prout sunt mulieres ac rustici vniuersæ personæ. Itè in personis corruptis circa fidem & bonos mores, & appetentes non appetenda: sicut sunt etiam vrentes illis artibus. Iura autem loquentia de aliquibus personis, habent etiam locum in nō expressis, in quibus militat eadē ratio, vt habetur per Pan. in c. Nihil. de elect. ergo, &c. Solutio. Vtique quæ in illo capitulo recitantur, & quæ simili modo cōtingunt, phantastica sunt: & multa similiter contingunt in hac secta, vt dictum est in opere nostro de strigibus. Non sic tamen delatio corporalis, cū etiā Necromantici hanc voluntariè à Dæmonibus patiantur. eamque per eosdem procurent in aliis fieri, vt præcipuè patet in legenda B. Iacobi Apostoli, & per ea, quæ specialiter referuntur tempore Petri de Abano & Cecchi Exculani scelestissimorum Necromanticorum facta non longè ante tēpora nostra. Sed neque semper effectus illarum artium phantasticè contingunt, vt optimè texantur maleficia, causatæ infirmitates vt plurimum incurabiles: locutiones apparentiū Dæmonū, inuentiones persæpè furcorū, iuxta ea, quæ per Hydromantiā cognita sunt & alia huiusmodi plurima. Verè enim & realiter ista contingunt, & non phantasticè, tametsi deceptiones fabricet deceptor in multis, vt explicatū est in prædicto opere. Et quòd aggrediatur Diabolus magis simplices & rusticos & mulieres, ex illius malitia procedit, vt per eos faciliè deceptos atque lucratos ob ignorantia facilius inde trahat astutos. Neque enim tam faciliè Diabolo crederent isti vel acquiescerent, nisi primò perdisserent ab his, qui talia experiuntur, quòd multis delitiis fruuntur ad vota. Sed, proh dolor! his temporibus viri, qui vulgò reputantur alioquin prudentes insanire circa talia reperiuntur, ciues, inquam, & nobiles diuersi generis, quod posset ostendi si opus esset per processum Inquisitorum: imò, quod pessimum est, nonnulli etiam qui ordine sacro sunt religiosi, tã seculares, quàm etiā (licet solo nomine & habitu) regulares. Et quòd sic inualescat illa labe, potissima causa est quorundam iuris doctorum persecutio, quibus principes, Theologiæ expertes, faciliè credunt quasi sapientibus, licet in huiusmodi satis rudes existant, vt pote Dei prouidentia, Dæmonum potestatem atque

Solutio.

malitiā, & pleraque alia Theologia, ad quæ præfens articulus reducitur, ignorant, & implent allegationum legum copia folia, quæ & in pluribus non faciunt ad propositum, eò quod puros actus humanos habent regulare leges humanæ; non autem Diabolicis colligatos possunt bene cognoscere; sed solum præsupposita cognitione superioris scientiæ, sacraz, inquam, Theologiæ, possunt pœnas talibus determinare conuenientes. Allegant & Doctores iuris simili nescientia laborantes, eò quod talium notitia, ad eorum professionem non spectet. Quod etiam hi, qui sunt de hac secta sint corrupti circa fidem & bonos mores, & appetentes non appetenda, sicut sunt Necromantici, verum est. Et propterea merito debent sub iudicio patrum Inquisitorum debitas luere pœnas & qui præstāt impedimentū, sunt fautores hæreticorum. Nō tamen sequitur, quod si Necromanticis accidunt delusiones & deceptiones, accidant & istis eodem modo vel vniuersaliter. Non enim similia appetunt, nec similiter sunt corrupti, vnde nec similiter decipiuntur. Nō enim illi ut isti tam expressè fidem negant atque baptismum &c. illi cōmuniter laborant thesauros inuenire, vel ad vota fœminas inclinare: nisi non nisi ut voluptatibus licentius & abundantius perfruantur, talia sceleta committere non verentur. Et hæc vna causarum est, quod viles personæ multiplicantur in hac secta magis quam nobiles, & fœminæ priuatae virorum per mundū peregrinantium & mercatorum solatio, magis quam aliar. Magis enim hoc istæ modo voluptates inquirunt, quibus abundè priuantur, qui talibus abundant domi. Nō negamus autem & hos pariter in multis decipi, ut aliàs dictum est. Non tamen propter hoc debet eorum testimonium in iudicio repelli. Neque enim propter prædictas cōtingentes quādoque deceptiones repellere horum testimonium, si deponerent super crimine læsæ maiestatis humanæ etiam tempore cursus admissi, ut putā si conuenissent aliqui ciues, dum actualiter essent in cursu, vel in ludo Diabolico, de principe occidendo vel tradenda hostibus ciuitate, credo quod tunc Doct. Legistæ, Duce etiam nostro Aduersario, consulere eos omnes esse torquendos, & si faterentur crimen crudeli necē plectendos. Sed de crimine læsæ maiestatis diuinæ identidem commisso quod omnium

omnium grauissimū est ea. Vergentes, de hære. eorum forte quidam parum curarent, & Aduersarius nihil, ut videretur. *Ratio quinta ex hoc sumpta, quod qua facta narrantur à strigibus in spiritum &c. non in corpore sunt, deicitur.*

CAP. IIII.

§. Ratio

Quinto loco sic arguit Aduersarius. Hæc omnia fiunt in spiritu, & non in corpore, etiam quoad transitam per multa terrarū spacia, & quod ad multitudinem hominū qui conuenire dicuntur, 2. q. 5. c. Episcopi, ergo, &c. Quod si dicatur, quod hæc non est illa secta, de qua loquitur capitul. illud, saltē est ei similis: & quæ in ista fieri narrantur, similia sunt illis, quæ per illā fieri credebantur. Porro capitulū illud dānat omnes nō solū credentes illa, quæ ibi narrantur fieri in corpore, sed etiam eis similia, cuiusmodi nō negantur esse ista, saltē quo ad transitū prædictū etiā super apparentes bestias, quod ad apparentiam vnius principis, & quod ad conuentū multitudinis, &c. Non licet autē à dispositione textus huius per sophisticas argumentationes recedere 16. quæst. cap. Institutiones, quia quicumque scripturam sacrosanctam aliter intelligit, quam sensus Spiritus sancti flagitat, à quo conscripta est: licet de Ecclesia nō recesserit, tamen hæreticus appellari potest: 24. quæst. 3. cap. *Quicumque scripturam sacrosanctam aliter intelligit quam sensus Spiritus sancti flagitat hæreticus est.* Quidam in si. So. Hoc capitulum malè intellectum à Iurisconsultis quatenus hæc quæ ad Theologiam pertinet pertractat, est causa illorum ruinæ, putantium, eò quod in corpore iuris canonici redactum est, posse proprium sensum circa illud ita prodere, ut etiā Theologorum cōmuni sensui se opponant. Sed ad iuristas nō pertinet de eo quicquam cognoscere, nisi quod si aliqua personæ inueniantur, ea, quæ ibi principaliter reprobantur facere vel pati, vel credere fieri vel contingere, debent infideles reputari & hæreticorū pœna puniri. Sed quomodo in talibus quæ narrantur & in quibus inueniatur hæresis, vel non inueniatur, ipsi iudicare non possunt, nisi simul sint & Theologi, quorum est proprium de fide differere & consequenter de suo contrario, videlicet de infidelitate, & de omnib. societibus eius videlicet Apostasia à fide, hæresi & simplici infidelitate. Oppositorum est enim eadem disciplina. Sacri autem Theologi determinant non esse hæreticū tenere talia quæ narrantur

de

de strigibus esse vera, prout per ipsos Inquisitores iudicatur. Et cum his omnibus saluant dictum capitulum, concordantes intentionem eius cum verbis. Vnde præsumptuosus est valde quicumque purus Iurista, Theologorum in hoc scientiæ se opponens, non minus quam si minister iustitiæ iudici se opponeret, asserens non iustè damnatos quos ille reos mortis esse determinauit, causam cognoscens, quam minister ignorat esse dignam morte. Licet autem in nostro præfato opere sit obiectio huic plenius satisfactum ex doctrina Theologorum cuncta deducente: nec non à clarissimo Præceptore meo tam in summa, quam in opere de strigilamiis, ab auctoribus quoque libri, qui Maleus Maleficarum inscribitur: nihilominus pro pleniori satisfactione factæ huiusce præsentis obiectiois contra opportuna huic hominem in exponendo capitulum illud etiam hoc in loco deducam.

Ex autoritate Apostoli in d.c. Episcopi, inducta, habetur delationem corporalem ad longinquas partes & inaccessibiles humana virtute, supernaturaliter esse possibilem.

CAPVT V.

PRIMò igitur dicendum est, quòd quantum ad explosionem sensus, quem habet hic homo super illud capitulum, multum valet, quòd ex eodem capitulo habetur hoc, inquam, quòd dicere talia quò ad delationem corpoream de loco ad locum, non posse fieri in corpore contradicit illi capitulo, & autoritati Apostoli in eodem inductæ, iuxta sensum quem habet in ea Aduersarius (qui tamen non est intentus ab Apostolo, vt alibi dictum est, & infra etiam replicabitur) Præsupposuit enim autoritas illa (prout putat Aduersarius) Paulum potuisse deferri etiam vsque ad tertium cælum corporaliter. Aliàs secundum eum Apostolus non dixisset. Nescio an in corpore vel extra corpus, &c. sed potius dixisset, Scio quòd non in corpore, sed extra corpus, &c. quia in corpore est impossibile, nisi fortè Aduersarius gloriatur ea se cognoscere, quæ circa talia reuelata putet Apostolum ignorasse. Quòd si dixerit Aduersarius in illo capitulo, vel per illam auctoritatem non haberi quòd possint Dæmones deferre homines

corporaliter de loco ad locum, &c. si sciret naturalem Dæmonum virtutem, & quæ per eosdem facta sunt, scriptura teste, cõsideraret, & nollet suo paruo intellectu Dei sapienciam infinitam metiri, scrutarique maiestatem, vt imprudenter iudicet, Deum talia non debere, aut (quod scelestius est) non posse mala permittere, perfectò taceret. Voluit autem per inducta exempla circa Paulum & Ezechielem capitulum illud docere, quòd possibile est aliquid apparere, non in corpore, sed in spiritu, & in somnis: vt hoc supposito determinaret illa quæ narrantur ibi, quateus fincra iungunt, esse falsissima.

Quatuor principaliter esse falsa prodere Concilium intendit in d.c. Episcopi.

CHAP. VI.

SECUNDò dicendum, quòd duo sunt falsa & hæretica, quæ principaliter narrantur in illo capitulo. Primum quòd vera esset Dea, quæ apparebat in forma Dianæ. Sic enim iuxta errores gentilium aliquid numinis putaretur extra vnum Deum, & consequenter pluralitas Deorum astrueretur. Secundum est, quòd homines conuerterentur in Deos: quia tam Herodiadè, quam Dianam prius fuisse fœminas ab omnibus credebatur, & in Deas postmodum esse conuersas. His autem, duo alia falsa & hæretica connectebantur. Primum est, quia putabant hæc fieri à bono spiritu: Deos enim putabant bonos esse spiritus ipsi gentiles, quòd ideo est hæreticum: quia qui putabatur Dij multas deceptiones faciebant, & in multis deprehendebantur esse mendaces atque maligni. Hæc autem Deo & sanctis spiritibus cõuenire non potest. Secundum est, quòd se vocari credebant ad seruiendù, & obsequendum numinibus tur. illis. Cætera verò in capitulo introducuntur quidem, vt ordo narrationis eorum quæ de mulieribus dicebantur, perfectè haberetur, non autem vt impossibilia censerentur aut declararentur, nisi quatenus erant prædictis coniuncta: quæ verò impossibilia sunt: & illa credere: constituunt infidellem. Et propter hoc capitulum illud in fine concludens, non reassumit cuncta, quæ narrauerat, quando sententiam damnationis pronunciat: sed ea tantùm execrando, quæ

principaliter intendebat, quasi diffinitiuè determinans, dicit. Quisquis ergo credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius aut in deterius, aut transformari in aliam speciè, aut in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, infidelis est, & infideli deterius. hæc ibi. In hac autem determinatione clauditur, quòd homines non possunt conuerti in deos: & consequenter hoc sublato, non sequi pluralitatè deorū, quā supra in eodem capitulo ostenderat ex narratione illarū mulierularum inferri. Et tantum propter hanc opinatam deorum pluralitatem declarauerat eas à recta fide deuiare, & errore paganorum inuolui, & non propter alia, quæ penetraverat. Illam enim solam rationē assignauit, quare, inquam, errore paganorum diceret eas inuolui, subdens: cum aliquid diuinitatis, &c. Similiter quādo circa finem dicit, quod qui talia credit & his similia, fidem perdit, & cæ. ne fortè quis putaret intelligendum hoc esse de omnibus quæ præmiserat, subiungit. Quisquis ergo &c. quasi dicat, qui hoc & quod in eo includitur, prout supra explicatum est credit, infidelis est, & pagano deterius, ex hoc autem dicitur pagano deterius, quia prius erat per fidem illuminatus: quod paganus adhuc non habuit. Impossibile est enim per Dei potètiā quòd in verum Deum homines conuertantur. Et illius tantūm potètiæ subditur, homines Deos facere, secundum denominationem tantūm & similitudinē sic dictos, hoc est, in supernas intelligentias transformando, quæ curam horum inferiorum etiā vniuersalem habere videntur. Ab vniuersali quippe rerum prouisione, nomen sumitur Deitatis, secundum Dionysium 12. c. de diuinis nominibus, quamuis etiam paganorū plurimi non putarent Deos omnes esse incorporeos, sed eorum plures in similitudinem hominum corporeos, solaque potestate diuersos autumarent, vt etiā narratio c. huius præteudit. Intelligitur autem non posse creaturam vnā in aliam transformari, nisi per Dei potètiā quantū ad transformationem substantiālē nulla cōcomitante corruptione. Sic enim propriè conuersio solūm dicitur. Quòd enim vna creatura per sui corruptionem, & nouā generationem mutetur in aliam, dummodo communicent in materia, non est impossibile in natura. Eadē quippe materia, quæ prius fuit sub forma asini, potest esse postea sub forma bouis, &

Impossibile est homines conuerti in verū Deum.

diceretur (licet improprie) asinus mutatus in bouem. Quo etiam modo non potest quicquam in cælum cœlestesque creaturas mutari & minus in Deum: quia hæc sunt generabilia aut corruptibilia. Quòd verò vna species, puta vnus homo mutetur in aliam, ita quòd conuertatur in illam, puta, in catum, non mediante generatione, hoc est soli Deo possibile, vt dictum est. De his autem transformationibus & conuersionibus, quibus tota vna substantia creata in aliam totam vel meliorem vel deterius conuertitur, intendit illud c. Et in hoc errabant pagani, putantes homines mutari in bestias, sicut extimarunt sociorum Diomedis alios quidem in aues, alios verò in lupos esse conuersos, & sic in deterius transformationem esse sortitos. Et aliquos homines in melius esse mutatos, puta, in deos, vt dictum est. Non loquitur autem capitulum de mutatione accidentali, puta, de sano in infirmum, de calido in frigidum, &c. Has. n. mutationes non solūm Deum, sed etiam creaturas posse causare, nullus dubitat. Vnde capitulum, vt has excludat, dicit in aliam speciē. hoc est, in aliam naturam specificam: licet fortè non intelligatur etiam esse alia res secundum speciē, sed solūm secundum indiuiduum in eadem specie, puta si vnus homo conuerteretur in alium hominem: quod solus Deus facere posset. Potest etiam hoc, quod dicit, aliā speciē, interpretari aliam figuram, hæc enim eò quòd signum proprium speciē sit, etiam species nominatur. Videmus enim omnia, quæ diuersa sunt secundum speciē in corporalibus esse quoque diuersa secundum figuram. Vnde postea subdit: Vel in aliam similitudinem, quæ videlicet prouenit ex diuersitate figuræ. Neque enim potest Dæmon etiam facere, quòd aliqua creatura vnus speciē habeat figuram alterius, puta quòd homo habeat figuram asini, vt per hoc vel sit asinus, vel similis asino. Potest tamen facere quòd homo appareat asinus, vel alia bestia. non per mutationem factam in oculis intuentium, vt sæpius dictum est in præfatio nostro opusculo de strigibus.

Cetera quæ in illo referuntur falsa quidem, sed non impossibilia etiam Dæmoni plura censentur.

CAP. VII.

Tertio dicendum est, quòd alia quæ in illo c. narratur puta de delatione corporali super bestias, id est super

Omnia quæ diuersa sunt secundum speciē in corporalibus sunt quoque diuersa secundum figuram. Nō potest Dæmon facere vt homo habeat figuram asini, sed potest vt appareat tantum.

Dæmo

Dæmones in formas spirituales se trāsfigurantes per multa terrarum spatia; de visione multitudinis hominum, illarum etiam Dominarum, de quib. ibi fit mētio, deque obsequiis iisdem exhibitis dicuntur quidem esse falsa, nec verè contigisse, sed in somniis & in spiritu tempore illo & mulieribus illis: sed nō dicitur ibi, nec est verum quod sint impossibilia Dæmoni, aut qui credit hæc posse fieri à Dæmone sit infidelis, quia non ista reperit, quando conclusionē infert, dicens: Quisquis ergo, &c. nec in ipsa illata conclusione clauduntur: sed neq. in ratione, qua mulieres illæ & omnes eis credētes damnantur, quod à recta fide deuiarent, & errore paganorum inuoluerētur, ut patet ex verbis capituli. In opusculo etiam nostro declarandū est per sacrā scripturam sanctōsque doctores, multa talia posse fieri virtute Dæmonum. Vnde sequitur q̄ si sic intelligeretur capitulum illud, ut isti viri sentiūt & exponūt, esse periculosum in fide, sicut & isti periculosè loquuntur dum dicunt talia non posse corporaliter accidere, & reclamandum esset contra tale concilium, etiam si generale fuisset, ad Pōtificem, ad cuius sententiam, eūm sit caput Ecclēsiæ & concilij, pender cuiuslibet causæ fidei determinatio, ut benè examinaretur, benèque exponeretur, & declararetur intentio Spiritus Sancti in illo, & non malè sentientiū, sicut & isti homines cōpescēdi sunt per Inquisitores ut melius loquātur in ista materia, quā facit Adversarius. Exponēda est autē intētio Spiritus Sancti in c. illo cōtenta conformiter ad sacras literas, & non contra eas. Perspicendū quoque est, quod non habetur ex autoritatibus sacræ scripturæ in eo inductis, quod prædicta nō possint per Dæmones fieri. Sed determinat capitulum illud diuinitus inspiratis factis partib. q̄ talia de facto falsa tūc fuerūt: quæ mulieres illæ quasi verè cōtigerint, referēbāt, & quomodo deludebātur ostēdit: q̄a, inquit, putabāt ī corpore fieri, quæ in somniis, vel solo spiritu cōtuebātur, & ostēdit possibilitatem talis delusionis ex quotidiana experientia, qua multa vidētur in somniis, quæ in vigilia nūquam sunt visa, ut facile possit inferri, quod si hæc p̄ resolutionē vaporū ascēdētū ad cerebrū possūt à natura causari cōmouēdo species imaginationis multò magis virtute Dæmonū cui corporalia oīa inferiora, quo ad motū locale subiciūt ad natū

Potest

Potest enim in imaginatione etiā melius & fixius determinare species, ut hæc vel illa magis determinatè representet, prout vult, ut videnti, seu imaginanti magis appareat quod vera sint, quàm in somniis cōtingat, vel alio modo infra declarando se spiritualiter deludere, quod omnino putarent sic euenisse, sicut ap̄parebat. Probat autem dictum capitulum per exempla sacræ scripturæ, tam in Paulo, quàm in Ezechiele, quod alia visio ab ea, quæ per oculos corporeos exercetur, haberi possit, siue per imaginationē, ut in Ezech. siue per intellectum, ut in Paulo. Non est autem intelligendum verbum Apostoli, quod ipse nesciret, an videret in corpore, id est, per oculos corporeales, quæ vidit in raptu, aut nesciret, quod non esset raptus corporaliter in paradysam. Hunc enim sensum falsum & erroneum habebat quidam Iudæus ut refert Diuus Hieron. in prologo super Danielem, quem sensum reprobat D. Aug. super Gen. ad literam. sed, ut Aug. ibi exponit, nesciebat an anima sua esset pro tunc in corpore, vel certè separata, ut approbat etiam S. Tho. vertit q. 13. art. 5. & 2.2. q. 175. ar. 6. Potuit enim utroque modo se habens Paulus rapti, ut determinant sancti Doctores: sed nescitur quomodo factum id fuerit. Communis tamen opinio Doctorum est, quod anima per essentiam esset in corpore, & corpus in domo Iudæ, ubi inuenit eum Ananias, ut dicitur Act. 9. Sed tam somniantes quàm prædicto modo imaginariè vel intellectualiter videntes, cognoscunt postmodum eūm in se sunt reuersi, quod prius corporeis sensibus talia non videbant: & quod alius est eorum status in vigilia, & alius dum sunt in tali abstractione vel raptu. Et quod quæ vident vigilantes, vera sunt: quæ verò dormientes vel in raptu sunt vel falsa sicut in somniis visa, vel similitudines falsorum, ut in pluribus, ut in visione imaginaria à malo spiritu causata & excitata: vel similitudines verorum, sicut in visione imaginaria causata à bono spiritu: vel certè etiam vera, sed intellectuali: sicut quæ videntur supernaturaliter per intellectum visione causata à Deo.

Pluribus modis coningit aliquid in spiritu cognosci.

C A P. VIII.

Sed quia sceleratæ illæ mulieres astruebant postmodum in vigilia, quod ista sibi verè cōingere quæ narrabāt,

Cognosci in
spiritu.

non poterant secundum prædictos modos in spiritu talia videre. Et propterea sciendum est quartò quòd dupliciter potest aliquid dici, cognosci in spiritu. Vno modo ex parte subiecti, quia videlicet ille qui videt, per potentiam vel simpliciter, vel aliquo modo spiritualiter videt, & non per corporeos oculos. Et hoc cõtingit prædictis duobus modis, videlicet per visionem intellectualem, & per imaginariam. Intellectus enim vis animæ simpliciter spiritualis est. Minus autem imaginatiua, quæ corporeo organo opus habet in suis operibus, quæ tamen primò terminatur ad speciem sine materia naturali, res corporeas representantes: non autem ad corpora ipsa, vel corporea, ut in se sunt, sicut faciunt sensus exterioribus unà cum sensu dæmonis. Alio modo aliquid dicitur cognosci in spiritu ex parte obiecti, quia videlicet id, quod cognoscitur, est vel simpliciter, vel aliquo modo res spiritualis. Et consequenter hoc etiam contingit duobus modis. Vno modo, quia id quod videtur, in se quidem est quoddam spirituale, sed apparet corporalibus oculis ut corporeum, quomodo Dæmones & animæ separatae quandoque apparent in similitudinem hominum, tam in somnis, vel abstractione sensuum, quam etiam in vigilia. Et in abstractione sensuum fit per specialem aptationem specierum in phantasia opere ipsius substantiæ separatae. In vigilia verò per virtutem eiusdem spiritualis creaturæ condensando aërem in formas corporeas & visibiles, etiam in nocte quandoque luce causata per aliquod lucidum corpus virtute supernaturali similiter apportatum, licet nõ semper tale corpus luminosum appareat, sed solum lumen eius, operante sic eadem virtute naturæ spiritualis pro voto. Et hoc modo mulieres illæ sceleratissimæ videbant in spiritu Diabolum in forma Dianæ, vel Herodiadis, vel etiam aliarum personarum. Alio modo, quia id quod videtur, est in se quoddam corporeum, & ut corporeum videtur, sed non talis figuræ, vel formæ qualis in se est, sed alterius. Quo fit, ut non illa res quæ est, sed alia videatur. Quod contingit communiter fieri non per bonos spiritus, sed opere Dæmonum, eo, quòd tales visiones sint communiter decipitoria. Possunt tamen & à bono spiritu fieri talia, bona intentione rectoque fine pro Dei voluntate. Sicut beatus etiam Clemens Papa suis orationibus impetravit, ut in oculis Sismanij ministrorumque eius, colomni

colomni videretur esse persona Pontificis, quam iugiter, & adheret: quod ministerio honorum Angelorum factum esse, non est dubitandum. Fuit autem hæc in oculis intuentium, perstringendo taliterque alterando oculos illos, ut aliter res appareret quam in se sit. Et hac ratione visio hæc præterquam dominatur. Quo etiam modo Dæmones tempore B. Macharij præstigiabant oculos intuentium quandam mulierem ita ut videretur eis equa esse, non mulier, oculos verò B. Macharij præstigiare non valuerunt, sed semper sibi visa est esse mulier, non equa, quam tamen sibi cognati mulieris presentabant curandam, ut equam. Aqua etiam delusionis vir Dei precibus liberavit eosdem cognatos. Hoc igitur modo etiam mulieres illæ, de quibus in d. capitulo Episcopi sermo fit, Diaboli iam factæ captivæ, ab eodem deludebantur, ut videretur eis etiam vigilantibus videre multa, quæ non eo modo erant, quæ videbatur ab illis. Unde conuenit, si se putabant esse, quandoque in loco ubi non erant, portari etiam ad diuersas partes & regiones: cum domibus residebant quandoque immobiles. Sicut enim potest Dæmon per præstigiū facere quòd videatur id quod est coloratum uno colore, esse coloratum alio, & quòd est rubrum figuræ, esse alterius, ut patet in supra dicto exemplo de muliere quæ videbatur equa: ita potest per præstigiū facere, quòd aliquid sibi videatur moueri vel deponi, qui tamen quiescet. Sicut enim color est proprium visus obiecti, ita figura motus, & quies communia sunt, ut docet Philosophus loquendo de anima. Volens igitur d. Episcopi ostendere, quòd illæ mulieres deciperentur, dum putabatur per oculos corporeos naturaliter videre quòd tamen non verò videbant, patefacit prius esse videndos modos quibus ille poterant delusionem Diaboli decipi, qui contingit aliquid videri aliter, quam sit tam in somnis, ut experimur, quam in visu, scilicet inter omnes per formas imaginariæ, vel etiam intellectuales, quæ in etiam in spiritu prædictis duobus modis extremis. Quorum illam quæ est ad rem in se conuenit spiritualem, expressit per h. oculi iudicantem, qui dicit, Angelum Sathan in eam figurare se in Angelum Ies. Hos verò modos qui per imaginacionem, ut diximus, vel per intellectum periciantur, exemplis iudeis de heretico, & Paulo manifestavit.

Oculi B. Macharij, et reliquorum intuentium non præstigiati.

CAP. IX.

Quod si quispiam ex dictis arguat, quod pari modo potest conformiter ad capitulum illud concludi, quod hi, qui sunt de secta strigum decipiuntur à Diabolo, putantes se portari ad longinquas partes, & multitudinem personarum videre, quas asserunt convenire cum domina in di: comedere, bibere, luxuriari, & alia quæ narrantur facere: & tamen ista non nisi præstigiöse vel apparitione Dæmonum eis contingant. Responderetur: quod, Diabolus sic possit mulieres istas decipere, sicut illas tunc deludebat, non est negandum. Sed quod non sic deludantur, quo ad multa, quæ ab eis enarrantur, ex duobus perpenditur. Primum est eventus, quod ad corporalem delationem ad longinquas partes, tò; quod plures personæ longius deportatæ, & in loco distanti derelictæ fuerunt clarissimis & multiplicibus testimoniis. Multotiens etiam visa est multitudo sic ludentium ab aliis, qui non erant in illa societate, & cum eisdem sermo habitus, ut per exempla etiam viventium ostendimus in præfato opere. Sed & in Brix. (ut fertur) accidit diebus nostris, quendam in loco eminentiori postrem nocte videre confusa luce multitudinem velocissimè per viam inferius ambulare: in qua cognovit plures personas, & ab eis cognitus fuit. Sed præ timore insoliti, ac præter naturalis illius occurfus, nihil eis locutus est. Postera vero die, vna mulierum illarum currentium ei dixit: Hac nocte fuisti in magno periculo, quando illo in loco nos vidisti currentes: caue ne de cætero tali hora ibi inueniaris. Hoc autem non potuisset saluari sic, ut præfertur, evenisse, quod videlicet recordarentur, & convenirent in talis rei noticia si non verè ibi ambo fuissent, nisi fortè dicatur, quod omnes homines pariter deludantur & somnient: & quod semper Diabolus sit intentus phantasmata hominum transformate, ut conveniant in imaginationibus rerum, quas putat ibi simul experiri. Quod asserere non nisi delirantis hominis est. Secundum est diversa versuti hostis decipiendi ratio, vel causa. Nam mulieres illas, de quibus d. c. Episcopi, loquitur,

Diabolus potest mulierculas decipere, ut de delusione.

Historia ludentium in agro Brixii.

ad hoc solum deducere volebat, ut putarent Dianam, vel etiam Herodiadem esse deas: & consequenter infidelitate & errorib. paganorum illas involueret, quod esset aliquid veri numinis præter Deum vivum verum opinari. Quod quidem facere poterat, & melius decipiendo eas per præstigium & apparitiones diabolicas, quo minus perpendere se decipi, quo vigilare se cognoscebant, quàm per imaginarias visiones, aut in somnis, & quàm etiam per realem delationem. Sat enim illi erat, loca quasi distantia præsentare in quibus multitudo & societas magna videretur, apparente Diabolo prætendenteque personarum figuram, ut supra dictum est: ut sic facilius sibi ipsis singulæ persuaderent veram esse Deam, cui tot personæ obsequerentur ut Deæ: cultuque illam diuino persequerentur. Has autem personas, de quibus nunc sermo est, inclinare Diabolus laborat, ut per voluptates corporeas sic eas sibi cõstringat amare, ut non timeant, aut vereantur fidem Christi, atque baptismum abnegare, ne tot oblectationibus priuentur, & deum multis subiiciant instigendis pœnis, ut supra in opere nostro, prolixo sermone declaratum est. Unde veras & non præstigiöfas delectationes, tam cum Dæmonibus in forma tamen humana apparentibus, quàm cum hominibus ad ludum pariter deportatis ministrat, quod non tam facile posset & ad manum, nisi eos corporaliter vno in loco cogeret. Et quia per se non possent tot ex tanta distantia, aut tam cito convenire, portat eas. Pro qua illarum delatione consequenda exhibent obsequia sacrilega vnguentorum, & aliorum signorum, quæ ad pacta scædæ iniqui pertinent inter ipsas & Dæmones, ut ex omni parte ipsarum animas illaqueatas teneant. Patet igitur, quod non est similis ratio vtriusque casus. Et propterea, nulli mirum esse debet, si non potest ab his, ut à similibus argumentum trahi. Detecta quippe cum esset malitia Dæmonum in prima illa delatione per vigilantiam sanctorum Episcoporum & sacerdotum manum ad fortiora Diabolus misit, & apertè se Christi hostem patefaciens auertere ab eo conatur fideles ipsos per exhibitionem & procuracionem delectabilium. Adeoque nunc inualuit ista pestis, ut dixerit in quadam concione Diabolus, qui in forma Principis apparebat (ut retulerunt qui assuerant nonnulli ab Inquisitore deprehensi.) Si-

poneret in somnis tantum, vel in spiritu tantum, tunc fallum poneret capitulum, dum secundum istos opinantes utrunque modum delusionis astruit interuenisse. Si verè mulieres quasdam intenderet in spiritu, vel raptu delusas, quasdam verò tantum in somnis, tunc quælibet per se cognouissent in vigilia demum positæ differentiam status, ut dictum est. Vnde exponendum est, quòd d. cap. tantum voluit ianuari per hos duos modos magis notos in scriptura, modum in genere, quo aliquibus videatur verè aliquid fieri, quod tamen verè non sit. Sub quo generali modo, non nisi duobus his specialibus modis, videlicet per præstigium vel apparitionem spirituum in corporibus assumptis contingit homines sic posse deludi, ut putent in plena vigilia constituti, sic se res habuisse, sicut eis videbatur, dum deluderentur. Et sic habetur sensus Spiritus sancti in illo capitulo: quia hic sensus solus est verus, ut deductum est. Veritatis autem & non falsitatis author est Spiritus sanctus. Non est autem generalis etiam concilij determinatio, tam ex parte necessitatis fidei vel authoritatis, ut verba eius quæ obscuritatem habent, & falsa magis videntur quàm verà, non suscipiant expositionem, qua trahantur ad sensum verum: quandoquidem sacra etiam scriptura, quæ maioris est authoritatis, interpretari possit. Cum ergo possibilitas delationis corporalis hominum à Dæmone, habeatur potius ex sacris litteris, quàm oppositum: quomodo lumine naturali cognoscatur, ut sæpius in superioribus est deductum, etiam si consilium aliquod afferat tale quid pro aliquo tempore, vel aliquibus determinatis personis, non contigisse, non propterea putandum est esse determinatum, quòd id sit impossibile factum.

Non determinatur in d. c. Episcopi esse impossibile illa fieri corporaliter, quæ quandoque contingunt in somnis.

CHAP. XI.

Sciendum est vltimò, pro eo. cap. declarando, quòd in Seco non determinatur esse impossibile talia omnia fieri corporaliter, ut ignoranter putat Aduersarius. Nam quòd dicit (Cum mentem cuiuscunque mulieris ceperit, &

Veritatis & non falsitatis author est Spiritus sanctus.

hanc

hanc per infidelitatem sibi subiugauerit, illico transformat se in diuersas species personarum & in similitudines, &c.) non sic accipiendum est, ut illa coniunctio, cum habeat vim inferendæ necessitatis antecedentis huius dicti ad consequens, sed contingentæ, seu possibilitatis tantummodo. Intendit enim, quòd possibile est Dæmoni, talis mulieres deludere tali modo. Vnde si asserant se verè, & in corpore deportari ad seruiendum Diane, tanquam vni Dearum, non propter hoc credendum est, quòd Diana Dea sit, & ei vel Herodiadi ab aliquo verè seruiatur, ut dormiat. Cum enim falsa sint, ut edocet fides, oportet de necessitate dicere, quòd talia se credentes experiri, deludentur à Diabolo falsitatum omnium primo latore. Si verò non dicantur aliqua contra fidem & ob hoc impossibilia esse vel fieri: sed potius asserantur, ea quæ facile possunt contingere putà, quòd multa fiant in opprobrium fidei, dum eidem fidei baptismoque renuntiat: & quòd ad hoc portentur à Diabolo, ut facilius, & sine timore in loco semoto per multitudinem fiant: non est hoc negandum ex intentione capituli illius. Imò si ratio iuncta experientie contineat, quòd Diabolus hoc modo suæ melius malitiæ satisfaciat, non est contra capitulum illud, quòd sic fieri, vel euenire credatur. Et ideo si talia denuncientur, & testibus confirmentur de visu: & ab his præcipuè qui expertos se asserunt hæc omnia vel similia: non minus hæc à iudicibus fidei credenda sunt, quàm ex similibus iudiciis tantum mori sancti Doctores crediderint minus credibilia, putà, quòd dentur incubi, ac succubi Dæmones, ut in libro nostro deductum est. Et eo præcipuè quòd determinationes conciliorum circa fidem Theologorum proprium est declarate, quomodo intelligi debeant & non Canonistarum & minus Iuristarum. Et ideo patres Inquisitores, qui communiter profundissimi Theologi sunt, iudicent talia non contradicere prædicto cap. non possunt iustitæ absq; nota temeritatis se eis opponere. Debet enim vnusquisque gradu suo contentus esse, & suarum virium mensuram non excedere. Mitto quæ diximus in primo opere nostro, incertum, inquam esse, an particulare vel generale fuerit illud concilium, an ritè congregatum vel etiam confirmata decreta eius per sedem Apostolicam quis auctor, quo tempore cum præcipuè inter concilia ge-

Canonistis non licet concilia explicare.

neralia non annumeretur, dicitur. 16. cap. primo. Unde si liber sine certo auctore ex hoc ipso computatur inter apocryphos, multo magis concilium prædictis conditionibus incertum. Nec auctoritas Graciani sufficit, ut eidem fides indubia præstari debeat: cum multa alia, quæ refert inter paleas computentur. Quod si etiam generale ritæque congregatum & confirmatum concilium fuerit, non admittitur cuiuslibet recurrendi facultas ad Apostolicam sedem, ut supra probatum est. ut eius verba obscura & quæ errorum occasio esse possant, melius declarentur & exponantur secundum debitum sensum. Sed & plures Pontifices declarauerunt inueniri modo talia, corporaliterque fieri, prout indicant patres Inquisitores, imò processus eorum iudiciaque confirmarunt, atque sententias contra tales personas sceleratissimas, & ut executioni mandarentur, fauorem impenderunt. Sicut nuper etiam Clemens vi i. præcepit domino Governatori Bon. ut daret omnem fauorem patri Inquisitori Parmensi contra quosdam infectos hæresis strigatus. Et Breue incipit. Accepimus non sine animi, & cætera. Hos autem dicunt patres Inquisitores in cursu plurima nefandissima in opprobrium fidei committere, quorum gratia hæresici iudicantur. Non potest ergo dici, quod talia fiant tantum in spiritu, aut in somnis, secundum intentionem & intellectum. Aduersarii, Abas in somnis quis incurreret hæresim, quod est falsissimum, cum nec etiam minimum peccatum in somnis per se committi possit. Imò sequeretur quod Papa, qui contra prædictos fauorem præstet Inquisitoribus, ut diximus, & non nisi Apostolica auctoritate, iam ut Papa, erraret, imò faueret errantibus, contra determinationem concilij patres Inquisitores sentirent. Nulla ergo concilij cuiuslibet determinatio, prædictis Inquisitorum iudiciis aduersari potest. Sed qui eis potius aduersantur manifestissimè fauent hæresicis, & fidei Catholice inimicis, ut ex præmissis clarissimè constat. Et cum addit vltimò, Aduersarius, non esse recedendum à dispositione textus illius per subtilitates sophisticas, & argumenta, verum est. Sed intelligitur à vera, & bene intellecta dispositione textus, qualem ipse non possidet intellectu, ut prolixè satis deductum est. Auctoritas etiam quam allegat ex cap. quidem. 24. q. 3. licet

non

non nisi ad propositum, quia loquitur solum de sacris literis noui ac veteris Testamenti inter quas non annumerantur determinationes concilio: imò neque ad eorum auctoritatem attingunt, ut supra deductum est: tamen adhuc dicimus, quod prædictum sensum quem dedimus flagitat à nobis spiritus, ut diffusè supra probauimus: non autem sensum, quem dedit Aduersarius: imò est ei aduersus, cum sit falsus, & ad hæresim deducens, ut etiam infra tangemus.

Rationem sextam ex presumptione iuris assumptam: Septimam quoque: quia procedunt hæc à spiritu maligno, nequam præualere.

CAP. I.

Sextò arguitur ab Aduersario; Hoc habet præsumptio-
Sacta iuris, imò de iure probatur per d. cap. Episcopi,
Ergo non admittit probationem in contrarium, ut no. in
auth. sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. sola. Imò non
habet nisi apud non intelligentes iura, ut intelligi debent,
vnde contra tales admittitur probatio. Et si etiam contra
habentia, presumptionem iuris non admittatur probatio
in iure, admittitur tamen in sententia superiori, cuius est
iudicare & examinare, an tale quid bene statuatur, an non,
an præsumptio illa ritè per textum habeatur, an ignoranter,
ut sit in præposito. Quia nec ius, nec ritè accepta præ-
sumptio iuris contra determinationem Theologorum in-
uouitur circa præsentis quæstionis articulum, ut deductum
est in præcedentibus.

Septimò sic arguitur: Procedunt hæc à spiritu maligno
falso mendace & deceptore, & qui multos habet nocendi
modos Ergo magis debet dici falsa, quàm vera. Et sic pro-
cessit capitulum Episcopi. Solut. Ex hoc quod horum om-
nium auctor principalis est Diabolus, non sequitur, quod
omnia sint delictoria & falsa. Sed bene sequitur quod om-
nia intentione nocendi, siue vera sint siue falsa. Sophistica
vabile est ratio ista deducens ad manifestas hæreses & aper-
tissimas falsitates. Si enim Diabolus, quia falsus est & men-
dax

das

dax atque deceptor, non nisi falsa, & delusoria dicat, & faciat, sequitur, quod omnia quæ referuntur in Euangelio dicta per Dæmones de Domino Iesu, falsa fuerunt. Et sic falsum esset illum esse Christum & filium Dei: quia hoc dictum est à Diabolo, quod est hæreticam. Similiter omnia quæ comprobantur per eos fieri, vel dici per maleficos vel arreptitios, opera falsa erunt, vel delusoria: sicque delusorij essent cruciatus, innumeræque maleficia, quorum ipsi sunt causa. Falsa essent omnia Dæmonum dicta, dum respondent exorcistis inuiti, quæ omnia cum sint manifestissimè contra omnium sapientium extimationem: & contra id quod quotidie experimur, patet quid momenti habeat ista ratio, ex cuius assumptis principiis hæc falsa sequuntur. Veritatem ergo Diabolus sæpè dicit, sæpè non fallit, neque deludit. Sed hæc omnia facit, ut tandem validius decipiat: dum ex his sibi fides ab iniquis præstatur. Quod non accideret, si semper falsitatem diceret, si semper deciperet, aut deluderet percunctantes, vel inuocantes: sed potius ab omnibus etiam pessimis hominibus fageretur & evitaretur. Et quia veritatem etiam non loquitur, nisi ut fallat: ideo Dominus non sinebat Dæmones loqui etiam quod verum erat ut habetur Lucæ cap. 4. Et hæc sufficiant ad argumenta Aduersarij, quæ in primo illo tractatu de Lamijs, pro sua phantasia, quæ continet falsitatem, inducit

*Explicit primus Tractatus in Ponzinibium de
Lamijs. Incipit secundus.*

Viso igitur eo, quod primò proposueram, quomodo, inquam, rationes Aduersarij contra veritatem factæ non procedunt, videndum est illud, quod secundò promiseram declarare, quomodo videlicet rationes, quas pro opinione quam defendimus proposuit, non bene sed erroneè saluat. Alias autem rationes ad idem, in priori opere nostro produci latius. Prima ergo ratio pro nostra opinione ab Aduersario, ut eam soluat inducta, talis est.

Ad

*Ad rationem excommuni frigidæ confessione sumpta
solutio deijctur Ponzinibij.*

C A P. I.

HI qui sunt de secta strigatus, consentunt iuridicè se *Ratio prima bona.*
Hære ad eursum, & negare fidem, facere homaggiū Diabolo, & alia quæ narrantur, ergo credendum est hæc esse vera & procedendum contra tales sicut contra alios hæreticos. *So. Ponzini.* Soluit autem dicens, quod confessio talium in iudicio est erronea, & non admittenda, cum sint personæ delusæ: nec confessio ista continet verum, aut possibile, & quia respuunt ista ius, & natura, confessio distat ab actu. Unde non valet dicere, sic fatentur: ergo sic est. Et quicquid est contra naturam, defecit in suis principiis, ergo naturaliter impossibile. Item non statat regulariter in criminalibus confessione Rei, nisi in causa hæresis naturalis: quia non potest aliter probari, quam per confessionem non autem de actu ad extra, & maxime de minus verisimilibus, ut sunt ista. Pro prædictis autem allegat plures auctoritates Iuristarum. Sed hanc solutionem falsa multa suppose- *Improbatio Solut.* re, super quæ fundatur, patet ex his, quæ in præmissis tractatibus dicta sunt. Falsum est enim primò, quod tales personæ sint à Diabolo vniuersaliter delusæ, quoad articulos hæreticales, propter quos, principaliter contra eos procedunt patres Inquisitores. Unde licet in aliquibus concurrentibus deludantur, non tamen sequitur, quod non possint vera confiteri, quæ erronea sapiunt, aut patrarunt. Et iudicia Theologorum, & quibus incumbit ex officio, non autem eorum, qui sunt puri legistæ, erit distinguere, & cognoscere, an istæ sint delusiones, vel non. Et secundum allegata & probata, esse talia, vel non esse contra fidem, procedent absoluen- do, vel condemnando, de consilio peritorum: cui tamen cum stare secundum iura non teneantur partes Inquisitores, præsupponuntur esse periti in iure: & quantum ad ea præsertim, quæ spectant ad officium suum. Unde nemo se debet illis opponere: sicut nec aliis iudicibus in his, quæ pertinent ad forum suum. Falsum est etiam, imò hæreticum, quod ista sint impossibilia absolute, vel secundum ordinem nobis reuelatum in sacris literis, licet sint impossibilia plurima naturaliter secundum

Virtus Dæmoni excedit virtutem & potentiam hominis. virtutem humanam ætiam: excedit enim virtus Dæmonis virtutem, & potentiam hominis cuiuscunque, iuxta illud Iob. 41. Non est potestas super terram, quæ ei valeat comparari. Et loquitur de Diabolo, & Sathana. Ex hoc autem bene sequitur, quod ius civile, quod non nisi circa actus humanos, non supernaturales, versatur, ista respuat, non simpliciter tanquam falsa, quia hoc non potest cognoscere, aut intelligere secundum se, sed tanquam excedentia iudicium & potestatem suam. Et hæc est causa, quare sancta mater Ecclesia nolit iudicium super talia committere peris Iuristis: quia ultra hoc, quod hæresis est crimen spirituale, cuius iudicium soli spirituali etiam iudici merito reservatur, est etiam de rebus, quæ secundum suam propriam facultatem impossibile est eos intelligere. Unde sequitur, quod non possint per eos benedicari, sed solum per Theologos, quorum proprium est ista cognoscere. Et propterea in principio sancta mater Ecclesia commisit hoc officium solis fratribus Prædicatoribus, in quibus præ aliis à sua institutionis primordio studium sacræ Theologiæ florebat. In processu vero temporis etiam patribus Minoribus in aliquibus partibus demandatum est merito tale munus, eod, quod & ipsi (licet præter suam regulam) studio sacræ Theologiæ egregie incumbant. Et si dicatur, quod etiam Episcopis committitur hoc officium cognoscendi de talibus, & iudicandi. Respondetur quod verum est profecto, & principaliter eis committitur, quia etiam ipsis incumbit ex gradu suo, ut sint perfecti Theologi, cum habeant alios & illuminare, & pascere spiritualiter circa perfectionem fidei, ac bonorum voluntati. Debent etiam iuxta Petri sententiam, esse parati, & dispositi reddere rationem de ea, quæ in eis est, fide: & ut boni pastores spirituales, sibi subiectos ab hæreticis, & tyrannis, sicut oves à lupis, toto suo conamine defendere. Et si aliqui non sunt tales, hoc est, per accidens, & ipsi tandem viderint. Ad propositum igitur redeuntes, licet hæc, quæ supra facultatem naturalem hominum sunt, respuat ius pure humanum, secus de diuino, quæ tamen statuit iudicari humano more secundum, in quam allegata probataque quantum fas est in talibus. Falsum est tamen, quod in criminalibus non steret confessio-

ni, &c.

ni, & ratificationi ipsius Reus, si præuenerunt accusationes, aut depositiones, testes & iudicia sufficientia, ut semper contingit priusquam contra tales ab Inquisitoribus profertur sententia. Alias oportet iudicem omnibus semper interfuisse, quæ per reum facta sunt. Neque etiam minus ista verisimilia, considerata potentia simul, & malitia Dæmonum, multitudine quoque omnis generis testium, & Reorum, ubique per Christianitatem. Unde patet, quod solutio Aduersarij ad hanc primam rationem pro veritate factam, nullatenus procedit.

Ad rationem ex experientia sumptam solutio Pirxinibj reprobat.

CAP. II.

PER experientiam, quæ est reum magistra, primo Merito 2. *Ratio 2.* **P**roph. fuerunt hæc visa, & cognita & harum est publica fama, ergo credenda sunt, capi. In nomine Domini, de testibus. Et præcipue, cum fama publica faciat fidem, capit, cum oportet, de accus. ergo, &c. Respondet autem Aduersarius, *Solutio. Ponzin.* quod cum ista contingant in solo spiritu, non possunt per experientiam, aut per testes de visu cognosci, vel comprobari, quia, supple, spiritualia, non videntur: nec experiri nisi ea, quæ fiunt in corpore. Addit etiam quod si subtiliter examinarentur, qui dicunt, se talem quandoque multitudinem vidisse, non de numero illorum existendo, sed à longè, vel quomodolibet, cognosceretur, quod vel non concludenter deponerent, cum ista dicantur contingere de nocte, & in loco solitario, & præter naturam: vel ipsos pariter deludi deprehenderentur. Sed solutio ista non procedit, quia contingunt nunc etiam ista in corpore facti, ut probatum est. Unde possunt experientia cognosci etiam à testibus, multò magis à Reis, & à participantibus in eodem crimine. Patrum autem Inquisitorum est postmodum iudicare, qualiter ibi delusio, vel certè rei veritas inueniatur, & à qua causa ista procedant. Neque enim diu personas aliquas Dæmones sic illuderent, nisi per infirmitatem mentes earum prius cepissent, vel licet potest ex dicto c. Episcopi. Unde semper vel causa, vel effectus huius

Reprobant. Solutio.

los conditores cap. Episcopi. non fuisse memores delationis Christi, & aliorum à Damone: & tamen his non attentis, dixerunt ista non fieri in corpore, inducentes ad hoc exempla Ezech. & Pauli: ergo dicendum est, quod noluerunt exemplum illud de Christo, & de quocunque alio attendi. Nam de exemplis non est curandum, l. nemo. C. de sententiis. Et ea, quæ raro accidunt, non faciunt legem neque regulam, de reg. iur. l. ea, quæ raro. Non enim debet fieri lex de resuscitatis à mortuis, eò quod Lazarus fuit à morte resuscitatus. Sexto dicit, quod Diabolo est adempta potestas à Christo, & est religatus in inferno, vsque ad aduentum Antichristi, quo tempore soluetur à vinculis, ut vires suas exercent in malos: & ideo non potest modò exire, ut portet homines, & alia faciat, quæ referuntur. Septimò dicit, quod Christus fuit à Diabolo portatus ex permissione eius: unde si non constet de permissione Dei, non debent credi istæ aliæ delationes. Octauò addit adiciens: Si Diabolus sic potest, cur in paucis & abiectis personis tantum hoc facit, cum sit indifferens & vniuersalis tentator mundi? Nec possunt afferre tales personæ indubitarum de his testimonium, arg.

Diabolo est adempta potestas à Christo.

Fama debet habere ortum à personis fide dignis & honestis, cap. cum oporteat, de accusat. Sic igitur inquit patet, quod cum hoc argumentum de Christo patitur retortionem, sequitur, quod sit inefficax. Qui quid autem sit de hac Damonis potestate, principalis conclusio videatur vera. Hæc ille, vel ex illo. Sed in omnibus, quatenus repugnant principali proposito nostro, aberrant à vero. Et quoad primum quidem dictum suum, dicimus, quod consequentia illa in ratione tacta bona est, inferendo ex facto ipsam possibile: quia ab esse & posse valet consequentia, ut scientia Logicæ docet. Et qui facit quod maius est, potest etiam facere quod minus est, & quod etiam æquale est saltem actu vel virtute, etiam si non semper familiariter. Sicut qui potest generare hominem, non potest generare asinum, nisi virtute seu potius eminenter quia dignius asino generare potest. Unde non debuerat dictam consequentiam negare, nisi ad probationem eius tactam in argumento satisfaceret, si vinculum illius fugere cupiebat. Et quod dicit, ideo argumentum esse inefficax, quia consequentia est falsa, est probare idem per idem, quia

Qui facit maius, potest etiam minus.

argumentum illud non est, nisi illa consequentia. Sed contra patet. Quod verò addit, quod destructo consequente destruitur antecedens, verum est si consequentia bona sit. Sed contra,posito antecedente, ut hic ponendum est per fidem potest oportet etiam consequens, secundum eandem necessitatem, ut Logica docet. Hæc autem consequentia probata est esse bona. Secundum etiam dictum suum non procedit. Neque sit ista consequentia à sapientibus, Christus fuit portatus à Diabolo, &c. ergo istæ mulieres portantur. Fortè Aduersarius vidit aliquam apparentiam in hoc modo arguendi: & ideo sic argumentum formauit. Sed nullam apparentiam habet, nedum apud logicos, verum neque apud mediocriter ratione vigentes. Sed ex illo antecedente bene inferitur: ergo istæ mulieres possunt portari ab eodem considerata potentia naturali eius, quæ semper est eadem, & considerata ex hoc Christi facto regula providentia diuinæ, ut non solum permittat homines à Damone spiritualiter tentari, sed vermuratiōnes etiam atque molestias corporales. Quod autem de facto portantur, alia via conuincitur ab huius causæ iudicibus.

Delationem corporalem personarum à spiritibus esse impossibilem non probatur in dicto c. Episcopi.

CAP. IV.

Tertium etiam eius dictum patet ex precedentibus esse falsum. Neque enim talem delationem esse impossibilem, probatur per cap. Episcopi neque præcipit talia non esse credenda, quasi sint impossibilia, aliâ contradiceret Evangelio, sed bene præcipit non esse credendum, illas mulieres non esse de facto portatas ad seruandum Dianæ, quasi Deæ residenti in aliquo determinato loco distante, ad quam per longa terrarum spacia portarentur, ut putabant, & dicit etiam quod eis contingebant virtute Diaboli illusiones, &c. Et sapienter dictum est, quia talem delationem non habebat necessitatem, neque utilem Diabolus ad finem, in quem deducere

saragebat mulieres illas, ut videlicet crederent, quæ erant
 contra fidem de pluralitate Deorum, & conuersione homi-
 num in Deos, ut paganorum error habebat. Præsentis autem
 delationis malitiosam & versutam causam, seu rationem
 habet nunc Diabolus, de quo supra dictum est. Vnde cum
 non sit eadem ratio præcipiendi, non idem etiam præcipi
 facile deducitur. Et consequenter ex eo non sequitur, quod
 sicut non illa, ita nec istæ portentur. Et multo minus præci-
 pit capitulum illud tale quid non esse credendum, quia ta-
 lis delatio sit absolutè, vel etiam ordinariè, impossibilis. Le-
 ges etiam admittunt non solam quod est possibile per na-
 turam, sed etiam per altiore[m] virtutem, huiusmodi est Dia-
 bolica virtus: licet de talibus non se intromittant, ut sapiant
 vel iudicent qualia sint: sed hæc superioribus legibus, hoc
 est, theologalibus deserunt discutienda. Aliàs nullum mi-
 raculum, nullum etiam Angeli vel Diaboli opus admitter-
 rent canones, aut supponerent leges ciuiles. Quod falsissi-
 mum est, cum sint plurimæ à Christianissimis Imperatori-
 bus promulgatæ. Christiani autem habent talia de necessi-
 tate concedere. Falsum est, ut vterius quod assertit quantum
 dictum fuit, imò tex. d. c. Episcopi, distinguit quæ sunt
 contra fidem: ab his, quæ non sunt contra fidem, ut ex supra
 dicta declaratione cap. in responsione ad quintam rationem
 aduersarij patere potest: & similiter in primo nostro opere,
 in solutione primi argumenti. Licet etiam non sit necessa-
 rium, omnem textum explicare, omnem distinctionem,
 quam admittere potest. Aliàs nullus indigeret glossa, nul-
 laque regula pateretur exceptionem. Falsum est etiam quin-
 tum dictum eius, imò periculosum valde est dicere, quod
 textus ille indistinctè præcipiat, ista non esse credenda, &
 quod non fiant in corpore quasi non possint fieri in corpo-
 re, & quod nihilominus recordarentur Patres illi, Christum
 fuisse portatum in corpore super montem à Diabolo, &c.
 Inquit enim iste modus loquendi, quod vel Euangelio non
 est credendum, vel Concilium, cui putat standum in om-
 nibus, docet falsa & præcipit contraria Euangelio: quorum
 neutrum sanam promittit fidem sic dicentium. Quod ergo
 illi patres fuerint prædictorum memores non negamus. Sed
 quod non ista pro tunc attenderint, non fuit, quia non cu-
 rarent de illo exemplo, si fuisset ad propositum suum: sed
 quia

quia non faciebat pro decreto suo neque illi contradicebat,
 eo quod non negarent possibilitatem: talis delationis, quam
 illud inferebat exemplum. Dicere autem absolute, quod
 non est curandum de illo exemplo, est dicere quod non sit
 curandum de Euangelio: quod quantum fidem prætendat
 in dicente, quisquis is est, viderit. De exemplis etiam non
 est iudicandum, ut aliquis possit solum exemplo al-
 terius damnari, quia posset ille non iuste fuisse damnatus,
 sed est curandum ad inferendam aliquam possibilitatem
 absolute si per exemplum (ut hic accidit) innumeri con-
 rorentur. Vnde patet quod autoritas ista non est ad propositum.
 Et hoc sæpè contingit aduersario in his suis tractati-
 bus, inducere, inquam, tam Philosophorum, quam legum
 autoritates, non ad propositum, & cum fallacis ambibo-
 logiæ, vel equiuocationis, vel figuræ dictiōnis. Quod si
 forte Arist. inducatur, dicens in primo Priorum de exem-
 plis, quod ponuntur, non quia semper ita sit, (se i ut discen-
 tes assentiant. Responderetur, quod Aristoteles hoc dixit, quia
 pro exemplo inducitur sæpè, quod falsum est vel fictitium,
 eo quod non quaritur quantum loque similitudo ex suo esse,
 sed ex sua ratione, quam importat. Si verò sumatur simili-
 tudo, vel quaratur ex eo, quod est aut fuit in re, per exem-
 plum, valde curandum est, ne falsa dicantur, aut introducā-
 tur pro veris. Et sic est in proposito: quia super veritate præ-
 dicti exempli de Christo fundatur, & ex ea inferitur veritas
 possibilitatis prædictæ delationis. Vnde hanc negare, est
 negare Euangelium. Et quod addit hic homo, quod ea, quæ
 raro accidunt, non faciunt regulam, si intendat de his, quæ
 accidunt à casu, vel à fortuna, verum est, quod non cadunt
 sub regula, quod sint nunc vel tunc, hoc vel illo modo fa-
 cienda: licet etiam sub hac regula legali cadant, quod non
 sunt ita iudicanda sicut ea, quæ ex intentione facientis pro-
 cedunt. Sed ea, quæ licet raro accidunt, tamen vel necessa-
 riò, vel ex intentione naturæ, vel agentis à proposito, & se-
 cundum directionem rationis proueniunt, ista, inquam, ca-
 dunt sub regula, si sint moralia vel ciuilia. Sicut dantur le-
 ges & regulæ circa electiones Papæ & Imperatoris, & circa
 multa alia rarissimè contingentia. Sicut etiam est scientia
 de his quæ raro contingunt, sed tamen necessariò in natu-
 ra, puta, de eclipsibus. Veruntamen ea quæ consistunt strige

De exemplis
 non est iudi-
 candum.

F. Baribol. de Spina in Ponz. de Lam,
iam nunc ratio non accidit: sed quam frequenter, ut ex
processibus earum patet.

*Diabolum sic inferno religatum teneri quod non
possit ad nos tentandos accedere,
sapit heresim.*

C A P. V.

Sextum etiam dictum aduersarij non procedit: sed in-
gnit dicentem, valde ignarum sensus sacrae scripturae, &
habere periculosum sensum de illa Diaboli religatione:
hunc, inquam, quod Diabolus sic sit per mortem Christi
ligatus in profundum inferni: quod non possit ad nos ten-
tandos accedere, cuius contrarium docuit Christus, quan-
do dedit potestatem Apostolis, & successoribus, eiciendi
dæmonia. Docet Paulus, qui dicit ad Ephes. 6. quod non est
nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed ad-
uersus principatus & potestates, & aduersus spiritualia ne-
quitiæ in cælestibus. Docet Petrus, qui dicit. 1. Petr. 5. quod
aduersarius vester Diabolus circuit quærens quem deuoret.
Docet denique tota mater Ecclesia, concinens: Mundus,
caro, dæmonia, diuersa mouent prælia. Docent omnes
Theologi, demonstrantes, quod substantiæ spirituales ibi
tantum sunt, ubi operantur. Vnde si in inferno Dæmones om-
nes religati sunt, nihil poterunt in hoc mundo penitus
operari, neque homines etiam spiritualiter aut corporaliter
tentare vel molestare, contra manifestam omnium Do-
ctorum Catholicorum sapientiam, & communem vni-
uersitatisque experientiam. Mirum, quod talia non aduertit
Aduersarius, cum sit Christianus, & potest se in talibus non
ignarum. Dicitur autem religatus Diabolus per passionem
Christi quia iam non habet potestatem, quam prius habe-
bat, impediendi liberum Sanctorum transitum ad cæle-
stia, cum sine macula decedunt, vel purgati redduntur.
Aperta est enim modo ianua paradisi talibus sanctis ani-
mabus, soluto per Christi passionem pretio, ad quod tota
natura humana propter peccatum primi parentis erat obli-
gata. Et hoc impedimentum potestati Diaboli attribue-
batur, eo, quod deuicerat tentando primum parentem: &

*Diabolum reli-
gatum per pas-
sionem Christi.*

ob

ob hoc in seruum eius totum fuerat redactum genus hu-
manum: quia à quo quis victus est, eius seruus factus est,
1. Petr. 2. Nunc autem, quia per Christi sanguinem sumus à
tali seruitute redempti, sic crepti de potestate eius, ut non
habeat potestatem impediendi transitum animatum, aut
eas detinendi, dicitur esse ligatus. Posito etiam, quod prin-
ceps Dæmonum, qui quasi à toto mundo ante aduentum
Christi adorabatur, & ex hoc vocabatur à Christo princeps
mundi huius esset sic, ut aduersarius imaginatur: in inferni
voragine ligatus catenis vel funibus, nec posset per se &
immediate, quenquam tentare, nunquid per hoc sequitur,
quod non posset homines tentare aliorum ministerio vel
obsequio, & per eisdem omnia facere, quæ narrantur de
strigibus? Dicitur etiam religata potestas Diaboli, non quia
non eandem habeat cum augmentata in dies malitia, sed
quia non tantam super homines exercere potest, ut antea
faciebat, coercentibus nunc eum sanctis angelis, & se va-
lidius defendentibus sanctis hominibus per virtutem Sa-
cramentorum, quæ ex passione Christi, & originem & vi-
gorem habeat. Plenam autem potestatem tempore Anti-
christi reassumet, permittente Domino, & sic exigente de-
fectu fidei, qui vniuersaliter penè erit in mundo.

*Non permittere Deum à Diabolo striges decipi.
sine ratione dicitur.*

C A P. VI.

Septimum quoque dictum aduersarij non procedit. Nam
Siquid permittat Deus, vel non permittat, non potest sci-
ri, nisi ex reuelatione in supernaturalibus, vel ex euentu in
aliis. Cum ergo permiserit delationem corporalem & in
Christo, & ex hoc cognoscatur id esse possibile fieri circa
alios etiam, si per rationem naturalem non cognoscetur,
non debet negari, Deum non permittere tale quid in aliis
reperiri, cum de euentu habeamus rationabilem causam,
nisi comprobaretur repugnare sacrae scripturae, vel signo ei
æquivalenti, puta si per verum miraculum comprobaretur,
hoc non permitti à Deo in aliis: vel certe repugnaret
expresse determinationi Ecclesiae, quæ in proposito non in-

uiciuntur, ut dictum est. Vnde cum habeamus humana iudicia huius effectus, quantum possunt de eo haberi, per testes & confessiones, per causas & effectus, ut in primo opusculo deductum est: valde stolidæ & obstinatæ mentis est, ista negare à Deo esse permissa. Ad oppositum autem non habemus, nisi rationes valde sophisticas, vel procedentes ex malo intellectu sacre scripture & canonum, vel ex ignorantia potestatis Dæmonis, & prodiorum, quibus ista possunt fieri, vel non fieri verè delusorie. Octauum etiam suum dictum non mouet. Ideo enim Diabolus viles personas homo magis tentat, quia eas facilius per voluptates trahit, quibus se privatae sunt. Prius enim maiorum generat appetitum. Et indigens rem partam auicibus conseruat, sicut illi à quo tale bonum habet inherens, ne forte si ipse procedat, amittat quod ad se conuulsiuit. Nobiles autem & diuites, commoditatibus & delectationibus abundantes, sapientiores autem præstant iudicio & timore Dei: & idè etiam forte ex emulsiuone quandoque in libris sunt prohibiti, cuius tamen ista abhorrent & derelinquunt, licet hoc etiam in omnibus difficile propter magnam potestatem, quam in eis iusto Dei iudicio ob criminum enormitatem accepit Dæmon etiam quoad corpus. Et quod additur, tam non esse acceptandum respiciendum, patet quod ignorantè loquitur, & contra text. c. in fauorem de hæretici. Vnde non est aliter audiendus in hoc. Fama quippe debet oriri regulariter à fide dignis & honestis, seu infamia ista potest & ab aliis oriri, dum modò notitiam criminis habeat, à cuius accusatione soli inimici capitales excluduntur. Potest etiam oriri & causari infamia ex propria confessione, etiam si ea, quæ sunt sufficientia iudicia ad interrogandum, non essent iudicia sufficientia ad damnandum. Prædicta autem omnia sacre concurrunt in processu contra tales personas. Patet igitur, quomodo solutio aduersarij ad illam tertiam rationem ex omni parte deficit.

Privatio maioris appetitum generat. Indignitas rem partam auicibus deseruit.

Fama debet oriri regulariter à fide dignis, seu infamia potest oriri ab aliis.

297

Solu

Solu. Ponzin. ad rationem secundam ex appetitu, quo se diabolus cupit adorari, sicut: ut ipsa ratio infirma esse manifestatur.

CAP. VII.

Quarta ratio pro veritate, talis est. Diabolus vult adorari ab istis personis, ut Deus: ergo magis in vigilia quam in somnis. Vnde à Saule Rege Iheric. voluit adorari in vigilia, & similiter idem requisit, licet non obtinuerit à Christo, Matth. 4. Et istæ mulieres dicunt, quod portantur à Diabolo gratia delectationis, & quod adorant eum: ergo verisimiliter credendum est, ipsum Dæmon in eas portare ad ipsum ludum verè & realiter, ut etiam verè & realiter adoretur. Respondet aduersarius, quod non sequitur hoc ultimum, & sufficit, quod adoretur in domibus eorum, sicut & aliquæ confitentur se facere, vel saltem in mente, sed contra. Licet enim ratio prædicta per se sola efficaciter non concludat, sed solum adiunctis depositionibus, testificationibus, confessionibus, & euentibus, &c. eo tamen modo, quo à verisimili procedit & persuadet, ea non deficit responsio data. Non enim negat ratio quod Diabolus non possit se facere aliter adorare, sed persuadet, quod etiam prædicto modo faciat. Licet enim eius inuidia, quam habet in hominem aliquammodo satisfaciat, dum eum in ruinam inducit peccati mortalis & amissionis beatitudinis, à qua ipse cecidit, non est tamen his plenè contentus, sed in grauiora, quoad potest eum conatur deicere crimina, ut non solum corde, sed opere non solum secreto, sed publicè Deum offendat, neget, excretetur: sibi in vehementius scandalum publicè se offerat, & homagium adorans faciat: ut sic Deo similis, prout superbus ab initio desiderat, videri magis sataget & anhelet, quam facturus sit membrum illius Antichristus, de quo tamen dicitur 1. Thess. 2. quod in templo Dei sedebit, id est, publicè extolletur se tanquam sit Deus. Ideo etiam tales personas remotius porrat, ut facilius ad vota sua fluctat remota suspicione, quod à Catholicis videantur & accusentur, subministrata fiducia, vel minori timiditate, ex consortio vniuersali eadem perpetrantium & exemplo plurimorum. Datur etiam facilius in remotis libertas, & omnis commodi-

De adoratio-
ne Dæmonum
4. Ratio.

Sol. Ponz.

Reprobatio
Solu.

Cum loquendo
disponitur
Sæp.

*Responso Ponzi. ad rationem sumptam ex permissione
diuina. respectu malorum, qua sunt à
strigibus, pariter vt ipsa
ratio deficit.*

CAPVT VIII

5. Ratio. **Q**uinta ratio veritati fauens talis est: Deus permittit
Sol. Ponz. multa mala fieri opere Dæmonum, vt probentur au-
dicentes, quali deuotione & fide sint erga eum. 2. 6. q. 5. Nec
mirum, circa si. ergo & hæc. Si enim essent delusiones, nul-
lus tentaret velle experiri, sed potius ea sperneret. Respon-
det Aduersarius, quod non sequitur: Deus permittit hæc
ergo illa: quia est arguere à separatis, quod lex non permit-
tit &c. Addit etiam, quod satis probantur esse deuoti erga
Reprobatio Deum, qui nolunt talia credere verè fieri, vt potè abomina-
Soluit. bilia. Sed licet hoc etiam argumentum parui momenti sit,
sua tamen etiã responsio nõ satisfacit. Non enim vis argu-
mèti in hoc cõsistit, quod si hæc vel illa mala permittit aut
permittit Deus, sequatur necessariò, quod ista permittat. Sed
quod sequatur necessariò quod ista permittere non est im-
possibile, aut incredibile, aut indecens vel contrarium diui-
næ sapientiæ, aut iustitiæ, vel misericordiæ, prout putant,
qui oppositum conclusionis nostræ cum aduersario dog-
matizant. Quod autem ita de facto eueniat, aliis proba-
mus viis. Quamuis autem si quatur hoc bonũ ex permis-
sione malorum, quod videlicet probantur deuoti: non ta-
men propter hoc solũ Deus mala permittit, sed multa alia
bona elicit ex malis, vt est reuerentia & integritas diuina
iustitiæ, punientis peccata personarum flagularium, vel
etiam vniuersitatem aut principum, talia non punientium.
Sæpè enim peccatum permittit Deus in punitionem alte-
rius peccati secundum illud Apoc. 1. 22. Qui in sordibus
est, sordescat adhuc. Propter diuinam etiam sapientiam &
providentiam ista contingunt, quia licet malitia Dæmo-
num & malignorum hominum sic frenet, vt non tot mala
faciant, vel alii inferant, quot anhclant: suauiter tamen
omnia

omnia sic deducit, vt libertati operantium non inferat in-
iuriam. Deuoti autem, & verè Dei fideles magis apparent
& sunt, qui oblata sibi maximas voluptates, & singulares
curiositates respuunt, ne à Deo vero recedentes, vel in mi-
nimo, Diabolo animarum nostrarum hosti consentiant,
aut sacrosanctæ fidei abrenuncient & Baptismo, quàm qui
taliam tam rationabiliter asserta credere nolunt. Ostendunt
enim isti se viribus spiritualibus esse sic destitutos, ita se
carnalibus mancipatos & deditos, sic in fide instabiles,
quod si putarent ista vera, se continere non possent, quin ca-
molirentur & satagerent experiri, ita quod potius vellent
fidei & Baptismo abrenunciare, quàm ab his voluptatibus
alieni fieri. Si ista etiam idè non essent credenda, quia
sunt abominabilia, minùs essent credenda maleficia pessi-
ma, quæ dicuntur fieri à pessimis idem, & sceleratissimis
hominibus opere Diaboli suffultis, & essent indeuoti sacri
Theologi, qui hæc & illa pariter docent, Domino permit-
tente contingere, deuotionemque ab hoc viuo quaerent
adipisci. Vtinam ex hoc ostenderet se magis indeuotum,
imperfectum, imbecillum, virtutibus & spiritu tali timore
nolens ea credere, quæ tot assertioibus comprobantur
accidere. Quinimo suæ huic imperfectioni, nec non igno-
rantia, labem pessimam præsumptionis apponit, & iniustæ
suspectæque de fide persecutionis in inquisitionis officium
macula sordidatur. Deuotissimi sunt & fidelissimi Christi
milites, nobiles & principes, qui audientes talia fieri in vi-
tuperium Christi, & fidei Catholicæ & cognoscentes, quod
id verè contingere, nõ sine ratione sacri Theologi affirmât,
quorum principaliter interest ista cognoscere, eisque faci-
le credentes ita in his sicut in aliis pluribus, quæ facultatem
illorum accedunt, fauorem omnem & auxilium, quoad
possunt, impendunt & tale sceleratissimorum hominum
genus extirpetur longèque à Christianorum sinibus pro-
pellatur. Et contra imprudentissimi, indeuotissimi vel
etiam infideles sunt, quia ea quæ credenda sunt non cre-
dunt. Et quod magis dolendum est persequentibus inimi-
cos Christi, viribus corporeis, vel etiam literalibus se op-
ponunt, exponentes se (licet contra intentionem suam)
maximo periculo, quod censcantur manifesti fautores hæ-
reticorum

Persecutio In-
quisitorum.

reticorum & consequenter, quod ab Inquisitoribus merito molesterentur. Et quod non moueantur nonnulli ex deuotione, quam fingunt, hoc est euidentissimum indicium, quod pecuniis acceptis vel promissis, vel amore carnali, aut emulatione & inani gloria plurimi persecutionem Inquisitoribus excitant. Sed patres Inquisitores, si solū Deum inuenerint, fideique zelo ad officium, quod sibi ex præcepto sanctæ matris Ecclesiæ sub censuris diligenter perficiendum incumbit, innictè prosequantur, etiam hos persecutores, qui potissima causa sunt, quod pestis hæc inualeat, & innumera multitudo animarum pereat à Christi fidelium consortio, quasi lupos arceant ab ouium grege.

Quatuor rationes infirma seriòse recensentur
cum solutionibus Ponz. magis do-
ficientibus.

CAP. IX.

Ratio 6.
Negatiua est
non ens.

Sol. Ponz.
Non enim
non sunt san-
ctus.

Reprobat, so-
lut.

SEXTA pro veritate ratio talis est: Hæc opinio est affirmatiua, ergo probabilior, quia, qui negat nihil potest, & negatiua est non ens: & idèo improbabilis, quia non potest directò sensui subiicere, quia entium sunt sensus, non autem non entium: secundum Philosophum. 2. de anima. Respondet aduersarius, quod in criminalibus non minus creditur negantibus, quam affirmantibus. Præ hæc pars habet præsumptionem iuris, imò iure probatur in c. h. p. Item negatiua probatur, eo ipso, quod affirmatiua opposita non probatur. Sed licet etiam ista præmissa ratio subtilis sit, nec ab aliquo sapiente inducatur, sed solùm fortè ab æmulis, vt ex debilitate rationum, quibus videatur opinio nostra fulciri suspecta merito de veritate reddatur, imò derisibilis appareat. Nihilominus eam etiam aduersarius male dissoluit, quia falsum est primò, quod opinio contraria habeat suspicionem iuris, vel probationem in dicto cap. Episcopi. vt sapius est ostensum. Derisibile est etiam dicere, quod vniuersaliter verum sit, negatiuam probari, si opposita affirmatiua non probetur. Aliàs si non probatur, quod Rex Franciæ sederet, ex hoc ipso probatur

esset, quod non sederet: & sic de aliis. Est tamen hoc verum acceptandum in fauorem Rei, in iudiciis. Statur enim negationi eius, si aliter affirmatio non probatur per testes, sed in proposito sunt inuictissimæ probationes, & clarissima indicia pro affirmatiua, & opposita negatiua à nullo sapiente probari potest.

Septima ratio talis est: Præsumitur potius veritas, quam fictio. 1. 3. hæc verba. ff. de negot. gest. Respondet aduersarius, quod magis vrger, vt hæc extimentur ficta, quia procedunt à Diabolo deceptore, & mendace. arg. in d. c. Episcop. Sed quamuis hæc quoque ratio efficax non sit nihilominus falsa est illatio aduersarij, quod idèo hæc extimanda sunt ficta, quia procedunt à deceptore. Dicitur enim supra, quod qui propterea quod Diabolus est deceptor, & habet mille nocendi modos, putaret Diabolum nunquam veritatem dicere, aut quicquam verè facere, vel fecisse esset hæreticus, quia hoc repugnat sacris literis. Maleficia etiam vera, eius malitia illata, id ipsum comprobant. Quæ etiam narrantur, non omnia per Diabolum sunt, aut perficiuntur, sed ab hominibus, & per homines, vt clarum est.

Octaua ratio in fauorem veritatis inducta, talis est: Diabolus contradicit honori Dei, & fidei, quantum potest: vnde procurat, quod verè & realiter fiant opprobria fidei, conculcando realiter crucem, &c. magis quam fictiue, & in somnis, &c. Respondet Aduersarius, quod per illa soluitur hoc argumentum, quæ dicta sunt supra ad quartum. Sufficit enim Diabolo, quod adoretur in domo, &c. Sed licet hoc argumentum non arguat factum, sed maiorem probabilitatem facti veri, quàm illiusorij: sua tamen responsio supra etiam euacuata est, quæ dedit ad quartum. Nò enim sufficit Diabolo, adorari simpliciter, sed ex superbia sua appetit similis esse Deo, & adorari vt Deus publicè, & coram multitudine quantum potest. Non respondet etiam aduersarius ad motiuum de affectato per Diabolum reali & non phantastico contemptu Christi & fidei, & factamentorum. In somnis enim accidens talis contemptus non imputatur per se ad peccatum. Maius est etiam opprobrium, publicè Christum contemnere, quàm secretum in domibus, & à paucis similia fieri etiam vigilantibus. Maius autem edit Christum Diabolus quàm quouis alia crea-

Ratio 7.

Sol. Ponzini.

Reprobat.

Solut.

Ratio 8.

Diabolus con-
tradicit hono-
ri Dei & fidei
quantū potest.

Responsio
Ponzini.

Reprobat.
Solut.

eura quemcunque inimicum vnde maximam in eum confusionem procurat, quantum potest. Et eo potissimè cum ex tali publico contemptu maior sequatur animarum ruina quam rota intentione desiderat, & omni qua potest malitia procurat.

Ratio 9.

Diabolus non curat de forma sciendi, modo inducat ad factum.

Ratio ad idem non talis est, Contrariorum est eadem disciplina: ergo sicut publicè abrenunciatur Diabolo in Baptismo, ita vult sibi publicè homagium fieri, & Christi dei atque Baptismo abrenunciari. Eadem enim solemnitas debet interuenire in dissoluedo, quæ in confitendo. Respondet aduersarius, quòd Diabolus non curat de forma sciendi, dummodo inducat ad factum, scilicet ad peccatum, & ad interitum hominis consequenter. Nec ad substantiam Baptismi requiritur illa solemnitas, &c. similiter non omne destruitur eo modo, quo colligitur, nihil tam naturale, ff. de reg. iur. in glo. Nec reicitur quis à communione fidelium eo modo, quo recipitur: quod patet per comparationem Baptismi ad anathema. Argumentum ergo remanet sublatum, quia ad tollendum argumentum sufficit dare instantiam. l. q. 4. sicut vrgeri. & 9. Ethic. Sed sicut præcedens, ita & hoc argumentum non concludit, nisi maiorè probabilitatem, quam non tollit responsio aduersarij. Et primò patet ex dictis, quare Diabolus non satiatur de quocumque modo contemptus Dei & diuinarum, ruinae hominum. Secundo patet, quòd licet ad substantiam Baptismi non requiratur illa solemnitas: præcipit tamen eam Ecclesia, vt conuenientem, quia fit, quasi quoddam matrimonium ante cum Christo, quod debet publicè fieri non minùs quam matrimonij carnalis contractio. Et etiam quædam similitudo in ratio facta summo Principi votumque solene factum Deo, quæ omnia regulariter requirunt solemnitatē multitudinis, quæque suo modo, ergo præ superbia, cum Diabolus appetat Dei similitudinē, appetit consequenter, quòd homagium sibi & apostasia à Christo publicè fiant. Nec est bona instantia illa: nam excommunicatio & anathematizatio publicè fit, & cum solemniter extinguendo ac ad terram proiciendo candelas in Ecclesia publica per Sacerdotes, vestibus sacerdotalibus indutos, &c. Sicut etiam cum solemnitate multiplici fit ordinatio clericorum, ita & degradatio

pariter

pariter seu depositio à statu clericali fit cum solemnitate. Et si aliqua instantia alia dabitur non erit in similibus: & ideo non tollet probabilitatem argumenti.

Ratio decima ex d. c. Episcopi fundamenta sumens, malè soluitur ab aduersario.

CAP. X.

Ratio decima ad idem talis est: Capitulum Episcopi. Ratio 10. huic positioni non repugnat: ergo nihil obstat, quin illa credi debeant. Assumptum patet, tam quia loquitur in alia secta, vt potè existimantium aliquid diuinitatis esse extra vñ Deum: & quòd bestia super quæ seiebantur, essent factæ ab alio, quam à Deo: quæ duo ab his non dicuntur, imò ceant tam bestias eas portantes, quam principem apparentem. cui obediunt, Dæmones esse sic transformatos. Vnde propter hoc, quòd istæ credant se portari, non incidit in errorem. quasi credentes illis similia, &c. respondet aduersarius, quòd intellectus, quem ipse attulit supra in d. c. & per quem isto euacuatur, videtur amicus literæ & rationabilior, & magis fauere animabus: quia si pars contraria esset vera, inuitarentur quodammodo omnes ad malos appetitus, à quibus remouentur prædicando, quòd sint falsa. Et propter hoc emanauit fortè dispositio illius capituli. Dubia autem debent benigniorem interpretationem accipere. Istæ quoque sectæ similes sunt, quia mulieres istæ sicut ille aliqui diuinitatis Dæmoni attribunt, cum illum adorent, sicut illæ Dianam, &c. Sed licet ratio inducta non habeat propriè vim argumenti, sed magis responsio ad obiectionem, quæ fit per dicta capituli illius: nihilominus eo modo, quo illationem habet, malè soluitur ab isto homine. Et supra clarissimè ostensum est, suum intellectum in d. c. esse falsum nec fauere, sed magis nocere animabus & esse causam maximæ ruinae in Christi fidelibus & in tota Ecclesia Dei. Nec inueniuntur, nisi sceleratissimi homines, & semi-infideles, qui facillè possint ad illa trahi auditis opprobriis contra Christum atque res sanctas à tali conuentu factas. Benignior quoque pars est, veritate

Responsio Ponzin.

Reprobatur.

zem agnitam predicare, quam impugnare, nisi quis benignitatem appeller peccare in Spiritum sanctum. Pium est Christi velari fidem, ne minimum quid in mundo inueniatur ei aduersum. Et impium caeca mente tot iniurias in Christum rite prolatas, non curare, & quasi sint illusiones, nolle attendere. Si enim audiretur, quod in tali maligno conuentu fierent coniurationes contra Principem vel libertatem, etiam si vnus solus testis & foemina esset, aut puer, sufficeret apud iustos, qui communiter assentatores sunt Principum, ad inquirendum, torquendum, damnandum, &c. Iustior est interpretatio, quae mouet Christi deos & fideles, fidem Christi ab omnibus hostibus eius, eorumque fautoribus defendere, quam quae mouet ad inferendum bellum Inquisitoribus, & molestam rem Christi agentibus. Tutissima pars est, animarum periculis obuiare, & magis corpora iniquorum horum in interitum dare, quam in populo scandalum, & veriusque hominis ruinam imminuentem, quasi somnia succifacere. Quod vero addit, sectam hanc esse similem illi, quia & istae Daemones adorant, &c. Respondemus, quod licet istae aliqua signa diuinitatis Daemoni attribuant, non tamen putant illum esse Deum, sed semper cognoscunt atque fatentur illum esse Daemone: & quod a Deo vero recedant, Daemoni obsequantur, solum prouenit, ut obtineant commoda. Vnde non sunt proprie paganorum errore detentae istae mulieres, aut idolatriae, sicut illae erant, quae putabant foeminas illas esse conuersas in Deas, quibus & diuinitati debitum honorem ob hoc exhibebant atque cultum: licet & istae iudicentur propter praedicta, ut haereticae quia a fide apostatarunt & Diabolo homagium de corpore & anima sua fecerunt & latría soli Deo debita, cum veneratae sunt. Et haec sufficiunt contra responsiones aduersarij, ad rationes pro conclusionibus nostris ab eodem inductas.

Explicit Apologia secunda de Lamijs. Incipit tertia.



ostremum igitur ostendimus tam rationes aduersarij contra nos inductas, quam responsiones eius ad rationes nostras, a veritate deuiare, consequenter ostendendum est vltimo, quod conclusio-

siones etiam eius ex praedictis rationibus & solutionibus deductae, falsae sunt omnes. Quarum haec est prima.

Conclusiones tres, quibus negat Ponzinibus striges abuti sacramentis, insidiari pueris, ac eosdem occidere: diabolum insuper incubum vel succubum esse reprobandum.

C A P. I.

Mulieres istae non portant corpus Christi ad ludum, nec alia obscena faciunt, quae in processibus Inquisitorum continentur. Sed dicitur, quod sicut conclusio ira ex hac falsitate sequitur, quod non portantur haec mulieres aut viri corporaliter ad ludum, ita etiam in se falsa est. Et re- rum euentus hoc ostendunt: quia comprobantur per testes & per confessiones, tam dantium, quam accipientium sacras hostias. quod in vigilia illas accipiunt, domi portant, & mane sequenti nocte cursus, qua dicunt eas portare, & in loco cursus vituperis affectas relinquere non inueniunt eas in capsula vel in domo, qua easdem sero habebant: ergo non somniarunt se eas portasse, quia inuenirent eas mane in manu, vel in capsula sua, sed vere portarunt. Pleni sunt autem horum processus Inquisitorum, quibus nolle fidem prestare, fatui hominis potius est, quam proteciui, vel ignorantis, &c.

Non est verum, quod ingrediantur nocte domos ad strigandum pueros. Quod etiam non videtur verisimile ea ratione: quoniam scriptum est, quod Deus iustus non patitur quemquam iniuste noceri cap. secundum Apostolicam. Item, quia cuilibet datus est angelus bonus, etiam ab vtero matris, ut cohibeat malitiam angeli mali. 2. distinct. 1. q. 2. artic. 5. Item quia (ut dictum est) potestas Daemonis adempta est per aduentum Saluatoris. Item quia aliis vita & mors hominis esset in potestate Daemonis, & malarum personarum.

Quod autem inueniantur strigati paruuli, hoc non est praedicto modo sed alio, scilicet per incantationes, & maleficia, vel etiam naturaliter per oculos videntes.

Sed dicitur, quod falsam esse conclusionem hanc; infirmam comprobantur experientia, de quibus aliquas in pra-

De sacra Hostia ad Diabolicum conuentum portata.

Secunda conclusio falsa.

De Angelo cuilibet ab vtero matris dato.

Reprobat.

An Deus non
permittat ini-
qua.

Sancti chari-
tate flagran-
tes, sæpe pro
peccatis alio-
rum peniten-
tiam agunt.
Deus in bonis
patientis sem-
per conuertit,
si sui doli ca-
pax & patien-
ter propter
Deum susti-
neat.

Deus punit
peccata pa-
trum in filios.

De custodia
angelorum.

in illo opere de strigibus, ad veritatem suadendam induxit ostendens pariter quomodo censendum sit, id esse possibile vel impossibile. Et quod addit, Deum non permittere quenquam iniuste nocere, si nihil aliud ad iatur, est falsissimum periculosumque in fide. Alias nullum nocumentum ab homine illatum esset iniustum. Et sic homicidæ ac fures & id genus flagitiosi homines non essent iniusti, quod nullus nisi forte talis diceret. Sed bene verum est quod talia non permittit Deus, quin etiam puniat vel nullum permittit propter iniustitiam, ex parte patientis, & in ordine ad Deum: quia nullus patitur, nisi pro aliquo demerito, seu culpa qua Deus offensus est, culpa, inquam, sua vel alterius, quam potest quis, ut suam per proprias passiones facere coactus, vel voluntarie. Sicut præ aliis omnibus Christus pro nobis passus est, voluntarie agnus innocentissimus, licet ex parte Iudeorum fuerit iniustissima talis passionis illatio. Similiter alij Sancti charitate flagrantes, sæpe pro peccatis aliorum penitentiam agunt. Sunt etiam omnes poenæ iuste à Deo permittæ, infligi hominibus merito peccati originalis: quas poenas pro originali solum infligit, Deus in bonum patientis semper conuertit, si sit doli capax, & patienter propter Deum sustineat. Si autem non sint doli capaces, qui patiuntur, cedit eorum poena in exaltationem diuinæ iustitiæ, & etiam in exaltationem diuinæ sapientiæ, qua iustitia originali propter peccata primorum parentum sublata, reliquit corpus nostrum, & quicquid in nobis passuum est in sua naturali conditione qua compositam ex contrariis, naturaliter alterari possit atque corrumpi. Punit præterea paruulos Deus, & similiter alios quoscunque propter peccata parentum. Visitat enim peccata patrum in filios, usque in tertiam & quartam generationem. Exod. 20. Similiter Domini ac Prælati propter peccata subditorum, conuerso sapius puniuntur, & præferim si vnus sit alterius causa: vel imitator, in scelere. Quod verò addit, cuiuslibet homini datum angelum ad custodiam esse, verum est: sed ex hoc non sequitur neque necessarium ob hoc est, ut Diabolo resistat in omnibus aut semper. Alias nullus periret in anima vel in corpore per Diaboli nequitiam immediate cooperantem præter communem naturæ cursum quod quidem falsissimum comprobatur, si his quæ passim in mundo referuntur

referuntur contingere, credendum est. Inscrutabilia sunt iudicia Dei. Iustissime permittit multa mala fieri per Dæmones, non obitate regulari custodia bonorum Angelorum, quibus quandoque innotescit quod non est pro tunc voluntas Dei quod malo Angelo resistant, sed potius ut permittat illius expleri satiarique malitia. Quorum tamen euentuum qui quandoque sunt horrendi & miserabiles causam homines non videntes, supra modum admirantur. Sic fuerat his temporibus accidisse mulierem præ desperatione quod à viro despiceretur, committentem se Diabolo, ab eodem priorius occidit, dum facta per eum fallaci promissione, quod eidem ad vota succurreret, illa donauit animam propriam eidem poscenti. Estimatum est enim illam in peccatorum tale profundum fuisse demersam, ut mereretur ex tunc omni angelico destitui præsidio, ac Diabolice potestati totaliter relinqui. Occideret autem Diabolus omnes peccatores statim, si posset, sed à bono angelo iuxta diuinam miserationem plurimi, & ut in pluribus, defenduntur, usque ad tempus diuinæ sapientiæ soli præcognitum. Expectat enim nos Deus (inquit propheta, ut misereatur nostri. Quam verò cõpleras nouit iniquitates impiorum, secundum quod suam misericordiam decet atque iustitiam, destitutos auxilio suo Diaboli seruitutis puniendos tradit. Quod verò repetit iste Dæmonis potestatem ademptam esse per Saluatoris aduentum, supra declaratum est, quomodo ad sensum suum, falsum est & hæreticum, & quod in vero sensu non militat contra nos, nec oportet repetere. Aliud etiam quod addit, quasi magnè inconueniens quod videlicet alias vita nostra & mors esset in potestate Dæmonis, & malarum personarum in virtute eius, non est verum sic absolute sequi, semper esse vitam & mortem hominum in Dæmonis potestate. Sed bene sequitur, quod aliquando, & respectu alienius, & hoc non nisi ex iustissima Dei permissione, ut supra deductum est. Cur etiam Deus innocentes in se pueros aliquando permittat à strigibus occidi vel laniari, plures in nostro opere rationes assignauimus, quos etiam si parentes vespere signo crucis communirent ac domino precibus commendarent, nil mali nocte illa proculdubio paterentur, defendere eos angelo bono sibi ad custodiam delegato. Quod verò addit, pueros per alia malicia strigiari, contra se ipsam iam pa-

presentes. Posset enim iuste id Deus permittere, ut de facto præterito punirentur, quod sic accusata, & ad quaestiones opposita confiteri iam cogeren- tur. Non est etiam sine tali excusatione facti, hoc putandum esse, quasi impossibile absolute, vel etiam ordinariè, quòd videlicet Deus permittat aliquos etiam innocentes accusari occulto aliquo suo iudicio: sicut & in aliis criminibus diuina permissione quòd- que innocentes etiam accusantur atque damnantur ab hominibus ex ignorantia excusabili, vel etiam ex malitia. Tales tamen si fuerint amici Dei suam innocentiam tandem manifestam faciant, aut in bonum eorum ceder, quidquid contra iustitiam patientur, puta in remissionem peccatorum, & in præmiorum cumulum propter patientiam. Id tamen non nisi rarissime Deum permittere, proculdubio credendum est. Et deprehendi facile posset delusio quando postmodum in vigilia non cõuenirent cum aliis dictis & factis, quæ contigisse referrentur in ludo. Non est autem ob hoc omittendum iudicium contra tales, quando iuridicè deponuntur, aut accusantur nisi expressè deprehenderetur illorum innocentia ex modo respondendi, quod prudentiæ iudicum relinquendum est, si enim simpliciter ex hoc motivo demitteretur iudicij prosecutio contra tales, par ratio esset ut etiam contra innocentes iudicario ordine facta iudicia vniuersaliter essent damnanda: quod est falsum, cum iura supponant, imò decernant, quod si iudex solus etiam pro certo sciret innocentem aliquem accusari, quando non posset innocentiam illius aduersus allegata probatè defendere, non deberet iustitiam petentibus denegare, & accusatum absolueret. Si conclusio ergo prædicta procederet, vel præacta pro illa ratio efficaciam haberet, omnia iudicia circa cetera quoque crimina deberent auferri, eò quòd plerumque interueniant iniustitiae, multa que falsitates, quinimo totius mundi decentissimus à Deo constitutus ordo violandus esset, vel ex toto tollendus: ex eo, quòd aliqua fieri contingunt contra, vel præter rerum naturam, ut monstra hæc igitur cum absurda sint, eo quòd propter ea, quæ contingunt, ut in paucioribus & per accidens, non est regularis ordo violatus siue mutandus, patet quòd propter hoc etiam quòd inferitur, si quandoque contingeret, non sunt opinio credenda vel iudicanda, quæ deponantur contra str-

ges, aut referuntur ab eis, imò sunt omni studio & seueritate funditus extripanda, quando eò hoc ipso deprehendantur esse magis periculosa, quòd sunt magis occulta, & ob hoc facile remedium adhiberi non possit.

Vbi Aduersarium iudicandus venit atque damnandus, alius gestu procarissimis damnare verbis.

CAP IIII.

Inquisitores debent facere adiurare illam opinionem, quòd *Cõclusio quinta* *Leatur ad ipsum ludum, seu quòd possintur personæ de ta falsa* *ex-* *locata ad locum in corpore: & verè, cum talis opinio sit re- exacerabilis.* *Reprobatis;* probata: quod puto notandum. O miram viri præsumptionem, o detestandam insaniam, Non adiurantur coram Inquisitoribus, nisi hæreses non abiurant, nisi hæretici. Ergo ne hæresis erit illa opinio, quam domini, Inquisitores defendunt, & secundum eam iudicant extrema damnatione dignos fidei inimicos, quàm illustres Theologi, nec non Canonistæ veram & Catholicam esse probant? O extremam viri stoliditatem, A quo reprobata est hæc opinio? nonne ab vno solo sic delirante Iurista, ut omnes sapientes Theologos ad risum prouocet, reprobatio eius? Theologi igitur omnes, imò iudices ipsi domini Inquisitores totius Italiz, Franciæ, Germaniæ Hispaniæ, qui huius opinionis sunt, & secundum eam inuictè defendunt Christi fidem, pestiferos apostatas è medio tollestes, coram Inquisitoribus adiurabunt? Quis autem erit in causa fidei iudex, si iudices ipsi iudicandi veniant. Certè bonum iam erit, ut S. D. N. constituat hunc præclarum virum iudicem vniuersalem contra Inquisitores. Sed melius est suæ saluti consulentes Inquisitores, hunc virum de hæresi ex hoc suspectum, quod opinionem reprobat, quæ firmitatem suscipit ex sacris literis Pontificumque decretis: in multis etiam deprehensum à veritate fidei in hoc suo opere deuiare. præoccupent: & contra eum citò procedant tanquam de hæresi vehementer suspectum, nec non hæreticorum fautorem, defensorem, ac pro modulo suo sanctissimi officij fidei impeditorem: publicèq; (nisi humilietur) de honestatum, omnem hæresim, & fauoriam abiurare faciant, quando sedir ad Ecclesiæ gre-

*Cremandus
traditur ab
auctore Pon-
z.*

mium voluerit: vel certe oblitinatum tradant brachio seculari: vel etiam damnent & igni, publico iudicio, et adat eius hoc opus ignorantia plenum, & infidelitate refectum. Ne forte si fuerint negligentes, plures pariantur ei similes aduersarios. Non possum non obtupescere, quando magis attendo conclusionis huius, imò auctoris eius stultitiam, si verum esset, quod dicit iste Miscellus. Papa quoque cum fauet Inquisitoribus contra tales, & piscopi, corumq; Vicarij, cum sint coniudices, Doctores quoque & omnes consiliarij concurrentes ad damnationem talium apostatarum, deberent hanc heresim abiurare: & iste solus, qui has ineptias inuexit, fidelis erit, imò abiurantium Index, & abiurationes ipse indicet atque recipiat. Hæc ab omnibus notari profecto debent, & inter omnia dogmata pessimum censeri.

Aduocandos esse Iuristas ad Inquisitorum processum formandos & perficiendos, quod Ponz. in b. septima conclusione nititur suadere, reprobat.

C A P. V.

*Conclusio septima
falla.
Iure consulti
confirunt leges
ad disputationes
Theologales.
Reprobatio.*

Postquam scientia nostra est conferens ad disputationes Theologales, maximè ubi agitur de executione iustitiæ, Doctores iuris sunt vocandi, vt assistant processibus Inquisitorum ac examinationibus & questionibus. Ipsi enim sunt tractatores criminalium, & non post perfectum processum differatur eorum vocatio. Et sic obseruari debent constitutiones cap. Vt commissi, &c. in de hæreticis. in 6. cum concor. Ergo ne sancta mater Ecclesia, quæ determinat, quòd solum semel & in fine iudicij debent sibi inuicem iudices fidei communicare processus, vt patet in extra. Bened. 11. Ex eo. & explicare per totum coram Episcopo, vel eius Vicario, si Inquisitor, vel eius Vicarius procedit, vel e contra, si Episcopus procedit, vel eius Vicarius, vocatis tunc peritis in Iure & Theologia. iuxta quod iubetur in dict. cap. Vt commissi, &c. Statuta de hæret. in 6. errauit & debuerat iniungere Inquisitoribus ne sine Doctorum presentia & consensu quequam iudicialiter attentata presumerent. Quæ presumptione pessimam. Nunquid igitur

tur cum opus fuerit stragem examinare, patres Inquisitores totum collegium Iuristarum tenebuntur aduocare, quæ secundum iura neque conuicem ad hæc vocare teneantur? Quòd leges conferant ad aliquas, non autem ad omnes disputationes Theologales, concedimus, & ad illas conferunt non nisi ancillarum more subseruendo. Hic autem homo vult esse iudex & censor Theologorum. Iustitiores sunt iuristæ criminalium civilium, non autem spiritualium, quale crimen est hæresis. Sed Theologi non solum sunt horum criminum primi tractatores verù etiam iudices & exterminatores. Non sic arctauit Inquisitores Ecclesia, vt tepeant peritorem quos aduocauerint, consilium sequi, Sed honorem deat eorum officio vt more principum iudicantium, sic habeant consiliarios & assessores, vt in eorum tamen sit potestate cum suo collega pro arbitrio proprio ferre sententiam. Modos etiam proprios habent Inquisitores in procedendo, variisque perentitiæ imponendæ consuetudines, quarum sæpenumero ignari sunt Iuristæ. Et ob hoc sæpè contingit eos esse impedimento Inquisitionis officio, Inquisitoribus que molestos, dum conantur eos arctare ad communem modum examinandi testes, aut reum: licet in hoc qui sunt prudentiores communiter remittant ad ipsos Inquisitores, vt sic etiam collegæ (vt par est) motu sibi inuicem deferant & Doctores eisdem (sicut ipse expertus sum) obsequen- tissimos se gratis præsentent zelo fidei, quam communiter (vt decet viros Christianos) inuicem tuemur. Et hæc dicta sint ad conclusiones erroneas Aduersarij, qui patribus Inquisitoribus obsequiosam se non præstitit, sed potius odiosam atque infensam; prouocans etiam alios sibi similes his suis scriptis, vt idem attentare non vereantur. Sed comerta nunc per hæc nostra opuscula talium scriptorum illius & opinionum vanitate, spero quòd tam ipse quam alij resipiscant, & ad propria studia oculos, manus, & alamque conuertent.

*Inquisitores
debent more
principum
discere.*

Vnum Oldradi apud quosdam Iuristas famosum
dictum de Lamiis reprobat.

Opinio Ol-
dradi de la-
miis.

Non omnis
inuocatio Da-
monum sapit
haeresim.

Reprobat.

Oldradus de
Ponte Laa-
denfis I.C. in-
signis taxa-
tur.

Positis autem praedictis conclusionibus suis in praedi-
cto tertio tractatu suo, Aduersarius subnectit alias 26.
conclusiones seu regulas vel dicta, tam ex doctrina Oldra-
di famosissimi doctoris, quam ex propria officina. Quibus
examinatis, nil falsitatis circa eas impugnare pro nunc oc-
currit, nisi vnum quod refert in 16. conclusione ex consilio
Oldradi 210. Hoc, inquam, quod non omnis inuocatio
Daemonum sapit haeresim manifestam, sed solum ea, qua
Daemon inuocatur vt faciat, quae non sunt ei propria, sed
creatori, puta, ad praenunciandum futura: non autem si in-
uocetur ad faciendum, ea quae non excedunt eius propriam
facultatem, puta ad tentandum foeminas de venereis & hu-
iusmodi. Nisi forte, inquit, fieret & hoc per modum adora-
tionis, secus per modum imperij. Sed deceptus est Oldra-
dus, & omnis qui eum sequitur in hoc passu, putans, quod
talis inuocatio, ad ea etiam, quae sunt Daemone propria,
quia non sapit hanc haeresim manifestam, quod videlicet
insinuet ex facto illo, esse aliquid Daemone attribuendum,
quod non est Daemone proprium, puta, futura cognoscere,
ideo nullam sapit, seu (quod idem est simpliciter non sa-
piat haeresim manifestam. Quod est arguere a particulari
ad vniuersalem negativè, contra regulas Dialecticæ, in pro-
posito sic arguendo: Non sapit hanc haeresim manifestè, er-
go non sapit haeresim manifestè. Sicut enim ex hoc, quod
aliquis non est sic homo, puta: Ioannes, non remouetur quin
sit homo, poterit enim esse Petrus, ita ex hoc, quod inuo-
catio Daemonum ad ea, quae sunt Daemone propria, non sa-
pit hanc haeresim, quod attribuitur Daemone, quod est Deo
proprium, non remouetur quin sapiat aliam haeresim, vel
infidelitatis speciem manifestè. Id autem non aduertit Ol-
dradus nec mirum cum esset purus Iurista, non habens ex
propria professione subtilem cognitionem distinctionis
haeresum vel specierum infidelitatis, nec praualens iudi-
care, quibus factis vel dictis talia deprehendantur, quae ad
haereses

haereses proprie spectant. Theologalis enim est haec discuf-
sio, sicut etiam eorum proprium est, de opposito infidelita-
tis, de sana inquam, & perfecta fide Christi plenè subtilissi-
me tractare. Dicendum est igitur, secundum sanctos
Doctores sacrosque Theologos, quod omnis inuocatio
Daemonum ex hoc sapit haeresim manifestam, quod sem-
per & inseparabiliter habet pactum infidelis amicitiae cum
Daemone tacitum vel expressum, verbo vel facto etiam si
sacrificia desint. Dum enim faciunt homines id quod a solo
Daemone institutum est fieri sub pacto inito saltem cum
primo facti auctores ad aliquid consequendum, abj. qui: pri-
mum in hoc imitantur, & quaerunt ex facto illo a Daemo-
ne consequi, quod expectant, proculdubio ratum habent
pactum, quod prius interuenit, & sine quo nihil consequi
possent ab inuocato Daemone, & sic conuincuntur pactum
tacitum & ipsi habere cum Daemone. Et quanto magis, si
aperta voce gestu vel actu Daemonem inuocant, eius im-
plorantes auxilium? Habere autem pactum quodcumque
tacitum vel expressum cum Daemone, ad Apostasiam per-
tinet a fide secundum August. & habetur 26. q. 7. Non ob-
seruetis: & secundum sanctum Thomam 2. dist. 7. quæst. 2.
art. 2. quia talia quae excedunt etiam hominis facultatem
(ex hoc enim Daemonem inuocat homo, quia per se non
potest) non sunt expectanda fieri per virtutem Daemonis,
neque quod ad principium vel medium neque quod ad com-
plementum operis: sed a nullo, cum mala sunt quae petan-
tur vel si bona a Deo solo, vel eiusdem virtute ab inimicis
illius. Iuxta illud Isa 8. Nunquid populus non quaerit a Deo
visionem pro viuis & mortuis? Vnde inuocando Daemonem
in talibus non tanquam Dei amicum conuincitur ad eum
recurere tanquam ad Deum suum, & habere pacta cum
eo infidelis amicitiae: & consequenter apostatasse a fide. Ta-
lis autem apostasia ad haeresim vertitur: imo est omnis in-
fidelitatis grauissima, vt patet per S. Thomam sec. 2. q. 12. arti-
3. comprehendens virtualiter omnes haereses, si simpliciter
cedat quis a fide, & cultu veri Dei & Domini nostri Iesu
Christi Domini adherendo. Vnde absolute & sine distin-
ctione omnis inuocatio Daemonis sapit haeresim mani-
festè. Sicut absolute & sine distinctione hoc dicit glossa in
verbo, Sapereat, cap. cum accusatus, de haeret. lib. 6. Non

Pacta enim
Daemonibus
quid impo-
nent.

est autem apostasia, nec ad heresim pertinet omnis inuocatio Dæmonum, vel familiaritas in loquendo præcipue cum acceptiis, etiam si mala sit, neque omne imperium præcipue ex parte Dei, quod pertinet ad exorcistas. De ratione enim inuocationis est quædam subiectio, habens annexas preces & cultum inuocantis ad eum, qui inuocatur tantquam ad vltimum refugium in re pro qua fit inuocatio, quem cultum semper obseruant Nectromantici & alij tales viri Diabolici, etiam si non querant à Dæmone consequi, nisi quæ possibilis sunt illi. Nullus enim negaret quin nefarias preces circa aras idolorum emit. ere, sapere sit heresim manifestè, vt glo. in eodem verbo confirmat, etiam si taliter operans diceret se id non fecisse, nisi ad consequendum Dæmoni possibilis, puta, mulieris amorem. Hoc autem non est nisi propter pactum tacitum, vel etiam expressum, quem ex hoc facto cum Dæmonibus conuincitur habere, quorum quidem idola plena sunt, & cõs. quenter propter apostasiam. Ergo multo magis, si ipse Dæmon immediate per se inuocetur, & non mediante idolo, quacunque ratione vel causa. Non est igitur in hoc sequendus Oldradus, vt potè, qui ad pauca respexit, & præcipue non considerando, quod de ratione inuocationis Dæmonis, est adoratio: quia cultus est cum subiectione, non referendo ad verum Deum. Inuocare enim in sacra Scriptura, pro acti latriæ sumitur. Vnde gloss. super illud Genes. 4. Iste cõ. in inuocare nomen Domini, sic dicit, Inuocare idem est, quod colere & deprecari. Et gloss. super illud Rom. 10. Quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit, dicit: Inuocauerit se subiiciendo & colendo. Et proprie Deo deberi inuocationem patet per illud Isaiæ: Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum, dum prope est. Et in Psalm. Inuoca me in die tribulationis. In cuius etiam signum per increpationem dicit Dominus populo rebeli & infideli. Iudic. 10. Reliquistis me, & coluistis deos alienos. Ite & inuocate deos, quos elegistis, quasi dicat, Deus tantum inuocari debet: Si ergo illi sunt dij vestri, inuocate eos. Et 3. Reg. 18. Dixit Hælias sacerdotibus Baal, Inuocate nomina deorum vestrorum, & ego, &c. Vnde patet quod inuocatio præcipitur fieri Deo, vt actus latriæ: & hac eadem ratione prohibetur fieri Dæmoni, Et consequenter omnis inuocatio

Inuocare est actus Latriæ.

Omnis inuocatio est cum adoratione.

tio est cum adoratione: nullaque cum puro imperio: quia adoratio est de ratione inuocationis, vt dictum est. Si autem per inuocationem ipse communiter accipiat vocationem Dæmonum, improprie loquitur, & in proposito non interuenit sola vocatio, sed vera inuocatio Dæmonum, eò quod antequam Nectromantici ac Malefici Dæmonibus imperent, vel eos ad vota cogant, præcedunt varij cultus & obseruationes nefariæ, sapientes apostasiam à fide secundum iuris interpretationem. quod non nisi exteriora diiudicat. Nullo ergo modo est audiendus hoc in loco Oldradus. Sanctis ergo doctoribus, quibus innititur prædicta glo. in verbo, Sapient, potius quàm Oldrado acquiescendum & adhaerendum est. Ex his omnibus patet, quod determinatio Aduersarij & prædictus eius tractatus, in nullo præualeat contra p. tres Inquisitores, sed multis falsitatibus refertus & ineptis, procul ab omnium sapientum oculis est abiiciendus. Et strigum pessima secta, debet omni conatu per ipsos Inquisitores procul omni timore fugari ac exterminari, ad fidei defensionem, & Domini nostri Iesu Christi laudem, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

F I N I S.

MALLEI
MALEFICARVM
TRACTATVS ALIQVOT
NOVI AC VETERES.

Opus nunc primam e variis auctoribus in unum corpus coarctatum.

*In quo prauaricatoris natura pernicax, nocendi avida potestas, prodigiosa reli-
gionis species, prestigiosa transformatio, fictitia Striginagarum transue-
ctio, deliciosa ludorum illecebra, & infinita propemodum hareses
cum exterminio poenisque eorum recensentur.*

TOMI II. PARS II.

Cum summariis, notulis, marginalibus & Indicibus auctorum,
rerumque ac verborum necessariis.

*Non inueniatur in eo qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia, neque angustia
nec sit maleficus, nec incantator, qui Pythones consulat, nec divinos, &
quarant de mortuis veritatem: omnia enim haec abominantur Domi-
nus & propter istiusmodi scelera delabit eos in introitu*

suo. Deuteronom. 18. cap.



IPGDENI,

Sumptibus Claudij Landry.

M. D. C. XX.

CVM PRIVILEGIO.



Prooemium Operis.



*T*ANTA est hisce temporibus hominum nocendi cupiditas, ut nihil sit à summo deorsum usque, cui effrenata cuiusque libido detrahere non conetur. Hoc certe communi omnium malo, ubi nullus ferè hominum annos suos in amaritudine animæ suæ recogitat. Atque utinam mentem & animam ad hoc miserabile seculum tantisper referremus, meritò non ingemiscere, & à gemitu cordis rugire non possemus. Vix enim scio, cui bono diuina providentia tam truculentos humani generis hostes viuere ac nobis conuersari patiatur: absit tamen altiùs ea mysteria perscrutari. Nullum quippe est tam turpe, tam execrandum, tamq̃ abominabile scelus, quod impia pestiferàque Sortilegorum atque Strigimagarum secta non leni quidem aut negligenti animo facere sint aggressi, sed tanquam rabidi canes per fas & nefas in dies singulos omnia tentarunt, adeo ut quòd mente conceperint scelus, id opere, nec non præstigijs facturis, quasi venenum veneno addentes, exequantur & perpetrent. Quod autem tam anxie optauerunt, Deo permittente, & Demone eorum patre & magistro improbe sollicitante, magna ex parte, proh do-

pori assequuturos se sibi pollicentur. Ac tam virulen-
tum eorum dogma, quod Paulo teste, ut cancer serpi-
tam sanè atque potenter grassatum est, ut vix ulla sit
sua Christiani orbis atque vniuersi prouincia, cuius
pars aliqua non sit hac peste infecta. Nec igitur est, quod
quis ignoret non paucos reperiri, qui peruersa cupidine
& malitia ducti, abiecto proprii baptismatis sacramen-
to, & Dei prapotentis vero cultu penitus derelicto, dia-
bolicam professionem sectantur, & pro mundi huius va-
nitatibus diaboli suffragia quarunt, eidemque tan-
quam suo proprio principi obedientiam cum iuramento
prestare non erubescant, eiusque mandatis postergati
diuinis parere, & quaecunque noxia fidelibus Christia-
nis infligere non cessant, ac omnia quaecunque, qua in
lesionem Diuinae Maiestatis, sacraeque legis corruptionem
ac sanctae matris Ecclesiae tendunt opprobrium, promptè
suscipiunt, & pro viribus adimplere student, quibus De-
monis illusionibus & prauitate diuersa maleficia in hu-
manis seu brutorum corporibus inferre contendunt, vi-
tasque insontium labefactare non dubitant, futuraque
predicere & occulta penitus cognoscere hac diabolica
obseruantia profitentur: quorum opera quidam appellat
sortilegia, quidam facturas, alij verò incantationes, alij
maleficia. Qua omnia arte quadam malefica & plerum-
que delusoria non sine daemone ministerio fiunt, & quasi
semper in alterius detrimentum vertuntur: vltimus
eorum effectus semper tendit in peccatum. Hi verò, qui
fraudibus ipsorum fidem praestant, & eorum cultus ad-
dicuntur,

dicuntur, non minimam animam faciunt iacturam. Inde
tot tantorumque malorum fons & origo: inde seditiones,
adulteria, supra, incastus, sacrilegia, veneficia, homici-
dia, membrorum debilitationes & mutilationes, foetus
abortiones, ac tum demum diuersa hominum & bruto-
rum agritudines, in fructibus pluuia, grandines, tempe-
states & procellae; arborum ac terrae nascentium quan-
doque sterilitates: iumentorum gregumque abortus in-
numeri, & quamplura infinitaque prope modum enor-
mia scelera, turpia atque nefanda facinora perpetrantur.
Ut verò his tam truculentis & mortis avidis hosti-
bus occurreretur, multi viri Catholici & docti ex orbe
Christiano se his opposuerunt pro muro Ecclesiae, qui ver-
bo & scripto contra pestiferas eorum superstitiones ac-
cerimè pugnarunt. Scripserunt aliqua Ioan. Laurent.
Anania, Bernardus Comensis, Ambros. de Vignate cum
Francisco Peña, Ioan. Gersonius, Io. Francis. Leo, Iacobus
Simancas, Alphonsus à Castro, & Paulus Grillandus:
plura scripserunt alij, quorum memoria aliquando reco-
letur. Verum & si ab his omnibus aliisque doctissimis
viris tam dextre pugnatum sit, ut planè & aperte de
his humanis hostibus triumphauerint, nunquam tamen
respuerunt, aut insanire desierunt. Tanta quidem est
illorum obstinata malitia & impudens obstinatio, ut
quamuis aperte conuicti, nunquam tamen errori cede-
re voluerint, immò potius duriores effecti, & in suis sa-
tiluris pertinaciores rabiem suam in dies auxerunt, tam
nouas, tamque diuersas & nobis ignotas quotidie indu-

uendo superstitiones, ut nihil aliud eo pensitare & excogitare merito credamus, quam quomodo eorum quilibet plus possit Christi fidelibus nocere. Isti sint necne serpentes illi, quos Deus per Hieremiam Prophetam minatus est se nobis immissurum, quibus (ut ille ait) non est incantatio, uideris. Nam furor istis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surda obturantis aures suas, quae non exaudiet vocem incantantis, & uenefici incantantis sapientem. Ea propter non tantum Sortilegorum ex varijs auctoribus facturas, sed horrendos etiam concubitus & congressus, qui sapius demonis ope & tentatione procedunt: pocula item uenefica & amatoria, & pœnas ijs impositas ex utroque iure clericis & laicis, huic opusculo subnectere visum est. Cum itaque & reipublice Christianae & totius uniuersalis Ecclesiae plurimum intersit hanc impiam sectam, cum animas tum corpora Christi fidelium sapissime vulnerantem, prout iustitia suadet corripere, & ab omni ciuitate propulsare & eliminare, non iniuria certe ipsa utriusque instrumenti sacra pagina, sancta summorum Pontificum & Oecumenicorum Conciliorum decreta, antiqua sanctorum Patrum testimonia, sacra Imperatorum, Regum & Principum leges & constitutiones, ipsa denique sanctae inquisitionis institutio, hanc nefariam pestem non tantum euitare, sed & à nobis auerruncare, exterminare, & mortis pœna damnare ut naturae humanae peregrinos & communis salutis hostes sanctionibus edicere delendos. Iam igitur satis superque compertum est nihil

est nihil eiusmodi facinorosis blanda prodesse tormenta: quapropter acerbioribus uendum esse medicaminibus, ut non amplius uerbis aut scriptis, sed fustibus & flagellis, gladijs & flamemis contra illos agatur, ut & pœna illos efficiat sapientiores, qui benignitate abutentes in sua hactenus persistant nequitia, & reliquis supplicium capitis det intellectum, quem nimia mansuetudo prestare non potuit. His igitur motus rationibus pœnas, quibus merito teneantur isti Sortilegi, aliquot huiusce opusculi locis & praecipue doctoribus, explicare visum est: ut sanctae inquisitionis censors de Striginagarum supplicio bene persuasi nullam earum pœnarum, quas ius utriusque contra tam impia & diabolica dogmata decernit, praetermitti patiantur, quin illas pertinacibus & obstinatis animis infligere iubeant, & pœnarum metae alij coërceantur, ne similes superstitiones praestigiosasque ritus & spurcicias effutire audeant, & sic tandem à suis erroribus resipiscant. Ac si forte illi (quod Deus pro sua clementia dignetur auertere) Pharaonem imitantes (tanquam malleatoris incus) indurati fuerint: alij tamen, ut credere par est alieno periculo sapientiores erunt: sed istis iam supersedeo, ut ad materiam & ad institutum redeam. Breuiter ergo & decisue per quaestiones & capitula, diuino fauente suffragio, habita notitia criminum distincte singulorum pœna, in utroque foro constituta, transcurrentur. Praesens itaque opusculum è varijs condunatū scriptoribus sub diuersis titulis multiplices itidem Sortilegorum & fascinariorum haereses

*ibi naturam, virtutem, & potentiam Dæmonis in ho-
 mines, versutias eiusdem, noctuam cupidinem & libi-
 dinem, illusionem & prestigias aduerteris, quibus homi-
 nes, & ut plurimum mulierculas & vetulas fragiliores &
 faciliores, ad vanas quasdã superstitiones specie menda-
 cii quarudã pollicitationum, voluptatum deliciarumq;
 fictitio apparatu, miraculorum etiam velamine futu-
 rorum omnium ut presentium & prateritorum respon-
 sis, varia apparitione, transformatione non tantum sua
 sed & Strigimagarum eius ministerio diuersa, & equi-
 tatione & transuectione ad ludos nocturnos bona (ut
 aiunt) congregationis, allicit & seducit. Ipsa verè ac ren-
 liter illis cõtingat in corpore, An solum illudantur in spi-
 ritu, factura & prestigia quæ arte malefica Dæmonis o-
 pe fabricantur, satis demonstrant. Quorum pestiferas
 hæreses ut retorqueamus, retundamus ac conteramus,
 penis eiusmodi facinorosis constitutis de iure diuino &
 humano, ciuili & canonico, in foro conscientie & con-
 tentioso, clericis ut & laicis, utriusque sexus hominibus
 totum opus absolvitur. Omnia tãdem ut expediam ve-
 luti post terga metentis spiculas colligens huius operis a-
 ceruo reconduntur, ut in nostri Anania libros de natu-
 ra Dæmonum commentarij vices subeant, & quod ipse
 vel non attigit vel omisit, reliqui saltem subsequentes
 ipsum exelicient & defectui suppleant. Atque sic extri-
 eata presens & proposita quæstio de diabolica secta &
 disciplina, in tam pestifera luis exterminium, malorum
 tamen conuersionem, & spem bonorum ab oculo Dæ-
 moni vindice prodeat.*





ELENCHVS

AVTHORVM HVIVSCE

SECVNDÆ PARTIS

SECVNDI TOMI.



- I.  O. A. N. Laurentij Ananiae Taberna-
tis Theologi libri 4. de natura
Dæmonum.
- II.  .R. P. F. Bernardi Comensis Ordi-
nis Prædicatorum Tractatus de Strigibus, cum
notis Franc. Peñæ sacrae Theologiae & I. V. Do-
ctoris.
- III. Ambrosij de Vignate Laudensis I. V. D. famosis-
simi elegans ac utilis quæstio de Lamiis seu Stri-
gibus & earum delictis, cum comment. eiusdem
Franc. Peñæ sacrae Theolog. & I. V. D.
- IV. V. M. Ioan. Gersonij Doct. & Cancell. Parisiens.
Tractatus de erroribus circa artem Magicam &
articulis reprobatis.
- V. Ioan. Franc. Leonis Ipporegionensis I. V. D. Episcopi
Thelesini libellus de Sortilegiis.

VI. Iacobi Simancae Patensis Episcopi Titulus vnicus de Lamiis.


VII. Alphonsi à Castro Zamorensis, Ordinis Minorum, regularis Observantiae, provinciae sancti Iacobi, de impia Sortilegarum, Maleficarum & Lamiarum haeresi, earumque punitione, opusculum.

VIII. Clariss. V. I. Doct. D. Pauli Grillandi Castillio-nazi Florent. dice. Arerim. criminal. causar. Auditoris, R. P. D. Andr. Iacobatij S. D. N. PP. Almaeque Urbis Vicarij Generalis vtilissimus Tractatus de Sortilegiis, eorumque poenis.



BENEVOLO LECTORI Typographus.



 *OMNIA* debemus virtuti, cui tamen omnes non omnia reddimus. Ipsi quod sumus id totum debemus: quod verò possumus id eidem reddimus. Si autem quantum vellem, tantum & possem, facile efficerem ut virtus me mali doli creditorem esse non quereretur. Verum cum virtus neque tam muliebriter importuna sit ut soleat, neque tam stultè futilis ut velit, exigere à bona fidei creditore quod non habet, satis me putabo fecisse officio, satis & fidei, si viros litteratos inuitem litteris, prouocimque precibus, ut quod virtuti debent virtuti & reddant. Opusculum tibi offero imbuendum, oblatum si recipias imbuendum, iam in reddidimus virtuti quod debemus: ego offerendo, tu recipiendo, sed tamen ut oblatum maiori cum suavitate recipias, per eam necessitudinem, qua nobis cum litteris intercessit arctissima, deprecabor, ut pusillum hoc opusculum à te recipiatur in fidem. Omnia enim & singula in te, qui nusquam hominem nosti, conspirant, ut nisi vernulam hunc in clientelam tuam recipias, quod virtuti debes, virtuti reddidisse non videberis. Quod ne fiat, paucis exorabo, quod vellem & deberem infinitis, si non cognoscerem naturae facilitatem verbis non tam multis expugnari, quam

Charit

Charitum necessitudine demulceri, sub auspiciis litterarum necessitudinis & facilitatis hac alexandrina & spicilegia prodeat. Illic prestigiosa prodigia, illis Strigimagia illecebra, illic etiam prestigiarum professores examinantur. Prestigiosa itaque tibi commenta dantur examinanda, quorum aciem oculorum praestringant vix scio: quippe antidota sunt prestigiarum, sed antidota Strigimagia non mendosa chalcographia: aliquot enim menda inter typos volente me ac nolente irrepserunt, quas minimè probaueris ac toleraueris mihi etiam non est dubium. Mendosa est nimium (fateor) hac editio ac nimium indigesta, implicita nimium & sine tanta rerum serie compilata, cui tamen si facilitatis & suauitatis tantillum indulgebis, accuratorem alteram & ampliolem sperabis. Hanc interim aequi consules si tibi mihiq; consultum velis, desiderio satisfacies si alteram editionem desideres. Ea re mansuetum mansuetus amabis, bene meritis merendum demerereberis, & virtuti quod debetur ipsi utrinque reddetur.

Vale & frueri. Lugduni Kalendis
Martijs Anno salutis huma-
nae, 1620.

DE NATURA DÆMONVM IO. LAURENTII

Ananix Tabernatis
Theologi.

LIBER PRIMVS.

PRAEFATIO.

DÆMONVM naturam, cuiusque vim nosse, rem summè arduam ac difficilem semper extitisse, cum apud Philosophos, qui de his nonnulla verè aliquantum scripta reliquerunt, cum ipsos etiam Theologos, quibus horum facultatem, non nihil altius scrutari excoelitus datum est, neminem esse vel in literis mendocriter tractum, qui ignorer, pro comperto habeo. Proinde, nec mirum cuiquam videri debet, si de eorum potestate, operandique modo, ne dicam simplici natura, nec dum hodie, vlla sciètia, suis numeris absoluta, ac vndique perfecta, haberi potuit: cum & de Astrologia, quã ante alias omnes ingenuas artes, ac scientias, mortales & colere & profiteri ceperunt, cuius materia tamen oculorum obtutui patet, adhuc exacta cogitatio haberi, minimè creditur: licet hanc non pauci, vel ante ipsum etiam diluuium, cognouerint, posterisque temporibus ipsi Chaldaei, Hebraei, & Aegyptij, postquam prius obseruauerint, quos simili studio exinde Graeci, Latini, demum Arabes, Persae, Indi, & Seres subsecuti sunt. Huius etenim rei causa fuit, eorum natura adeò abstrusa & à nostro intellectu magis remota, immò, cum sensibilis haud sit, penitus occulta: de quorum tamen spirituum substantia ac facultate, gentium sacerdotes, cum non pauca offecerint, multa scriptis prodiderunt, & sumius vetiora, ut nostri, cum sacerdotibus.

2
 Syri & Graeci, tum Latini Theologi scripserint: de quibus profectò spiritibus, haud eum eo (ut res ipsa postulare videbatur atque in cæteris cõtingi scientiis) dicendi lumine, aut ordine, hisce omnibus pertractatū fuit. Videre enim est, cunctos gentium peritos, etsi de his eleganter admodum differuerint, nihilominus tamen, ob eorum (qua sunt) diffiditiorē cogniti naturam, deluses forsitan, vel à propria eorundem spiritū astutia, plurimum à rei veritate declinalles: nostri vero Catholici sapientes, licet magis vera scripserint, nullo tamen Latinitatis stylo, nec elegantiz alicuius splendore, ob temporum illorum iniuriam, vsi sunt. Hinc factum, ut non omnino abs re, opera quæ pretium fore existimarem, si quæ magis consona, atque sparsim hinc inde de natura & potestate illorum scripta reperiri, cum à Platonici, aliisque gentium scriptoribus, tum etiam à nostris Theologis, ea pro virili nostra, ex ordine, singula suo loco in vnam collata, piis animis, ob oculos legenda proponam. In quorum eadem variis atque diversis, variorum multorumque auctorum, quos præ manibus habere potui, colligendis opinionibus, ita elaborati, ut diu multumque insudauerim simul, & asserim: apud ipsarum naturalem sagacitatem & solertiam insecutus, quæ, etsi diuerses per uolitant stercules, ex iis tamen diutaxat succos excerpunt, quos suis in stipendis fauis, naturæ instinctu, viles esse, cognoscunt deprehenduntque. Cunctæ enim Platonitorum sententiæ, quæ ab Ægyptiis & Chaldeis, de dæmonibus, relatæ, hisque acceptæ fuerunt, si veritati nullo pacto, mihi consentire posse, viderentur, eas, ut erroneas, reieci, & explosi. At ubi quid veri sub cortice continere, apparent, eas, cõcordes (quo ad eius fieri potuit) nostris cum Theologis reddendas curavi: ea vero, quæ nostri oranes, vel absurda vocabulorum barbarie, vel abditis verborum ambagibus, ob Latinæ Phrasos penuriam temporumque iniuriam inuoluerunt, nulloque dispositionis ordine collocarunt; hæc (inquam) puriori Latini sermonis phrasa efferre, suisque singula locis disponere sic enodatè, quantum licuit, studui. Tuum itaque erit, (benigne lector) hunc nostrum laborem, eo, quo nos in publicum damus, animo, bono nimirum & candido, accipere, hilarique & alacri fronte legendum aggredi: in spe sum enim non dubia, quicquid in hisce perlegendis, temporis etiamque posueris

Spiritus
 delusio &
 astutia.

3
 posueris eius re, (instar agri non ita sterilis) inde fructum vberitimum abundè relaturum.

Dæmones siue in rerum natura: quid & ad
 quid sint: varia philosophorum
 opiniones, & fidei nostra re-
 sponsum.

C A P. I.

Dæmones, ergo, iam diu certatum est inter Philosophos, aliosque antiquorum peritos, si atque, quos Deus in rerum natura fecit, an quo: solummodo hominum intellectus atque ingenium sibi effinxit, nec vlla inter eos concordia esse potuit: quoniam, etsi horum sectæ plures fuerint, nihilominus in omnes, hæc in re, tantum in duas diuisi sententias, maior horum pars, Epicureorū ac Peripateticorum opinionibus, inhæserunt: qui quidem nihil, quod non validis argumentis demonstratiõibusque cõsequi valuerunt, approbato, hos in rerum vniuersitate Spiritus celi superfluos, ac superuacuos, à natura prorsus exterminari: eosque duratæ Poetarum figmentis, vetularum fabulis, ac prudentum legibus, effectos esse, asserendo, ut & inferorū pœnas, quod mortales, à malo perpetrando horum terrore abstinerent, ac iuste humanèque viuere, cõiuescerent; idcirco hos Spiritus, in hominum opinionibus nomine tantum vagari, re ipsa autem nihil omnino esse, aut manere. Quibus omnibus obnixè resurgendo Stoici, qui Socrati, hos esse acceptum referunt, ac etiam Platonici, qui, variis proborū sapientumque narrationibus, frenti, que antiquis oraculis, plevisque historiis, quæ cuncta, hos aperte ostenderent, innixi ferè omnes, Dæmones in rerum natura, & existere, & multarum rerum causam esse proculdubio, asserere non dubitarunt. Itaque Peripateticis, & aliis quibuscunque, multi (ut dixi) fuerunt diuersum hæc in re sentientes, aqua (ut aiunt) & igni quæ si profanis, ac religio-
 hant, quæ nobis natura, ut exiit comparatum est, penitus aduersariis, acque ab eo non consuetudine remittentibus, optimo iure interdicerem: in quorum sanè opinionem ac sententiã, quod nostris cum Theologis hæc in re, pedibus iuerunt bis enim, fidei afflatis lumine, vera de eis, ut dictum est, super-

Dæmones qui
 ex Philosophis.

Stoicorum
 opinio, de dæ-
 monibus.

Peripateticorum
 & no-
 strorum
 Theologorum
 opinio.

ne concessum manifestare fuit, sanæ doctrinæ neminem
 vaquam discrepasse, in confesso est. Ea itaque de causa hi,
 tanquam omnino à veritate aberrantes, immò prorsus eam
 respicientes, omnes posthabendi, in minimisque ponendi
 sunt, qui, cunctis, hac in re Epicureis, Peripateticis, ac non-
 nullis etiam suffragatur hereticis, qui vno cum ipsi ore, im-
 pudenti tamen, vel animæ immortalitatem, ne dicam cor-
 poris (cum Saduceis) resurrectionem, omnino abnuunt &
 abiiciunt: nobis enim satis est, horum naturam ac faculta-
 tem, Stoicorum, atque Platoniorum opinione probari, nul-
 lamque esse legem, in qua horum substantia ac potestas, ve-
 re abnegetur: verum etiam Arabibus, eorum secta, & He-
 brais, Moyses lege, nobisque fide, omni demonstratione
 longè melior, firmiter credi & amplecti. Quod utinam
 patet, tum ex veteri testamento, Gen. sub metaphora ac Ser-
 pentis, Euan alloquentis, forma, & sine velamine. In eodem,
 pendens Iob, cum etiam ex nouo, *apud Matth.* vbi legitur: *Dis-
 cito à me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo,
 & angelis eius, idemque alibi læpius: ex quo fit, ut Dæmones
 in natura stitit existere, lippis (vti parœmia fert) & ton-
 soribus liqueat.*

*De Spirituum nomine & Græcis & Latinis, substantiaq; eorum-
 dem ac facultate diuersa hac in re Theologorum
 opiniones produciuntur.*

C A P. II.

DE quibus profectò Spiritibus, quoniam, & nomine, &
 substantia, adde etiam facultate, haud parum à Plato-
 nicis, nostri discrepant Theologi, quæ horum sit differentia,
 dicere, nunc animus est. Aiunt namque Philosophi, hoc no-
 mine, Dæmon, cum sciens Græcis sonet, & bonos & malos
 angelos, vbi id vitiosque non dedecet, crebrò inuivnde &
ut d' aiparic, & ut d' aiparic, frequens apud eos mentio reperitur
 ex quorum sententia nostri Theologi, quibus hæc semper
 nomenclatura iufensa ac odiosa habita est, omnes valde
 dissentiunt; inquam enim, hoc vocabulum, licet eorum
 creationis principio, his, & Angelis cunctis simul, ob com-
 munem inditam propriæ naturæ scientiam, conuenienter
 nunquam

*Dæmones sunt
 ex Stoicis, Pla-
 tonicis & ex
 fidei nostræ
 testimoniis.*

*Dæmonis no-
 men quibus
 spiritibus
 sonant.*

nunquam tamen hos beatos Spiritus, nec apud Hebræos,
 nec penes nostros Theologos, demonstrasse: etenim hæc
 voce, non quod eis natura dedit, sed quod sibi, & ob pro-
 priam eorum malitiam, ob prætersamque nostros in pro-
 toparentes calumniam, obuenit, qua etiam & Diaboli nun-
 cupantur, utique nec iniuria, *vt inferius manifestabitur,* om-
 nes nostri periti intellexerit. Quapropter nuppiam non ma-
 lum hoc nomen piis auribus resonuisse inuentum est. neque
 mira res: cum sepe etiam & iniquos, & prauos consecutos re-
 penti, nihil obstat: vnum enim ex his donum est, quod haud
 quicquam, quo mereat, perficit habentem, neque hoc dun-
 taxat nomine, hi nequam Spiritus nuncupati sunt: ac diuer-
 sas, aut varias in nos struxere calumnias, appellationes for-
 titi fuere. Omnia tamen hæc, vel propria ei, vel metapho-
 rica sicut, eos, vt & opera eorum aueriantur nos, prauos, ini-
 quos, impios, ac crudeles nobis ostendere altius euenit. Hinc
 fit, vt, vel exorcismo constricti, eorum sic nomina spernant, sic
 auferant: de quibus singulis, suis in locis, dicendum restat.
 Verum de Dæmonibus, quod ad eorum naturam spectat, haud
 modò, omnibus in rebus, vbi à nostris antiqui gentiliū
 Theologi dissenserunt, cunctorum referam errores, cum
 hos obiter omnes, opportuniùs referendi, sese offeret occa-
 sio. At solùm (inquam) quidnam maior nostrorum de his
 scribentium pars, opinata sit, quibus, tū ex eorum operatione,
 tum etiam ex fide circa multa de his, omnis penè veritas il-
 luxit: quorum quidem opinio, neotericorum præsertim, non
 enim omnes sic vnà concordant, vt secum nihil discrepent,
 hæc est. Dæmones scilicet spiritus esse, substantia bonos,
 quippe à Deo, Opt. Max. creatos, intellectu præpollètes, in-
 corporeos omnes, & immortales, sua voluntate malos: qui-
 bus furor, rationis expertus, inest, demens concupiscētia, cogi-
 tatio præceps, atque proterua. Qua in re, quantum errauerit
 Plato, eiusq; imitator Porphyrius, ex hoc cernere licet: cum
 alter apertè, hos spiritus aëreo, præternique ac vti astra, to-
 tundo corpore, alter verò, inter eius assecclas doctrinæ haud
 vulgaris, eosdem dicit genus esse, naturâ fallax vniforme,
 Deos simulans: quando quidem, quod Plato sentit, falsum
 demonstratur, vel ex eorum actione, quæ (vt Philosophis
 placet) formam sequitur: nihil enim ipsi, licet appareat, quod
 sensus habet, veriùs operantur. Ceterum, quidquid faciunt,

*Dæmones dē-
 tū diaboli ob
 calumniam.*

*Dæmones quō-
 ex Theologis.*

*Platonis &
 Porphyrii er-
 ror de spiriti-
 bus.*

solum ab intellectu, vt suo in loco clarius apparebit, totum procedit, ac proficiscitur: atque quod alter, maximum esse errorem, vel ob id ostenditur: cum hi spiritus è tenebris, vt sibi nonnulli hæretici sinxerunt, mali non exirexerint, quoniam nullum in mudo principium malum esse quia, ne duo cuncti potentes, (quod absurdum est) dari cogantur: quando certè omnia, quæ videntur: aut, quæ oculorum acie comprehendere non possunt, ex vno tantum bono emanant initio: Cunctarum etenim rerum vna est causa, à qua, cum sit summè bona, nihil vitij proficisci valet. Quamobrè, hanc vtilum datur, vt aurum aut Maues, summum in rerum natura malum: *Vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erant vniùs boni.* Reliquum est igitur, vt Dæmon alius sit, quàm natura malus, voluntate scilicet, cuius quidem firmam ac stabilem post suum ipsius errorem malitiam atque perfidiam, Ægyptij qui hieroglyphicis quibusdam pleraque arcana absconderunt, Scaleno imperfectum quid continente, pingebant.

Ex his habes (candide, pièque lector) Dæmonum naturam spiritalem esse initio perfectam à Deo creatam, de hinc hos omnes in eorum cogitatione, vt satis in sequentibus patebit, corruptos, lapsosque quò tempus nos admonet, ne ordinem, cunctis in rebus, apprimè necessarium, vel saltem quidem transgrediamur, vt de eorum creatione, quid nostri existimant Theologi, quam exactissimè referamus.

De creatione Dæmonum ex Theologis Cabalisticis, Arabibus, Thalmoditis, Philosophis, Græcis & Latinis: Quo etiam die creati sint, & ad quid creati.

C A P. III.

Creatio qua sit Dæmonum. **H**anc igitur, etsi per simplicem emanationem, absque vlla temporis interapedine, motusue iactantia, extitisse volunt: Deo tamen haud coeternam, quòd ab æterna Dei substantia, quasi à sole radij effluerint, vt arbitratur de mundi productione Philosophus, cogitare, tantum abest, dicere fas est: cum vt ii extiterint, quia opera sunt propria

propria extra Dei substantiam, sola diuina voluntas in causa fuit, qua eos, vt & Angelos, vbi sibi placuit, omnes vni produxit ac effinxit: non enim vnus alterum genuit, quemadmodum Cabalisticè nonnulli sibi somniarunt: quorum opinioni satis Auicenna, haud profectò postremè inter Arabes eruditionis, tractans de intelligentiis, firmius adhaerisse videtur. Creatio namque ipsa, cum infinitam sibi potestatem exigit, creaturæ certè finitæ nullo pacto impartiri valuit: sic enim & propria eius natura destrueretur, & Deum, quem esse necesse est, aliis cunctipotentia imperita, existere possibile esset: quod, vt absurdissimum, esse minime potest. Nec creati ex sinistro massæ latere, vt Thalmodisticè sibi fingunt, quodammodo mali, quasi ranæ ac mæscæ, ex subiecto puti: intellectus enim sunt, omnisque (vt ostenditur) materiæ expertes: hinc ne mori quidè vnquam eos contingit, quemadmodum falso nonnulli Philosophi ac etià Arabes, (vt dicitur inferius) ab ipsis spiritibus delusi crederant: nec etiam malorum animæ vt Plotinus sensit philosophus, existit, cuius opinioni Tertullianus adherere videtur: cuncti enim simul, ex nihilo, Dei præpotentis imperio producti sunt, quando (vt ex superioribus videtur est) sibi placitum fuit, ab animis quæ corpora vt informant opus habent satis diuersa: non ante hanc mundi constitutionem, vt plerique ex Græcis opinati sunt, qui spiritalem hanc naturam, multis iam sæculis corpoream, quò seiplos Deumque supernè, vt sui contempleretur principium, præstitisse asserunt: cum verisimile id nõ est; quandoquidem Deus, cuius perfecta sunt opera, si seorsum à corporea Angelicam creasset naturam: cum hæc pars mundi existat hanc mundi substantiam imperfectè fecisset: quod vel opinari, nec cum dicere, satis absurdum est, atque profanum. Sed creatos inquam, vt quàm plurimi Latini saniores asseuerant) sub cæli nomine, prima die: quod quidem verius esse, ipsa Scriptura sacra testis est locupletissimus, vbi dixisse legitur: *Quando facta sunt sydera, laudauerunt me Angeli mei.* Quis enim esse potest, in lectione sacrarum literarum vel mediocriter versatus, qui adeò excuriat, vt quarta die, sydera creata fuisse, penitus non videat? An ergo, si tunc sydera facta sunt, & Angelos ipsos, tum simul factos fuisse, non oportet? At oportuit profectò: alioquin quomodo (cum ij

Cabalisticarum & Arabum de creatione Dæmonum opinio.

Malorum anima non existunt.

Dei perfecta sunt opera.

forent quidem) Deum ipsi laudauissent. Nec dicere satis est eos secunda, aut tertia die creatos fuisse, cum horum mentio hisce diebus, sacra in pagina, nulla omnino reperitur. Restat ergo, cōsequiturque ex dictis superius, vt prima die, sub Cæli nomine facti sint, maximè cum & Propheta dicat: *Fecit cælos in intellectu*; quod quidem de intelligentiis multi non vulgares exponunt, quas initio cum cælis vt eos mouerent, ac virtutes in fluerent, creati necesse fuit. Ex his itaque satis intelligi, breuissimè quidem, non dubito, quidnam de creationis eorum æuo, plerique ferè Latinorum Theologorum catus meditari sunt; quinimò, & ipsa Ecclesia, æterna veritate confirmata, asserere videtur.

Quonam pacto creati fuerint Demones. Qua item & quanta sit inter eos differentia.

CAP. IV.

NUc verò reliquum est, ordine rerum attento, vt pote in rebus enarrandis maximè necessario, vt, quonam pacto creati fuerint apertius, quo ad fieri potest, à nobis explicetur. Facti sunt ergo, vt & ceteri Angeli boni, ac perfecti omnes; at illi, non ex æquo, hanc susceperunt perfectionem: licet hac de re nihil inter eos, inuidiæ ortum fuerit; verum cuncti, pro naturæ eorum captu, cōtenti fuerunt: quam quidem naturam, inter se differentem in his omnibus à materia Hebræi, ac Platonici obuuisse asserunt: non enim abnegant, hos Spiritus omni prorsus materiâ carere; tamen, qua eos donent, haud sit, sicuti nostra, diuersarum formarum, ob contrarias scilicet, quas habet, qualitates, diuissimæ: verum continua corruptioni minimè, vt cælestis obnoxia. Quod cum procul à rei veritate remorum, repperitur sit, tum ex eorum substantia, atque operatione, quorum altera omni corpore caret, altera tantum intellectiuis existit *vt inferius copiosè demonstrabitur*) tum etiam ex Dionysij auctoritate, omnem ab eis materiam amouentis: mirum non est si multi, hanc quidem spernendi Theologi, hos, qui secus asseuerant & sentiunt, cœu prorsus ignaros ab eorum classe omnes eiciunt, expelluntque nec tamen est, quin & ipsi secum hanc differant, ac disceptent: quãdoquidem

Dæmones & Angeli boni & perfecti omnes creati sunt, sed dispari modo.

Dionysij & Theologorum opinio.

quidè in duas diuersas separati animi sententias, qui à D. Thomæ sunt, eos eandemmodò formâ inter se differre dicunt à quorû profecto opinione, iterû atque iterû discrepant, quinque Scotum sectantur: sectantur enim cum multi iique minimè contemnendi Theologi, qui haudquaquàm reme- re sibi sentire videntur, asserentes nra itum, nihilominò inconcinnum ac absurdum esse, horum Spirituum plurimos sub vna forma existentes, propria, qua sunt, in diuina natura mutuò differre: vbi, & animæ vniuersæ omnes, absque tanta formarum varietate, specierumque multiplicatione, in primo (vt inquit) naturæ instanti, quibusdam internis propriæ essentiæ gradibus inuicem inter se distent, ac differant. Cui quidem rei, quò opinio eorum reddatur probabilior, libenti addunt annectuntque animo præter talentorum, quæ initio ipsis data sunt, varietatem, satis naturæ ordinem de decore, tot Angelorum species, intellectu ac glorioso in mundo, Dæmones cum æternum apud Tartara damnentur, deesse: quando si vna quidam species defuisset, hoc ne corporeo, ne sensibili orbe, quem illius instar ad similitudinem creatum aiunt, impetio, factus merito dici posset; eoque magis, quòd, omnibus ex nationibus, linguis, ac artibus, quàm plurimi apud homines, ab æterno cruciatu, Dei tamen ope adiuti, incolomes reddantur. Qui profecto dæmones, quamuis creati fuerint omnes, quòd Spiritus, quòd indissolubiles, quòdque immortales, æquales, vt Angeli ac similes cuncti: non tamen est, cum ex omnibus ceciderint, *(vt infra ostendetur)* Angelorum ordinibus, vbi complurium formarum existit varietas, qui mutuò sibi, & specie nonnulli, & potestate quam plurimi distant, differuntque. Quorum quidem differentia, quæ, & quanta inter eos sit, Deum solummodò, qui cuncta numero, pondere, ac mensura fecit, & stellas, vnamque illarum, suo nomine vocans, minimè latere potest: nobis verò, hoc tantum diuina reuelatione patefactum est, quòd licet tres essent Angelotum classes, nihilo tamen secius, nec excellentioris naturæ vigor, quin hi spiritus starent, nullam infirmitatem adduxit, nec minor sapientiæ virtus, ne intelligerent, vllam ignorantiam ingessit, nec etiam inferior libertas arbitrio, aliquam, vt caderent necessitatem imposuit: Quinimò ex hac eorum varietate, quæ in mundo intellectu-

Thomista.

Scotista.

Orbis vniuersæ si commendatio.

varietas sensibilibus transiit in mundi intellectualem.

Et illi facta sunt, admirabile ac stupendum, ut in hoc praesentibus. ob rerum sensibilibus diuersitatem, decorum, ornamentumque emanauit: Nec ex tanta horum variatione, quicquam eis imperfectius euenit, quod de suo creatore iuste conqueri possent: quamquam natura, quanto quis superior esset, tanto se inferiore, per pauciores rerum species, intelligit, & ampliori virtute valet. Cunctorum siquidem, propria cuiusque virtus tanta fuit, ut eis nihil aliud perfectionis, quod naturam capere possent, absque propriarum vniuersisque formarum mutatione, vnquam addi potuisset: quod ob eius propriam destructionem, vnusquisque renuit, ac recusat. Hoc ergo modo producti fuerunt daemones omnes, et reliqui Angeli, quoquo pacto, ut eis par erat, natura felices.

De lapsu Daemonum: quanam & quot sint lapsus eorum causa: probat et multis Theologorum rationibus & sententiis.

C A P. V.

Tanta hancque eis naturae indita fuit perfectio, in qua sic omnino perdurare ac consistere poterant, si quidem ipsi vellent (ut quamquam flexibilem, tum quo animo ducerent, arbitrij libertatem sortiti essent) nullo, si id intendere, pacto cadere possent. Suo igitur ipsorum crimine, culpaque cecidere omnes, cum ipsi proprio, quod facere noluerunt, Marte stare valebant: ex quo tandem tali ac tandem tali ac tanta desuper si modo consiliissent, omnes gratiam obumbrati, donati que fuissent, ut hanc vltimam felicitatem, quae haud naturae, sed eiusdem finis est, consecuti, instar Angelorum diuina semper essentia, conspectuque fruantes, essent: & si non ex aequo, ob praestantiorum eorum naturae gradum, diuersamque quam habuissent, gratiam, uti nec Angeli, nacti forent. At illorum, qui fuerant, animi instabilitate, ut praebum in ipso caelo inter eos magnum exortum sit, effectum est: quoniam Lucifer (ita, a praestantiorum, qui donatus erat, natura nuncupatus) quem reliqui eius complices, proterviae suae consentientes, vltro hunc iam tantum funestissimum errorem, duci adhererunt, tanta instans superbia, venenata proflus rabie ac vesania tumens fremensque

Lucifer unde quis dicitur.

que dum suam pro se, eo quod Angelus, in qualibet rerum specie intuentia naturam, quam ea de re continenter iudicatur, aliorum omnium substantia, pulchriorem atque excellentiorem conspicatus: ut corampro sibi animi intellectu, non vlla quidem perturbatione sensibili, cum nulla ei talis inesse potuerit, sed iniqua sua ipsius voluntate, dicere non erubuerit: *Ponam sedem meam in Aquilonem, & ero similis Altissimo.* Quod quidem omnium grauissimum peccatum, maximeque omnium execrandum scelus, nefas, horribilisque blasphemiae nulla vnquam ratione, (ut falso Origenes censuit) expiandum, alio enim nullo suggerente, ab ipsomet ipso patratum fuit: quod non verè exuterit, miram in modum Theologi certant, & adhuc sub iudice (ut fertur vulgo) lis est. Quandoquidem nonnulli fuisse aiunt, quod daemones naturam contentus, quam donatus erat, vltimam, ad quam duntaxat, gratiam consequendam procreatus fuerat, diu felicitate respuit. Aliqui volunt fuisse, quod fortitudine suam, non ab ipso Deo, a quo cuncta bona, tanquam fonte perenni, promanant, sed a se ipso proficisci sibi persuaserit, pro certoque, habuit: hinc factum esse (inquunt) ut cum mutabilis foret natura, immutabilis culpa, malo tamen liberè semper adhereret, utique, efficeretur. Quidam verò existimant, quod, vel omittens, vel propriis viribus inanis, id quod gratis consecutus esset, vltro tetasserit. Nec etiam desunt, qui hoc peccatum fuisse dicant, quod sibi Messias locum vendicare statuisset: propterea quod, cum se videret ceteris omnibus (ut latè est) naturam praestantiorè, suis diuque, optauit, ut eius causam reliqui omnes suam ipsius, quod penes Deum consequeretur gloriam, operam vterentur. Verum alij, hanc tantum piaculi ansam fuisse, affirmant, variisque argumentis corroborant: quod Dei splendorem, quem altissimi voluntate, diuini quaedam luminis reuelatione, incarnandum praevidebat, veniret enim hic sanctissimus Dei character, nisi, nos ut redimeret, cum opus tum non esset, ut sua humanitate, maiori gloria nos afficeret) adorare, ut ceteri Angeli, ob suam naturae superbiam, iterum atque iterum detractant ac renuit. Solum, qui scortum sectantur, a litera minus recedunt, id enim peccatum fuisse asserunt quod Dei verè aequalitate ac omnipotentiam, (quod litem sonat) quae tamen nullo vnquam pacto vlli creaturae communicabilis est, perturbato peruersoque appetit animo, quod profecto haud aliunde, quam a sua ipsius

Origenis opinio.

Filius Dei incarnandum praevidens, adorare eum suis recusavit.

perpetua

Dissidij Angelorum inter se causa à dissipatione voluntatis.

peruersa prouenit voluntate: cum, ob essentiae præstantiam, potius Deum prosequi amore debuisset. cæteris omnibus submissus se gerendo, Deoque gratias immortales habendo, id quod hic in terra apud nos, dum illius propitiū cultum tantopere expectat, apertè præ se ferre videretur. Quorum quidem opinioni, utpote veritati ipsi haud parum cõsentanea, multi ex Theologis facilius adherent.

De Dissidio Angelorum, causis eius & armis quibus concertarunt.

CAP. VI.

Michael Angelorum dux.

Qua de causa hoc scelus crimenque nefandum & abominabile haud exiguos belli apparatus inter eos, ob disparem nimirum eorum ab Angelis voluntatem, excusasse credere par est: Vbi Michael bonorum dux tanta fortitudine Draconi pugnanti resistit, (hoc enim nomine Luciferum, malorum principem nuncupari, ob lethiferam in cæteros effusum virus) ut magno eis ultro citroque proelio certatum sit, non corporeis quidem armis, cum ipsi spiritus sint, omnisque corporis molis (vsus suo locabitur loco) expectes, nec carli ob eorum naturam scindi queunt, at sola animi voluntate, quæ omnium actuum sibi clarior reddita, non secus ac solis radii varia pertranseunt specula, Draconis, ut peruersa atque impia: sic ingratis superbisque hanc intus eis simul ortam, ac de foris ostensam, omnibus approbantibus, ita tenuitur ac inculatur cunctis bonis, ut inque obvix certantibus, postremò, ipsius factio, propriis freta viribus, ad eò dilicata est, ob gratiam Angelis viva fide desuper infusam, quam in Messiam forsitan (ut aliquibus placet) factorum, aut magnam veramque summi Dei bonitatem habuere, ut vel à bonorum minimo

quoque de cælis omnes deturbari ac deiici potuerunt, usque ad eò natura superatur à gratia.

De loco

De loco & tempore, quo commissum est prælium ab Angelis, sum varijs in eam rem Thomistarum & Scotistarum sententijs.

CAP. VII.

Veruntamen, ubi nam cælorum id certamen peractum, & quandiu huius certaminis acies durauerit, magna inter Theologos, cum diuersa plerique hac in re sentiant, controuersia etiamnum est. Thomistæ namque cum multis alius Ezechielis auctoritate moti, qui *Diabolum in Dei delictis fuisse* inquit, atque ob similitudinem terrestris Adæ peccantis in Paradiso persuasi, tradunt hoc prælium commissum in cælo Empyreo, ubi beatorum spirituum, ac deliciarum locus est. Alij, quorum primus Diuus Augustinus non exigui momenti fuisse videretur, apertè aiunt, hanc Angelorum pugnam in suprema aëris existisse regione, quam cælum interdum nominari consuetum est. Ego verò si hoc mihi dicere fas est, neutrobique hoc prælium factum apertè referre ausus fuero: quandoquidem, nisi profus conuenientibus (ut fertur) oculis præteream, ubi hanc rem ut Aquila in suos pullos firmius solem inspicere nititur, perspicue mihi videor videre: nullo Angelis pacto, quæ sunt incorruptibili naturâ, hunc aëris tractum, ob eius corruptibilitatem ac mutationem, initio conuenisse, qui postea eis nonnullique peccatorum generi, ac ignobili exercitationi datus ac concessus est: nec etiam cælum Empyreum, gloriæ, ac naturæ locum, ob supernaturalem superque eminentem eius excellentiam. Neque illud Ezechielis dictum nobis quicquam aduersatur, cum id verbum non loci qualitatem innuere videatur, sicut nec nostri etiam Saluatoris, in cruce pendens, ad latronem facta promissio: *Hodie tecum eris in Paradiso*: at eius conditionem, ac status qualitatem, quæ Lucifer alius aliquantò, quam cæteræ tum omnes creature, Deum ut totius naturæ auctorem & principium, magnam cum eius delectatione, ob propriae essentiae præstantiam cum alijs contemplari potuit. Quod quidem verosimilius esse, haud parum ad hanc nostram sententiam facit, quod Diabolus inflatus & elatus superbiâ dixit: *In cælum ascen-*

D. August. in suprema aëris regione.

Aëris suprema regio i. cælus locus prælij Angelor.

am, & super astra posam solium meum. Nam si in caelo Empyreo haec pugna facta, quorsum haec verba? cum locus, hoc, nullus superior: an allegoricè tantum interpretandum? haud certè, cum ex litera sensus, ubi id fieri potest, eliciendus sit: non ergo is locus hoc certamen, at firmamentum sustinuit. quod Ioannis auctoritate innixus, conuenienter dici posse mihi videor, qui in *Apocalypsi sua* Draconem, nostrum antiquum hostem, tertiam secum stellarum partem traxisse ait: quod eos, ut propria eorum mobilitas, ac corrupta natura ostenderetur, nihil magis decuit, quam hoc caelum, quod morendo, absque sui mouetur corruptione, quo peractum est, ut alibi, de more Angelorum, triumphus fuerit, & alibi, quam ubi disceptando obtenta est victoria, daemonum atrocissima poena aeternumque sine fine supplicium: atque ut Angeli, vel loco Paradisum, ita daemones inferna eodem tempore, non iniuria senserint.

Angelis Pa-
sasus est
designatus.
Daemones
inferna.

Quanto tempore steterint Angeli in caelo à creatione ad rati-
onem: quantum concertauerint, & quos dentur
instantia ex Thomistis &
Scotistis.

C A P. VIII.

Verumtamen, quanto hi Spiritus tempore in caelo ab hac eorum ruina steterunt, ac quandiu cum Angelis mundò concertauerunt, nondum apud Theologos decretum est. Nam, qui D. Thomæ (qui non minus apud Theologos, quam ipsos etiam Philosophos, tanquam alter Aristoteles celebratur) sic addicti sunt, ut ne vnquam ab eius opinione vel sententia, transuersum etiam (ut aiunt) vnguem recedat: duo tantum instantia ab eorum creatione ad ruinam vsque intercessisse tradunt, vnum scilicet, quo puris naturæ dotibus duntaxat omnes existerent: alterum, quo peccato obnoxij à caelo Angelorum ministerio, qui gratia confirmati sunt, exclusi & expulsi fuerunt: At eorum, qui non ita in verba sui magistri iurarunt, quasi, ut se se sui animi omni iudicio ac opinione priuent, non omnes eiusdem omnino sunt sententiae: sed bifariam inter se diuisi aliqui, qui Scorù summam agnoscant, qui & non sine causa, Subtilis, non ven-

nit, ij quatuor ab eorum productione ad casum vsque moras interuenisse asserunt, nonnulli verò multis argumentis tantum affirmare conantur: Et primò quidem, quae cunctos naturæ muneribus contentos fuisse asseuerat: secundò, quæ tantum naturæ Angelicæ valuit, quantum nobis totus, quo viuimus, temporis intervallum: quæ quidè secundam moram, sic eos à veritate declinasse, nonnulli affirmant, ut primo ab ipsis commissio crimine, et si nimia inflati fuerint Philantia, poterant tamè, modò vellent, cum adhuc essent in via, facis poenitere, ac facillè misericordiam veniamq. à Deo, quæ vitium in opus suum clementiâ, ac longanimitate propensus, consequerentur. Quamuis huic contradicant plerique Theologorum, qui omnibus viribus contendunt, nullum omnino in hoc innocentie statum errorè, venia vlla dignum, esse potuisse. adhuc enim nulla creatura corrupta erat: ex qua quidem corruptione peccatum, tanquam ex Epimethei pyxide, cumulatim in mundum inuolauit, quod haud negari potest: At sic, quod nihil tamen venia dignum fuerit: cum vel propter liberam Angelorum voluntatem, ita fuisse certè decuit, quod vsque ad ultimam ipsorum damnationis moram durasse non parci perhibere Theologi, ne scilicet adeo nobilis spiritalis creatura vel exiguo temporis momento, errorèque modico obstinationis inquam ratione, cui obnoxius stent, perferretur cum mutabilis suomet principio omnis creatura existeret, tunc repente aeternis cruciatibus, paulo postquam esset producta, manciparetur, eò maxime, quod in suis, ut *Scriptura inquit*, Angelis reperit mutationem. Verumtamen Demones (libet enim inceptum ordinem prosequi) plus iusto & æquo diutius à voluntate sui Creatoris sese abstrahendo, vsque adeo omnes, sui ipsorum amore immoderati, stulti, & ebrii, in hac secunda mora processerunt, ut tandè iustissimo Dei iudicio, honorem suum alteri non dantis, in ea præfracta ceruice, in odium Dei obstinati perseverantes, ad vnum omnes in tertia dānantur mora, nulla proflus iusta excusatione ipsos reuelante: siquidem hoc iudicio & sententia, non præcipitatione quadam, sed potius acquisita Dei longanimitate, iustitiâq. nepe ipsa misericordia temperata contra ipsos processura est. Adde, quod non vnius (ut nonnulli opinantur) tantum criminis rei peracti fuerint, sed & diuersorum, quibus omnes simul, sua tamen quisque peculiari

Tres moras
tantum alijs
ponant.

Peccatum ex
corruptione.

malitia ineffabili cum cupidine agitabatur. Hi enim variis flagitiis & sceleribus impliciti à minoribus ad maiora & atrociora, semper adeò progressi sunt, vt, etiam non ex æquo cuncti, suæ naturæ præstantia: at voluntatis certè imperio, frenum sceleratissimis cupiditatibus laxando, in infinitum peccauerint, adeò vt in Dei extremum contemptum & odium (horribile dictu) sic prolapsi & demersi sunt, quo inde pedem referre retrocederique tandem ipsis integrum minime fuerit. Hinc factum, vt hac tandem sua postrema & funesta mora, ipsi daemones è Cælo, non secus ac plumbum in aquam Angelorum, *vt dictum est*, ministerio, cæli præcipitati que fuerint, non sine summa extremæque suæ ignominia, sic interui vermis nunquam morientis atrocis dolore, & ad inferna plerumque relegati: eorum enim plurimi adhuc, (Diuo Iacobo inueniente) huic caliginoso frigidoque aëri inhzrent: quem quidem ipse Deus, pro sua miranda & infinita prouidentia, vt nos incautes exerceant, & ad timorem Dei somnolentos exuicentent, vt que ad diem magnam Domini, ne & ipsi penitus sine causa ibi relictii viderentur, ipsis ita concessit permisitque: quibus etiam interdum in executione suæ diuinæ iustitiæ in nos homines vitur, *vt suo loco dicitur*. Atque hos omnes, qui huic inclusi sunt aëri, inferiores fuisse tradunt: magnos enim ob eorum nobilitatem, propriæque voluntatis à Deo se auertentis furorem & impetum atrocius aliis in creatorem suum peccando, iustissima Dei trutina rem examinantes, ad infima Tartara detrusi sunt, vnà cum eorum principe Dracone. Hic enim cum suæ ipsius stolidæ superbiæ veneno, plus cæteris inflatus, nobilioris suæ essentia: à Deo concessis donis ad id elatus, reliquisque tam turpissimæ, æternisque doloribus expiandæ apostasiæ, ansam præbuisse hauri iniuriâ qui amisit mensuram, qua summo torquetur opere, & Dei iure optimo pœnas delictis commensurantis, acerbiores quoque

luit, sustinetque.

Dæmones è cælo ut plumbum in aquam præcipitati, & ad inferna relegati.

Inferiores Dæmones inclusi sunt aëri.

Quot Angeli ceciderint, & è quibus ordinibus detrusi sint ad Inferos.

CAP. IX.

Ceterum, quanta pars lapsu illo ceciderit, & an ij omnes vnus, vel diuersorum ordinum fuerint: non minima inter Theologos, ea de re dissensio est. Quidam enim considerantes, multò maiorum hominum turbam, ad inferos, cum diabolis ibi cruciantiam detrudi, quam ad ecclesiastica gaudia cum Angelis perfruenta, euehant: quidam instar ac fumie in ipsis etiam Angelis vsu venisse opinati sunt: qua de re, maiori eos etiam numero ad inferos detrusos, hinc colligunt. Alij verò, sanioris aliquantò hac in re (vt mea fert opinio) iudicij, oculis defixis in bonum illud, quod spiritibus, vt intellectus purioris capacibus, inerat, ideò minorem eorum partem hoc lapsu corruisse, voluerunt: quorum quidem opinio, vt vero magis consentanea, ita magis amplectenda, mihi videtur. Quotus tamen quisque eorum sic præcipitatus è Cælis fuerit, à diuersis in diuersas opiniones, itum est. Nam quidam partem decimam huius flagitij ream peractam fuisse, referunt: alij verò, nonam his æternis pœnis destinatum, nec pauiores reperire est numero, qui tertium duntaxat Angelorum agmen damnatum asserunt: quorum sententiæ aut opinioni, vt putà Di. Ioannis sustulit auctoritate, ex ipsa veritate hæc verbi de promeatis: *Draconem, suæ ipsius caudæ, tertiam partem stellarum secum traxisse*, plerumque tutius inhzrendum predicant. Verum à quotis, quibusue ordinibus, pars hæc deiecta fuerit, quod non secundum gloriæ starum intelligendum, cum nec etiam in metiri, *vt multi volunt*, conditiones vnquam steterunt: at, vt in puris fuerint naturæ dotibus, inferioribus, nempe an superioribus ordinibus, an mixtim ex omnibus, satis superque inter Græcos ac Latinos Theologos contenditur. Illi enim spirituum pronitatem, vt materiam magis appropinquantium, solum modò considerando retulerant: vnà cum nonnullis Platonicis, qui *Cæcæ dæmones, vt leui rebellaret, ma-*

1. opinio Theol.

2. opinio v. rior.

Minor pars Angelorum corruit.

Angeli stella deliti.

E quibus ordinibus deiecti Angeli.

Quis


teriam in causa fuisse produnt, vel omnes, cum eorum
 principe Diabolo, quem Ophineum veritati alludendo
 vocant, de interiori seve deturbatos. Nostri autem, cum
 nihil eis materiz adscribant, de cunctis eictos fuisse or-
 dinibus meditati sunt: licet propter horum minus nobi-
 lem, minusque quam superiorum præstantiam naturam,
 plures ex inferioribus deturbatos fuisse asserant: negan-
 do prorsus, Diabolum cum aliquibus, qui excellentioris
 essentia fuerunt, de inferiori classe extitisse: quem profe-
 ctò longè omnium pessimum, non temerè, cunctorum
 supremum, haud pauci Theologi asseuerant: præsertim,
 cum nihil, quod nonnulli obiciunt, de Ezechielis dicto ob-
 stae inquirunt: *In Cherub extensus, & protegens, postquam te in
 monte Sando Dei: ubi multi Theologorum sunt qui apertè
 confitentur, sic Draconem à Sancto Propheta nuncu-
 pari, ob præstantiorem eius scientiam; qua propriam,
 quam habuit, ob naturam, reliquos omnes facile supe-
 ravit: ceterum qui alio nomine, quod ei immentus Dei
 ardor indidisset, ni propriam ipsiusmet peruersa volunta-
 te, Deo reluctando, perdidisset, utique appellandus foret
 etenim capitali charitatem peccato, quod ipsi omnimò
 aduersa, & ex diametro contraria sit, nec persistere, nec
 exhiberi in confesso est. quo agitur, ut eius nobilè essen-
 tia gradum exprobando, alio nomine vocari non po-
 tuerit. Nec quicquam impedimento est, quòd hæc fir-
 mam eorum sententiam, Draconem scilicet, bonis om-
 nibus, ab initio aduersantem æternamque oppugnantem
 veritatem de Seraphico ordine, apertè expressèque in sa-
 cris literis non reperiant: cum id satis elici per eos pos-
 sit, qui non oscitanter sacram Scripturam scrutantur,
 vel eodem etiam Propheta, haud perperam intellectu,
 qui eius ruinam exarrans ait: *Quomodo enim manè ori ba-
 ris Lucifer, & reliqua.* ex quibus profectò verbis, si sanio-
 ri iudicio examinantur pensanturque, clarè admodum
 liquet, pessimum hoc caput, ad aliud quicquam, quam
 supremum omnium ordinem, in quo primum Dei vo-
 luntate conditus est referri minimè posse: tum ex stelle
 magnitudine, ac perlucido eius fulgore; tam ex diei po-
 niori ac nobiliori parte, cuius tamen criminis nunquam
 eum, sicut nec ceteros demones immanis, & infanda
 malicia*

Draconis dicitur
 Diabolus.

Draconis Sera-
 phico ordine.

malitia, perfidia, & obstinatione prohibente, vel minima
 etiam ex parte poenitent: quamuis ob tam execrandum
 facinus, ex coelo ipso, partim in hanc (ut supra dictum est)
 nebrosi algidique aeris regionem, partim ad infima
 tartara, extrema cum eorum pernicie, summa omnium
 crudelitate, æternis denique cruciatibus afflicti, detur-
 bati sunt. in qua tamen humanum omnem captum ex-
 cedere summè miserissima conditione & statu, longè
 nihilominus quotidie eis miseriora metuenda, formi-
 danda, expectandaque sunt: denique adeo peccato sese
 manciparunt, eoque, ut in luto, delectantur, occallue-
 rantque ut non nisi malum, & velint & agant: id, quod
 non hinc solum euenit, quòd Demones omnia intelle-
 ctu percipiunt. quo per prima, ut & nos, principia mo-
 uentur. Verum inde multò magis, quòd hoc modo diu-
 ine iustitiæ ordini placitum est confirmari, horrendæ
 nempe à Deo confectionis crimine non aliter prome-
 nente, ita ut nulla dehinc amplius veniã gratiaque
 quæ rursus subleuentur, digni videantur immò
 potius in omne æternum grauioribus
 iudicis magis magisque poenis
 meritis miseri sub-
 iiciantur.

Demoni non
 nisi malum
 & volunt &
 agunt.



DE NATVRA

DÆMONVM

IO. LAVRENTII

Ananix Tabernatis
Theologi.

LIBER SECVNDVS.

De impia Daemonum contra Deum, & genus humanum cogitatione, & vastitate.

CAPVT. I.

*Dæmones qui
in aëre man-
sere.*



EX his itaque, quam brevissimè id potuit fieri, præmissis, cum de nomine ac natura, tum etiam miserissimo dæmonum lapsu, eiusque causis, vnicuique facillè rem constare posse, arbitror. Ex quo autem, sæpius dicto modo, pars eorum ad infimos tartarorum abyssos

*Dæmones
quod in caelo
perficere non
potuerunt, id
in terra ten-
tentur.*

præcipitati, pars vero altera eaque potior huic nos circumdanti obscuro ac gelido aëri inhælere, variam quoque tentandi voluntatem atque potestatem nacti, pro variis ab ipsis commissis criminibus, quorum quidem causâ ne vel minimâ ducuntur pœnitentiâ: immò quod in ipso caelo sese assequi potuisse desperant, id hic in terris omnibus nervis velis remissque (quod dicitur) freni suâ astutiâ perficere contenderunt. Hinc & factû, ut cum primum Adamum iam factum formatumque conspici-

rentur

rentur, nihil omnino intentatum, certè reliquères, Ache-
renta etiam ipsum mouendo, donec, cæterorum conspi-
ratione factâ, ipse Lucifer, ceu Vertumnus in varia resu-
miracula sese animo transformans, tum aurem speciem
serpentis simulans, ipsius sociâ venenatâ suâ astutiâ cir-
cumueniens socium suæ à Deo, creationis auctore, defe-
ctionis (proh dolor) faceret. Dracopeta enim Græcè ser-
pens est, qui Euxæ causa seductionis fauicullû enim aliud
animal, quâ ipsum angse ita horribilem asp:cto, ei vt su-
biret permissum fuit, nec alio vllio signo, quàm vt lo-
quendo suæ voluntatis sensum clarè exprimeret, concess-
sum: ea maximè de causa, quò nostri primi parentes id
conspicati, quasi præmoniti, tam sibi, quàm suis posteris
eò cauissè prospicerēt, malûq. id omniû maximû decli-
narēt, id quod & ipse Dominus, si ex cõtumacia sui obli-
uiscerentur præcepti, sibi euenturum prædixerat. Ipsi
porò Dæmones hanc eorum non tam duram, quàm
magis miseram & horrendam provinciam, non solum
vt Deo aduersarentur, sed etiam ob eam, quâ laborant, Inuidet Ada-
inuidiam susceperunt, cum hosce in præfenti statu in-
nocentiæ creatos viderent, ac in futuræ gloria, si stables
permansissent perstitissentque, conditione, quam gratiâ
dehinc confirmati auctique consequerentur, quâ ipsi Dæ-
mones ab hominibus verâ & perpetuâ felicitate hono-
rèque superarentur æterno: verum & hoc insuper me-
tuentes, & veritati, ne & homines in eorum sedibus, ex
quibus summa & perpetua cum ignominia gementes
& fremebundos deturbatos se minimè oblici essent, sum-
ma vice versâ & perpetua cum gloria & honore coro-
nandi, collocarent, substituerenturque.

*De præuicacitate Adami & posterorum, perpetuo Diaboli-
sum hominibus bello, & Dei pietate ac misericor-
dia in suam creaturam.*

CAP. II.

Cuius quidem rei cogitatio quantum dolorem annu-
lationemque in eis concitarit, dictu haud facillè est.
In ijs præfati Spiritibus, quibus nihil vquam stolidâ

superbia magis elatum, & usque dum rumpere-
tur, inflatum auditum est, Inde tã tum in odium, tantũ-
que furorem & rabiem contra Deum, eiusque denuò
formatum opus acti, ex propriis secundæ moræ actibus
conceptã insanã inflammati ardent horrendum in mo-
dum, vt omnia, nunc eorum consilia, acta & facta scele-
rissima in eum solum scopum, quasi colliment, tẽdũque,
vt, si, vilo pacto, foret possibile, Deum honore suo diuino
exuere & spoliare, eundẽmq; sibi falso vëdicare omnibus
neruis contendant. Cũmq; id virulentum odiũ in ipsam
Deum sine vilo succellu, & frustra quidẽ se euomiturum
Lucifer videret: at in eius creaturam hoc facere tentan-
dam duxit, cũ in terrestri Paradiso ad Eam primam
nostriam matrem, vrpote figmentum imbecillius, phale-
raris verbis, mirã astutiã, viam affectauit, porrigendo &
ad gustandum invitando pomum illud, vt aspectu pul-
cherimum, ita gustatum ac comestum omnium in mũ-
do rerum infelicissimum, causam nempe primam, ac pẽ-
cipuam omnium, quorum terra & mare plenum est, ma-
lorum, mortis denique vniuersæ carnis sempiternæ &
perpetuæ. Veruntamen, etsi hinc potissimum appareat,
ipsum Diabolũ hac sua prima seductione, & in posterum
quoque perpetuũ, & a totũ bellũ toti hominum ge-
neri indixisse, adeò vt omnibus pijs perpetuò, magisq;
quàm aliis cũ eo decertandũ sit: simul tamen nihilomi-
nus, Dei omnipotentis in suum figmentum hinc insignis
& paterna elucet pietas, & prouidentia non adeò Diabo-
lo laxantis frenum, vt sua quam animo conceperat, sibi-
que certò promiserat, perfectã potiretur victoriã: siqui-
dem ipsum Adamũ, (etsi postea nõ minus peccantem) ag-
gredi primum dubitauit, quod tamen in Eua, vrpote
imbecilliori creatura Dei, ipsi magis (proh dolor) succel-
sit. Adam enim nobilioris naturæ, totius generis humani
principium, magnum muni miraculum, non primum à
serpente, sed persuasu potius mulieris suæ, delusus legitur:
vnius tamẽ & eiusdem pœnæ socius iustissimo Dei iudi-
cio factus, misericordiam tamẽ Dei ineffabili, quã quodã-
modo se ipso maior est, sãpẽq; iustitia diuina tẽperata,
hoc tãtam inflicta malam alijs æterna morte piãdum,
remedio & auudoto longẽ efficaciori ipso morbo, hand
u aliò

Consilia co-
gnatio, ue
Dæmonum
contra Dei
honorem ir-
riva,
Lucifer tentat
Eam in Pa-
radiso.

Dei pietas in
hominem.

multò post (prolatis primis promissionibus ex siu æter-
ni Patris,) ostenso, verus Samaritanus sanare non desti-
tuit: adeò vt nemo vnquam hoc malo, nisi pueri Dei visio-
ne in Lybno orbari, sãpẽ ipsius quisque culpã ad
Tartara eum ius affligendus detrudi, æternũque perire
necesse habeat. Neque hoc tam scelestissimum facinus
ipse Dæmon cum suis complicitibus tulit inultum, cũ;
longẽ atrocissimis pœnis in omnem æternitatem affli-
ciendus, dehinc à Deo condemnatus sit: dictũque ser-
penti sement ipsius mulieris contritum caput eius.
Quod & signo diuino vnica pellis mysterio obumbra-
tum est, qua parentes nostri, sese exterius nudos coope-
rite tegetẽque iussi: interius animo crimina vulsũque
tandem tegendum sanandũque fore, non sine maxima
animorum læticia perceperunt. Vel tum etiam, cũ des-
tituti omni spe præ dolore animi insando, in æternam
desperationem præcipites fuissent acti, peculiaris Ange-
li illuminatione subleuati, quem, secretiores Theologi,
Raziel fuisse asserunt, pelle illa ouinã verum & immacu-
latam agnum ipsis præfigurãte. Hinc, cũ, & quod hac
via aggressus erat, non sibi ex animi sententia succedere
videret Dæmon, non potuit non maiorem in modum
tristari ac dolere; cũ tamen ob nostram præuaricatio-
nem, ab ipso tanquam auctore profectam, nonnullam
neque eam minimam in nos potestatem sibi accessisse,
haud ignoraret; eam in nos exercendi, occasionem nul-
lam prætermittit, diuersis technis retia tendens, nunc
nostris corporibus, nunc verò bonis, vnam non insu-
per pelle tectis, & sanguine agni conspersis multorum
animabus: hinc & Satanus, quod perpetuò nobis aduerse-
tur, alio nomine dicitur, vnam ad hoc, alterum ad aliud
flagitium perpetrandum, in quod scilicet cuiuslibet natu-
ram pronam per se esse videt, incitando.

Dei miseri-
cordia in ge-
nibus huma-
num.

Raziel An-
gelus Rabbi-
nis, qui sit.

Satanus Dia-
bolus vnde
dictus.

De varia Damonum voluntate nocendi: potestate eorum. Deo limitata: a: de malis Genijs: qui sint. victoria nostra adversus Damonem unde petenda.

CAP. III.

Varia autem atque diuersa Damonum nocendi facultas, non tam à præstantiori horum (vt aliquibus placet) forma, vnde omnis nostra operatio, quam (vt alijs & fortasse rectius) ex vltimo eorum vario nixu, magnoque conatu procedit, quo cum adhuc in celo existerent, magis proclives ad hæc, quam illa flagitia criminæque vltro in diuinam ad peccandum rapiebantur iustitiam, quod nempe æquo etiam Dei euenit arbitrio, vt quanto vehementiori propriæ voluntatis cupiditate in facinus aliquod aduersus Deum ferebatur, tanto ardentius eisdem nos oppugnare delictis pertentando, plusquam ingrati in eorum creatorem, atrociori supplicio, æternoque cruciatu ad tartara detrusi, mille tormentorum penarumque generibus affiendi. Verùm & hæc nos seducendi demonum in nos quaesita potestas, nõsque sine fine. ducendi studium, suis etiam finibus & carceribus à Deo & misericordie & iusto inclusum est. Ipse enim, qui nullum sibi fidelem dictoque audientem vltra vires tentare permittit, Angelos singulos singulis, seu plures omnibus, pro varia eorum diuersitate dignitate attribuit: quibus etsi ante lapsum, non ab similes erant: tamen nunc, vt vilissima mancipia, (maxima certe capitis diminutione minuti) velint noim subiecti sunt diaboli. Quamquam autem, vereris sue superbie fermento indies magis magisque inflati, non secus ac fœmia hominum facta, ita demones Angelorum, imitari student, in eo tamen, vt potestate impossibili sese antea plus satis turpes, turpissimos tamen magis dant, quod vel ex Pharaonis magorum tercio signo ipsa meridiã luce clarius ostenditur. At quænam hæres sit propriæ, & quando eueniant, humani ingenij iudicium cillitatem fugiend nobis sufficiat scire sæpenumerò demones, eum antea maiora facissent, miuora tamen multò facere, hãssã prohibitos.

Damo

Dæmones ipsi à prima statim hora atque in lucem sumus editi, immò in ipso vtero materno, nobis summè aduersantur. hinc & malos Genios, nuncupauere Latini Poëtæ, quòd eos falsò nobiscum nasci censerent. ob peccatum enim originis, variam sibi nobis nocendi aniam datam arbitrantur, minori aut maiori malitiã præpollentibus, quibus sæpenumerò, Angelorum non adiuui præsidio, dubio procul succumberemus. si quam autem victoriam inde reportamus, (quam quidem frequentissimam sanctos Dei reportasse scimus) id diuinæ gratiæ auxilio, castorumque Angelorum præsidio, non immeditò ascribendum est. Nobis certè, qui nec astu, nec per nos ipsos aruis pares vquam esse possumus hosti antiquo Draconi semper succumbendæ esset diuino auxilio destituti. etsi ex vltimo & infimo Angelorum ordi ne defecerint Spiritus hi nequam: excepto eo, qui primos parentes in terrestri Paradiso & in deserto Christum tentationibus aggressus est, quem quidem supremum certè, respectu præstantiæ subiecti quòd tentauit esse oportuit. Duo enim principia, status inuoxi, vnum gratiæ alterem, quorum neutri seruitus inerat, vbi alter sic in gratia constitutus fuit, vt posset, quamquam deliquit, non delinquere, alter autem eiusmodi nature, vt in eum nullum omnino peccatum cadere potuerit.

*Mali Genij
Latini potestati
qui.*

*Tentator Christi
sibi est primò
paratum è
supremo ordine.*

De diuersa nos seducendi potestate Damonum, & atate, qua nos aduui incipiant: stratagematis etiam eorum in consideratione humana.

CAP. IV.

Nec mirum, quòd hi spiritus sæpenumerò vnus sint formæ, tentatorem accedentes: minimè tamen habeant inter se tentandi æquam potestatem: cum, & inter cunctas animas vnus formæ, magna tamen reperitur varietas, ex internis propriæ essentia gradibus promanãs, ex quibus etiam gradibus varia spiritibus in peccando conatum obuenit magnitudo, ac diuersitas. Quòd eò magis affirmandum videtur, quòd, præterquam quòd nihil profus ipse absurdi procedere potest, rerum etiam

Spiritus nequitia est vnus forma, non tamen habent æquò tentandi potestatem.

B 5

*Mirissimi
Dæmones po-
tentissimi.*

quem merita suorum scelerum præmia referens, cum aliis suis fatina principibus repentino ictu, fulguris instar, cælos exclusus corruit. Atque hos, Hebræorum Machabales, præcipuè potestatis insignisque nequitia, esse affirmant. A meridie verò ij dicantur, qui nobis blanditiis suis imponunt, quò ad optatis, contra nos potantur genus & hoc dæmonum nõ minùs quàm terribre, perlimum, quòq; in eo, quod perficere intendit nullum unquam mouens lapidem, solet esse potentissimum; Davidis exemplo docemur, qui Deum assiduis votis & compellat & exorare iubet, vt ab huius altu & insidiis vmbra alarum suarum nos protegat: inquit enim: *A dæmone miradiano, &c.* Qui verò diuinationibus, quarum humanarum mentes naturã curiosas avidissimãq; vti & ipsius Adam haud ignorat, nos adorari tentant: quos, cum Dei magis proprium sit scire futura, omnes his curiositatibus frenum laxantes, peccatum incurrisse palàm est, ij excoriantur, cæteris plus vafriaciã, iactantiã, ac mille dolis, præcellentes. At qui nos sæpenuerò in mactitiam inducunt, animiq; desperationibus succumbere moriuntur, rationi recte mendaciorum tenebras obtententes, Occidui vocantur. his omnibus, mirando Dei nobis, que occulto iudicio quotidie, vel singulis etiam horis, nos vt infestent, potestas data est, non tamen ex æquo vnumquemque.

De summa Dei in nos affectione: perpetua Angelorum custodia contra Diaboli fraudes: deque titulis quos diuersimodè sortitus est Damon.

C A P. VI.

Dei paterna in nos affectio.
IN quibus quidem continuis tentationum pugnis quid mirum: si vel decies, indies victi, ab hoste callidissimo prosterneremur, ni diuina ope suffulti erigermur. Paternã enim suã in nos affectione sic rem moderatus est; na spiritus hi semper propriã essentiã, ac pro voluntatis maligno libita, animi nostri affectibus incommodare possunt, vt vt omnibus conatibus nihil intentatum relinquentes & extrinsecus & internè ibi sedulo

operantur

operã dent: hæc enim via peccato nos contaminatos, ijs aggredi potestas à Deo facta est. quò fit, vt crebriò in nobis variis animorũ perturbationes cõcitent, imaginatio- nes corrumpant, phantasiãque ad eorum peruersum libitiam accomodent, diuerso quod faciunt phantasmatũ motu interiori sue concupiscentie accensu, nihil tamè vel pũtis omnibus adhibitis machinis, promouent, si motus nobismet ipsis decisse uolimus, nostro appetitui deprauato indulgendo: sed potiùs gratiã omnipotentis, sancto- rumque Angelorum pro nobis perpetuò excubias agentium, auxilio adiuti, militis Christiani ab Apostolo luculentè depicti modo *fortiter illi resistamus.* Neminem enim his præsidis munitum reluctanter violenter trahere, sed spontè peccatis indulgentem, ipsòq; sequentem ducere possunt. Quòd verò nõ semper ex æquo vnus ill- deumque peccatis nos sollicitent, vt paulò ante dictum est, hinc factum, quòd (physicè tamen in hoc loquendo) ipsius cæli magis propitiã in nostra corpora sentientes virtutem ex parte impediuntur: adde non postremo, sed priori loco, quòd sanctorũ Angelorum excubiis arceantur, præsertim cum nos gratiã diuinã corroboratos sentiunt, quòd vel ex Balaã ariolo nõ obscure deprehende- re est, qui, vt populo Dei omnia infausta dirãque preca- retur propriã Israëlis intelligentiã oppositum influxum, quo, que imprecaturus erat, vt repetiret sollicitè quã fuit, quòd apparet vel hinc, dum per montes varios ascende- ret, nunc hæc, nunc illa expectans tempora, & hinc vsu venit, vt magis hoc, quàm illo loco, frequentiùsque no- de, quàm interdum nos infestent, maximè vero ante in- tempestam, quando more Hebræorum mane diei inci- pit, & *die 777* vt ipsi aiunt, viget, durum dixeris iudi- cium. Nec ita mirum conquam videri potest, quòd eo potiùs quàm alio tempore maior dæmonum sit pote- stas facta: qui enim non nisi in ipsis tenebris, Spiritus tenebrarum, tanquam in suo regno potētiores? à quibus & suos sortiti sunt titulos (vt vocant) vt nempe, potesta- tes tenebrarum in sacris literis vocitentur. His autem ob eorum peculiarem ab aliis que distinctam perfidiam & nequitiam nõ semper ex æquo, pro eorum, vt dictum est, rabie, vno tentationum genere nos aggredi datum est:

*Angeli ho-
minum ex-
sodes.*

*Balaam ario-
lus.*

*Tituli Dæmo-
num.*

*Tentationum
eodem genere
non semper
tentamur.*

cum

eum magis hoc, quam illo tempore, ac die (quod & de superioribus dictum) hac vel illa vigilia, hora, & momento, viribus praevalent: tum ob diversam Angelorum mutationem. mutuis enim vicissitudinibus, pro ratione temporum ac vigiliarum, non secus ac milites excubitores in specula collocati, sibi succedunt. Hanc autem rem se se habere patet vel ex eo ad oculum: quod Angelus cum Jacob Patriarcha, noctu multum diuque laetatus, ob has diversas vigilias instanter ab eo, ut dimitteretur quaesivit. Porro & propter diversum caeli influxum variūque sitam, sub vno magis, quam alio possunt ac praevalent: hi enim situm suis institutis malignis nacti idoneum, loci mutatione, (ut post dicitur) maximè in suis rationibus turbantur, eamque nobis magni esse momenti, ad praecavenda avertendaque mala nobis ab illis imminencia, vel et Angelis patet, qui divinum iussum exequuturi, de quo Sodomis supplicium sumpturi essent, prius Deoque dilectum Loth, ut inde fugam sibi consuleret, locumque mitteret fideliter monuerunt.

*Lucas Angeli
c. 27 Jacob.*

De precibus in Ecclesia Catholica institutis: vsu item campanarum ac luminum: & ad quem finem.

C A P. VII.

*Preces Ecclesie
qua ratio
ne instituta.*

Temporis etiam diversi diversa ratio ipsis, vel secunda, vel magis adversa, accidere solet. hinc non sine causa sancta Ecclesia Catholica, ritum populi Israelitici pie emulans, consuevit ut septies in die, stans tamen horis, ad Deum Optimum Maximum preces effundantur, forsitan, quod his ipsis astutissimus ille hostis, in nullas non occasiones intractissimus, maiores insidias animabus nostris struat, etsi alioquin, ne vel exiguo temporis momento (in aequaliter tamen) in nobis oppugnandis feriretur. Circuit enim, haud secus ac Leo rugiens, quarens semper quem deuoret. Hoc autem convenientissimo epitheto diabolus à Spiritu Sancto depingitur, cum aperto Marte quasi nos aggressurus est, quod assidue facit. Quod autem in tenebris magis quam in luce, potentiusque vires suas contra nos exercat: hinc Saluator noster, aeterna veritas

eterni patris, nos dum lucem habemus, operari iubet, patrisque monitionibus hauriri non desinit, ex quo & nos introductus est ut moritarius, (his enim credo tum ceteris omnibus daemon conspicendum sese exhibere solet, tum maxime) tenerationibus eos concutit) candela accedant, vera luce, de qua Simon canit, lumen de lumine nobis persequantur. Ipsa quoque Romanorum leges tenebras non immerito tam suspectas infensaque habet, ut nullam sententiam legitimam noctu, nisi tribus quatuorve accensis luminibus, profecti sinant. Quare ut praesentia huius luminis fallaces demonum insidiae, quas nobis struat, retundanturque: ita eius absentia maiores vires in nos sumere, omnium ferè antiquorum Thalmudistarum doctrinis traditum legimus: quod tamen non ita accipiendum, quod hoc elementari lumine haud secus, agrorum oculi radiis solaribus offendantur, & à suo cepto repellatur: Spiritus enim sunt, & sic ab omnibus corporis tactusque affectionibus immunès. nam si ab hac luce poena aliqua eis reformidanda foret (ut nonnulli Hebraeorum Mechabales somniant, quod & Arabes hac earum falsa religione imbuti sequuntur, hoc absurdum inde evenire necessarium esset. Daemones, quocumque locorum sese recipiant, inferorum poenas minimè semper subsequi, quin potius caliginosi aëris subterfugio, ac specuum causam, cum hanc lucem omnem siue à Sole, ceteris astris ipsoque igne profectam declinare vitareque possint. neque tamen hinc affirmandum demones nihil proflus angoris & cruciatus ab his solaribus reliquorumque Planetarum radiis sentire, aut etià ignis elementari splendore affici cum id fieri possit, non tamè quod sensu aut aliquo virtutis contactu, sed potius intellectui sibi adversari, intelligat, ut eis accidit ad campanarum sonitum, factis, accessas, ad quos quidam sacerdotum Christianorum ceterorumque religiosorum, ipso Purificationis festo, preces fieri solent: aut ob sanctorum, qui de his triumphum reportarunt, reliquias aliisque id genus similia, ex quibus quidam omnibus infinita illius supernae lucis virtutem, cuius laetissimo aspectu & vita & morum accipimus, satis agnoscut ac percipiunt: Christum nempe ipsum, lapidem angularem, ipsorum stolidam superbiam reprobaturum & contemptum, non sine extrema aeterna morte luenda pernicie. Quocirca, non abs re-

Tenebra Romanis inspicenda.

*Præsentia lucis inspicenda
Daemonum retunduntur.*

Campanarum & luminum vsus in Ecclesia.

Luminum
vltus ex pi-
ritibus Ecclie-
fis.

Etum: vt sancta Apostolica & Catholica Ecclesia, à primordia quasi per manus tradito & accepto more, hunc luminum vltum in hunc vsque diem retineat, non quòd omnes omnium generum demones (plures enim sunt) hac luce Elementari, prorsus in fugam acti, à nocendo desistant. Aliqui enim (cum sex à Platonicis numerentur genera non ita magno opere hanc lucem, occultà eorum proprietate, odio habent: subterranei vtpote, qui eius presentiam vel inuiti fugere cogantur: quin ad candelas ab Ecclesia benedictas, aut quæ sanctorum reliquias attingere (ne dicam de alijs luminibus) ita immoti persistant vt, supremi hominis virtutem magis expauescant, superiorumque à perpetrandis malis vix desistant: si frequenter enim id vltu venisse legimus.

De occasione, quam nobis nocendi nacti sunt Demones: de vltis illorum conatus resistendi necessitate: atque dolosis contra moribundos praesertim machinationibus.

C A P. VIII.

Demonis vlti
de ansam
nobis nocendi
sumunt.

Verum cum ipsis demonibus in nos grassandi animus est, multò frequentiùs ansam arripiunt ex nostris prauis cogitationibus, oculis & obsecris cunctis & factis, coelesti influxui contrariis, Angelicorumque praesidio: expultricibus: siquidem parissimum diuini nominis virtus, non nisi castissima pectora inhabitare gaudet. Cumque nos propria eorum essentia testatum venientes adoriatur, tanta subito spiritum compressio, animi angustia, repentiùsque inceptor nos inuadit occupatque, vt saepe numero sic quasi obessos vel propria vitæ nos tedium capiat, ab ipsis nempe demonibus, quibus nihil magis horrendum tristiùsque, nostris spiritibus adeò conturbatis: quæ quidem animi subitanea quasi exstasi abrepta desperatio, vt plurimum ab occultis causis proveniens (longè melius vt sentiunt puro iudicio Caballista) demonum accessui ascribitur, quam à Astrologis astris eam acceptam referunt. Siquidem, si hoc desperationis genus, duntaxat à caelo causaretur, nequaquam

Occupatio
Demonum.

Desperationis
origo.

quam tam repente & euertigio quasi, nec etiam sine infirmaliqua corporis, animi, ac valitudinis mutatione aut suspensio (vt saepe fit) contingeret. Nec tamen negandum, eum demones gladiatorio animo ad nos adfectant, eos nobis aduersorum siderum aspectum occasiones negligere: haud ignari malis corpora scilicet nostra, peccato originis ipsorum culpa infecta, astis affici; magis tamen numinis imminutionem curantes; quæ vt succedat, ad tam sidera, quam ipsa flagitia in causa sunt. Ex quo fit, vt nullo non tempore, cum etiam iustus septies in die cadat, in nobis tentandis oppugnantibus streuam nauent operam, pro eo, quo nos fallere ac circumuenire dolose flagrant, aut potius toti aestuant desiderio: huius, quo compotes sunt, omnia postponunt reliqua, etiam ipsam quam sibi imaginantur habere lætitiã hanc temporaneam, cum in verum aut solidum gaudium nullo pacto in eos cadere possit, ob perpetuum ignem, vermem nunquam moriturum, æternos denique inferorum cruciatu, quibus mancipati sunt & dolore presentium, & timore futuro. Hoc autem omnem humanum capram excedens, tristissimumque, & acerbissimum tormentum non hinc eos afficit, quo ad poenam coexistentem, quæ in Deo, vt beatitudinis obiecto, nunquam videndo consistit, quò diris flammis hi nequam Spiritus, vel etiamnum vratur: sed à supplicio ex accidenti, quod apud Theologos nomen obtinuit, quod tum à loco deteriori, tum ex hoc tenebroso vbi crebrius obseruantur aere, omnes ad inferna, omni spe inde redeundi penitus praesens, intrudendi sunt, maiori cum angustia ob mala, ad quæ induxerit damnatos: tum etiam à sensibili igne tanquam Diuina iustitiæ instrumento singuli castigandi satis superque sunt: cui perfecto igni in omne æuum destinati, rito vehementius ardebunt, quantum magis peccarint, ac in hos gratius scelus machinati fuerint, ter & amplius sine fine omnium miserimi: Nec tamen propterea aliquid de suo in nos, quo sunt, animo doloso & pessimo remittunt: itaque continuo viux fidei Clypeo munis aduersus eos nobis praesidio decertandum est, à Deo supplicat & petentibus, & spe non dubiã expectantibus, iuxta Principis Apostolorum Diui Petri præceptum, cum

Numinis
imminutio
non tam ex
sideribus
quam ex flagitijs.
Oppugnatio
Daemonum
continua.

Homini ne-
cessitas resi-
stendi Dia-
bolo.

fide fortiter eis resistendū. *venit enim Diabolus de Deo, ut te-
 naret, quò in orore inspicat hominē, vbi haud vnquā nostrā
 nō machinatur ruina, minime sic à Deo missus, ac qua est
 animo in nos maleuolo, ac in Deum insolēti haud im-
 merito permittus.* Diuina autē misericordia sēper tēpe-
 rata iustitia, etiā nos saepe numero, non ob nostri pēni-
 tentionē, sed potius aeternā saluationem, his tētationibus e-
 xerceri permittat; nunquā tamē, modo nobis ipsi nō de-
 sumus, in iis nos submergere succūbereque cōcedit, quā-
 rācumque etiā nequā horū Spirituū sit potestas, immo si-
 des nostra ne fopore torpescere aduescat, ac haud secus
 ac ferrū, non ex rubigine obducatur ab iis, egregie cō-
 nūo exercetur, mirabilisque Dei gloria & potētia, ex tē-
 tationibus veluti ex inferiorū abyssis nos fori sua manu
 vel ex insperato eripietis, velut insignis gēma hinc non
 obscure relucet. Porro, etiā nunquā non Diabolus (ut &
 supra adducit) tētationib. omnis generis aggrediatur ho-
 minē: maxime tamen omnibus suis adhibitis dolosis ma-
 chinis animā iā agentes oppugnare nō desistit. quod nō
 sine sūmo mysterio, ex postremis verbis Saluatoris no-
 stri in crucem acti patri aeterno Spiritum suū ardenti pe-
 ctore viuīdaq. voce cōmendans, satis supērius videre
 est. Inter alias autem tētationes, hęc etiā non minima,
 sed grauissima certē existit, quod postquā peccatū mun-
 dum inuasi aeternā Dei iustitiā id postulante, hominem
 internē tētationibus suis aggredi potestas Diabolo fa-
 cta est: qua quidem prima statim à cōdito mundo, ex
 duobus illis fratribus, Cainis animū, horrendū in modū
 perculit & cōcussit, quod scilicet nomen tale ex respē-
 ctu primi sęculi, ipsi Caini obuēit: tantā enim, tāque
 diuā inuidiā erga germanū fratrem Abelem, innocēssimū
 Deoq. dilectū internē in eo excitauit fouitq. strenue:
 ut, & luctuosā morte omni fraternę, charitatis vinculo
 raptō, ipsū tadē perimere nō dubitaret, ea vnica de causa
 (si modo causa dicenda) quod secundum Hebręorū pla-
 citum, sūmum ex sacrificio fratris, rectius cælum petere
 videret. Sic & Lamech carnis illecebris libidinisque fla-
 mē incendit, postquā ab Aemos primū nomen Dei
 Sadaī nō vocari audierat, ut prius duas coniuges appe-
 teret, sicque filij Dei in filias hominum irruerent.

*Ex diuina
 misericordia
 tētationibus
 Demonum
 exercetur &
 non submer-
 guntur.*

*Idolentes
 tentantur à
 Diabolo.*

*Lamech libi-
 dine sollicita-
 tur.*

Di

*De diluuij causa, & quōs ab eo saluus remanserit: de impressa-
 tione Noë in Cūm & nepotes: deque gigantibus
 & eorum superbo molimine.*

C A P. IX.

Quo factum, libidinum flammis semper crescenti-
 bus, ut fere omnes paucissimis exceptis, à recto
 deo, tēp. trāmite, timore Dei à terra prorsus expulso,
 posthabitoque nefariā, eadem Demonum artibus pas-
 sum Gigantes illi producerentur: quorum vastam huma-
 nęque naturę parum decentem & inconditam molem,
 tempore vniuersę carnis resurrectionis, ab his duntaxat
 auferet qui diuinā gratiā, ab inferiorum vinculis exoluti
 sunt. Hi nempe Gigantes, quā erant superbiā sibi filiorū
 Dei nomen assumentes, ceteros prę se cōtempptos, ho-
 minum filios, appellauerunt: eadē vltionem diuinam sibi
 & toti mundo accelerarunt, ut omnia diluuiō submersa
 perirent, excepto Noë (quę vox quietem Domini deno-
 tat) propter quod ceteris iustior esset, & semen aliquod
 generis humani seruaretur: Quod quidem diluuiū, ab
 Angelo (quem Pelion fuisse Cabalissę volunt) instructus
 Noë (hoc enim modo, multa præscuisse antiquitas Pa-
 triarchas, cum de rerum euentibus, tum de humana sa-
 lute, iudem asserunt) Dei que ad hoc excitatus spiritu, co-
 tis annis centum ante populo prædixerat, ad tēpiscen-
 tiam cōtionibus suis fideliter exhorrando, sed omni sine
 fructu, frustra & incassum laborando. Interea temporis,
 arcam sibi, diuinitus id edoctus, extruxit: in quam, cum
 vxore sua, tribus filiis, totidēque vxoribus, adde & non-
 nullis, de cunctis cęli & terrę animantium generibus,
 seruandus, sese recipere, ceteris omnibus Cataclysmi
 aquis submersis & perditis. Posthęc, haud longā tem-
 poris morā, & antequam adauctum adhuc esset no-
 uum genus humanum, Diaboli antiquam obtinentes
 filium Noë, Cham dictum, inducere eō, ut patrem de-
 nudatum dormientem, ceteris fratribus deridendum
 propinaret, ac monstraret, quem tamen antea fascino
 quodā ligasset, ne gigneret, quod id semen impediretur, Be-
 rosus antiquissimus Chaldęorū historicus testis est, qui
 hinc

Gigantes di-
luyj causa.

Noë, quies
Domini.

Angelus præ-
monuit Noë
futuri Dilu-
uij.

Cham patrem
Noë fratribus
deridendum
propinat.

hinc expergefactus Noe tantum piaculum in se patrem commissum sentiens, à Dæmonum insidiis filique malitia profectum; Cain eius nepoti imprecatus est; cum, quibus Deus benedixerat, ipsi maledicere non integrum esset. ex quo tempore. Cainum primum nigro à reliquis distinctam esse cœptum non leuis suspicio est, cū vel extrinsecus, tū Dei vindicta appareret, id quod magis aliqui asseuerate videtur, cū ex ipso Æthiopes, Ægyptij, cæteri- que Nigritę orti propagatęque sint. Verum eniuvero an non etiā egerunt variis iterum per vniuersum terrarum orbem nationibus hinc inde dispersis, cum per plurima signa & sacrificia antiquos Patres à propriis intelligentiis, quibus familiares erāt, vt eorum fidem in id futurū semel clariùs testatam facerent, instructos viderēt, quo & ipsi, varias regiones, & loca peruolando, omnis generis vitis Mundum inquinarent, tentarentque; vt huius benedicti promissi germinis omnem memoriam, (si foret possibile) penitus obliterarent, totoque exterminarent Mundo. Diuino itaque permisso, hominum peccatis id merentibus, factum, vt, quemadmodum pij sensim incrementa sumūt indies, in sciētia & timore Dei illuminati: ita rursus impij contemptores nominis diuini magis magisque ignoratię tenebris inuoluantur. Qua propter sub id tempus Zoroaster, sic dictus Astronomus, quidam Nembroth fuisse autumat, Dæmonū astutiā hunc risisse ferunt, tam variis præstigiis, hominum, cælorū siue potius Dæmonū ope adiutus, oculos perstrinxit, vt supra omnes humanas vires inde superbia elatus dicatur. Eorūde porro Dæmonum furis, & excitatus, & agitarus, ille Gigantum pessimus, proles hominū miserrima, felicitatem hic in terra, à cælo sibi contingere, omnibusque aliis; asserere non erubuit, ex quo cōsequutū, vt homines mirū in modū superbiā effrētetur, superbissimeque tarris illius extructionē molirentur, à qua tamen, immissā in eos diuinitus, linguarū diuersitate ac tãta cōfusione inextricabili, vt potē operis nefarij cœpto, statim desistere coacti sūt. Hoc itaq; pacto & lingua illa, quā Adā cūctis rebus vnicuiq; & proprię substantię virtute nomina indiderat, omnibus in hoc cōsentientibus, erepta est; si Heberū, cui Hebræi suā originem acceptam referunt, illi operi minime cō-

sentient,

Caini posteri
Æthiopes,
Ægyptij, Ni-
griti.

Zoroaster, ali-
às Nembroth
impia doctri-
na magica pri-
mū inasit
347.

sentienti, exceperis. Eodem etiam tempore, idem Nem-
broth, dum passim ignera obseruari præciperet, quò
prius Arctia, Noë vxor, ex arca egressa, gratias Deo
agens, quòd minime totum genus humanum submer-
sum voluerit, Deum adorauit. is in causa fuit, vt Chaldei
primi Assyrij Reges hunc coram se præferrent ac co-
lerent, ansamque præbuit non exiguam, quòd Abraham,
primus Dei martyr, seu confessor haberetur. Nam is apud
Hur, Chaldæorum existens; Deum cæli verè adorauit.
Elementū verò idololatricum, vt potē ab imperfectiori
institutum sexu, diuinis honoribus vt afficeret adduci
nullo pacto potuit, qua de causa & tyranni iussu in for-
nacem ardentem coniectus, in testimonium suę fidelis
constantia, cedentibus nihilque lædentibus flammis, sal-
uus (vt Franciscus Georgius Venetus asserit) ac inco-
lumis euasit.

De origine cultus idolorum superstitiosi perfugio delin-
quentium: circumcisionis præcepto: & trans-
formatione toties à poetis

laudata.

C A P. X.

Svb id potē idem tempus, eorundem diabolorum
Sinstinctu, Ninus Assyriorum rex, primus in mundo,
& autor hominibus, & inuentor æris signati, (quo qui-
dem nonnulli in priori mundo Christum esse vendicum
putant) idola colendi occasionem præbuit, exigendo in
honorem patris sui Beli, statuam, alysum, cunctis ad eam
confugientibus delinquentibus, haud abominandam im-
pietatem, postea Cedax longius in vulgus sparsit, quibus
imaginibus è limo, ceu alter Prometheus fictis, quā pro-
fecto Deus miro suę prouidentia ordine prius irrepere
propter mundi recentem creationē prohibuit ac vetuit;
malum certè, quo non aliud magis abominabile ac dete-
standum cum homo eò insanit a diabolis seductus per-
uenit vt neglecto & obliuione dita præterito suo Crea-
tore, Creaturam aliquam sordidam & interdum se lon-
gè ignobiliorem, diuinis affecerit honoribus, crimen sci-
licet omnium criminum grauissimum, ratione obiecti,
læte nempe Maiestatis, non humanæ, sed diuinæ. Quod
vel hinc clarè patuit quidnam sydera etiam ipsa ob eius-

Arctia al. Ty-
res Noë
vxor.
Abraham
primus Dei
martyr.

Abraham è
fornace saluus
euasit.

Gen. xi. cap.

Quod vel hinc clarè patuit quid nam sydera etiam ipsa, ob eiusmodi piacula cõmissa, in nostra corpora possint, cum Aram ante patris mortē rebus humanis exemptus sit: nec id sine causa, cum saepenumero in magna delinquentiũ turba, etiam si qui reperit̃ur innocentes, vnã rapiãtur ad suppliciu, nec tamẽ in hoc etiam Deus alicuius iniustitiã incusandus, cum ex hoc malo pœnã bonis premio efficiat potius ornatior: etq. reddat, cũ ipsos malos merito pœna maneat & interitus excipiat. Ex hoc autẽ idololatricę creaturarũ cultus initio, res paulatim eõ deducta est, Daemonum miris technis & fraudibus, vt Chaldaei prius, de hinc sacerdotes Aegyptij, vtpotẽ maxime præ ceteris superstitioni huic Diabolice irriteri: eõ tandem demonia processerint, vt firmiter penitusq. illi perignes, hi vero per stultas magica fabricatas arte, Damoni vel propria salute, omniãq. sua bona & cõmoda, accepta referentes, ab vniuerso eorum ordine, vt à Deo animas in corpora naturã immitti cõsuarint potius, quã crediderint, Quã ab causã processu temporis hac venenatissima animarũ peste maximã partẽ hominũ inficiente, à Deo ipso Abrahę mādaturũ est, vt hãc quamuis sibi cognatam infectã tamen hoc veneno præsentissimo gentẽ, penitus fageret, mutando solum etũ patriũ, vel Deo (vt affollet) Angeli ministerio, quẽ, Zacheiel, Cabalistę fuisse volunt, ad hoc vrente, ne & ipse ex eorum conuersatione corrumpetur, cum iuxta commune verbũ, *Cum peruersis, peruertemur* vt plurimũ. Ne autẽ diuinae promissiones, suo tandem tempore complendæ, inter eã profusus penitusq. ex omniũ fidelũ etiã anit̃is, Diabolicis dolis extirparentur: inire Deo cũ Abrahã eiusq. posteris perpetuũ fœdus placuit, externo præputij circũfisionis signo post circumcisiũ, ex quo masculi nascerentur, diẽ faciundo, quasi adũbrato. Hoc nimirum signo, cũ Dæmones prohibitarum libidinum sãmas sãmoperẽ debilitari animaduertent, ne hãc quidem pro more suo, aliquid intentatum relinquere, quod huius seminis memoriam omnem abolerent, gentes reliquas acriter insigãdo, vt hoc, quod Hebræi à ceteris secernebantur gentibus, quasi dedecoris & infamię loco exprobrarent eõque homines caulerios Apellas ac Verres nuncuparent: deniq. pro gente impia ac superstitionibus dedita, pas-

Dæmoni omnia sua referent.

Abrahę mādaturũ à Deo.

Genes. 6. cap.

Præputium Dei cũ Abraham.

Hebræorum gens.

sim diuulgarent. His itaque gentibus omnem gratiam, à vero Deo profectam, quasi pedibus concaleantibus, inciderunt: tandem iustã Dei vindictã in seipsum profusus reprobũ, natura etiam lumine ipsos destituentẽ, plurimã brutorum naturã indigestã, ad eõ vt eorum multũ ipsi brutis miscerentur, mas in marem, fontainã in feminã, in propriã denique hominẽ (hortesco referens) coire non erubuerint. Hoc belluino ac nefando scelerẽ, quo non aliud Deo magis exosum, res eõ deducta est, vt tandem omnes meritas lucrent pœnas: tres in meridie non sine mysterio Angeli apparere, ex quibus duo tantũ vesperi Sodomã ingressi, hinc sine mora cœlam vndiq. sulphur & ignem pluerẽ visum est, quo quicquid illarũ antiquarũ insignẽque vires, hoc nefando crimine polluta, penitus deleta, ac etiam hodie ita subterfã, in perpetuum diuine irę testimonium, cernuntur. in lacu, quo contra reliquorũ naturã viua absorptis mortuis non submerguorũ, animantia, tanto fetore exhalante, vt cuncti suprã volantibus alitibus lethãlis sit, ad eõ vt Cabalistę, ibi locorum inferorũ portas esse, rati sint, de loco enim subterraneo, nobiscum alioqui concordant. Ipsius quoque Loch coniu, quẽ non sine maximo secreto anonyma in scriptura reperitur, ex transgressione mandati, quod egrediens ne retrò circumspiceret iussa, in salis statuam vel in hodiernum diem, non sine horrore, conspicuã, transformata scribitur. Hęc & similia, diuina oracula, quod dæmones eluderẽ, quadam caczelia, stultãque imitatione, haud secus ac simia humana facta imitari tentat, autores fuere, vt tot, tantãque metamorphoseon fabulã, ab antiquis Poëtis, fingerentur, quibus gentiles iam antea stultos, profusus (vt ille ait) insanos redderent. Ad instar enim huius statuę, Bactranũ in saxum, in montẽ Rhodopen apud poetas primũ translatos legimus, Phyllidẽ in Amygdalum, in florem Narcissum, in fontem Arethusam, in auem Picum, acque aedẽ in stellã Arctophylacem, millẽque alias eorum fabulosas transmutationes, vbique gentium apud eos videre est. hinc etiam factum volũt, vt diluuij memoria, quam Noẽ Hortuscos edocuit, dum iam ad alta, iam ad maria tenerent, ærumnosã tuã vitæ memores, Pani Ly-

Cultus contra naturam.

Bactranũ in saxum apud poetas.

cco post Euandri accessum, demonum astutiã, salu
scripta sit.

De sacrificiis hominum: quinar: ea insituerint:
qui verò abrogarint.

CA. P. XI.

Ceterum cum & intellexissent Deum, ob præsigu-
randum verum illud, multis sæculis post futurum
sacrificium tentasse Abraham, præcipiendo vt filium sibi
unicum, voicẽ que dilectum in monte Moria, mactaret,
(montibus enim antiqui Patriarchæ, loco templorum
vsi sunt) haud mora idẽ genus sacrificij sibi exposularunt,
hinc in reliquiarũ ad sacrificandum destinatarũ penuria,
Phænices primũ apud Tyrum, impulit: Deinde & alios
plerosque vicinaram gentium, vt humana sacrificia sibi
cederent, immò tandem parentes, vt propriis liberis mi-
nimè parcendum duxerint, ad eam dementiam adegit.
Huius rei, vel sacra scriptura testis esse potest, quæ tra-
dit, regem Moab primogenitum suũ, regni successore, in
obsessã vrbe mœnibus, hostibus videlicet, quò de He-
brais victoriam reportaret, idolo Molocho, iugulasse:
quam ex voto etiam obtinuit, minimè tamen ob tantum
scelus commissum, omnibus potius flagris dignissimum:
sed quòd Hebrai diuinitus, ob multifaria cõmissa cri-
mina, ipso quasi medio punirentur. Hæc tam execranda
parentũ in liberos laniena, vnde nam aliò, quàm ab ipso
Diabolo, homicida & mēdace ab inirio profectũ, dixeris?
innatam parentum in liberas *erosphr*, in crudelissimam
carnificinam conuertente: superbissimus omnium spiri-
tus iste nequam, qui excellentissimam & ad ipsius Dei
imaginem formatam creaturam, sibi litari exposcere nõ
veretur, quod tamen iis, qui Tyriorum coloniam Car-
thaginem inhabitarunt, persuasit, Saturno sic litantibus,
deid in Taurica Chersoneso, Arabia Ægyptoque idem
sacrificatum, quod tandem Amasis Ægyptiorum rex magis
cordat⁹ vir, substitutã imagine cereã abrogauit. Inuasit &
& hæc dira pestis tandem Germaniam, qui Theutati suo
idolo, multo tempore eiusmodi sacrificia nefaria p̄fite-
bant, perrepsit postea & in Sueciam prope Vrsalã, quia
nec ipsa Italia rerum olim domina, deuota à Græca voce
ab hac immugis remansit immò tam vni ea afflictã
est.

Sacrificium
filij Dei præ-
cepit Abraha.

Montes loco
templorum.

Amor paren-
tum in crude-
litatem ver-
sus.

Sacrificauerunt
varij populi.

donec Hercules orbem terrarum peragrans, tot eum
monstris pugando, veterum reddiderit interpretatio-
nem: eam scilicet, vt hoc sacrificium potius lumine, id
quod vox sonat faceret edocuit. Nec ipsa Roma, quòd
vetera reportaret responsa, humano sanguini parcen-
dum rata. Exinde in Galliam, Britanniam, ac Nouergiam
quod Druidas, serpere cœpit. Quis itaque hæc omnia à
demonibus orta esse non videt? Tempore tamen (vt au-
tenti Prophetarum prædictum erat vaticiniis,) aduentus
Christi in carnem, hæc diabolica laniena in vsu esse de-
sit in imperio Romano, quod Adriani Imperatoris mi-
nisterio, diuino autem instinctu, factum est. Maiorem
etiam in motum hæc pestis grassata reperitur in nouo
illo orbe superiori seculo, Hispanica navigatione à Chri-
stophoro Columbo Ligure primũ reperto, vbi non ra-
rò vsu venit, vt quotannis ad septem millia hominum
varijs gemmis sacrificaretur, sic enim ipsorum Idola vo-
cabantur, tum à Sucataneis hic solũ ignotã tamen
de causa Apellis: cum etiã à Mexicanis, qui tum ibi reũ
potiebantur: Quod tamen execrandũ facinus nostro tem-
pore à magno illo Ferdinando Cortesio, Iberorum du-
ce, sub auspicijs Caroli quinti nõquam satis laudati, vel
ex hoc solo, ipsorum quoque finibus exturbatum est,
hanc seculi ac altero Hercule, Præterea, horum etiam
spirituum fraude factum peractũque est, vt Iosephus
innocens à fratribus suis, Ægyptiis venderetur. Ab iis
etiam Pharaon Moysi famulo Dei credere dissuasus est,
qui quidem primus prophetarum miracula edidit, hinc
Bicornem per ceruam Cabalistræ prophetasse tradunt:
immò ex eo Hebræos arctius premere cœpit: quò autem
miraculorum diuinorum auctoritatem imminuerent, &
vestigio per suos magos similia, præstigijs tamen ho-
minum oculos fascinando, facere tentarunt: quibus præ-
stigijs aded non tam oculos, quàm ipsa corda gentium
occupauerunt, vt non modo cœlũ, stellãque, sed & omne
ferè brutorum genus, pisces, alia, cæpas, aliãque olera,
gemmas, & ipsa Elementa, hominum gratiã tamen pro-
ducta à Deo, quæque cuiusque ingenium sibi idola sin-
cerat, pro diis suis colere nihil addubitarint.

Druida non
pepererunt
humano san-
guini in sacri-
ficiis.

Iosephus à
fratribus ve-
ditus Ægy-
ptiis.

Idola pluri-
ma pro diis
coluntur.

De legibus gentium; qui imitatione Mosaicâ Diis
suis omnia referebant accep: ac quo item
iammate ferrentur: de libris sacris
& panca de Sibyllinis.

CAP. XII.

Præcepta Dei
tabulis dua-
bus lapideis
insculpta.

Quum postmodum autem, verus & vnicus Deus ve-
let, miseris generis humani multis modis à vero abes-
rantis inscriptum binis tabulis lapideis (legē illam om-
nium legem, duarum nempe tabularum) populo suo per
Moysen in monte Synai inter fulgura & tonitrua pro-
mulgaret, & inter cætera Sabbathum obseruare præcipere-
ret, mendaces hi Spiritus & tum in contrarium nisi sub
diuersis fabulis festa celebranda esse euenti sunt, quo
magis suam superstitionem stabilirent, ipsos Hebræos
festa veta, vero Deo ritè celebrantes imitari Ioui, Apol-
lini, Dionysio infinitisq; aliis suis laruis & heroibus, vti-
que gentium peculiaritè festa sacrificiaque institui pro-
curarunt, agni etiã paschalis comestionem amulati
varis libaminibus agentibus immolatum est, quibus &
diminationem, quo vsu increbesceret, mirâ adhiberunt
astutiã: nec desuere, qui, in ferendis legibus suis gētibus,
Moysi cedere voluerunt. hinc Ægyptiis Hermes, & Apis
Peris Oromasis; Bactris Zatriastes: Crætensis Minos
& Epimenides; Thracibus Zamolxis; Scythis Anacharis
Lacedæmonibus Lycurgus; Tripolemus, Phoroneus
Draco & Solon Atheniensibus, legum latores fuisse, sicut
apud Macedones Cabiris, apud Romanos Romulus &
Numa Pompilius: atque multis sæculis post, apud Indi-
Senasque Somogorbonus, qui exercitiorū idololatrio-
rum (vt & hodie adhuc Orientalibus moris est) causa
fuit præcipua, perinde vt Viracoces, in orbe nuper repe-
to, apud Peruanos, & Zuazatlus penes Mexicanos: im-
Iaponios Amidas & Xaca, & tandem Mahumedi
sic enim aliqui scriptum reliquere, quem ex eius ortu
nomine, ne dicam dictis ac factis, ipsummet Ant-
christum, orbis bestiam, serum aprum blasphemiarū di-
nique & iniquitatis filium, nosse licet. Qui quidem
Pseudopropheta legem ab Archangelo accepit

Mahumedi
aduentus.

assecis ac miseris mancipiis suis tulisse mencius est,
prore & aliis omnia, ab aliis similiter ferè factum vniuer-
sis: qui, quò maiorem auctoritatem sibi conciliarent,
Moysen imitari, suis etiam Diis leges acceptas referebãt,
hinc Zatriastes legem à bono numine se accepisse glo-
riatus est. Minos a Ioue: ab Apolline Lycurgus: atque à
Vete Zamolxis: & Numa ab Ægeria Nympha. Haud
leges aliã quàm vernaculã linguã scriberentur, quò mi-
nus eorum cultus passim scribēdo vilesceret: instar eius,
quod veram viuētis Dei religionem, ob maiorem ob-
seruantiam, non aliã nisi Hebræicã (omnibus vocabulis
Ægyptiis inde exterminatis, quò citius eorum supersti-
tionum obliuio induceretur) scriptam tenerent. Proinde
antiquiores Græci Puniceis literis suas leges exaratas ob-
seruauerunt: Romani lingua Hetrusca, ab Aramea non
ita dissimili fulguritorum ac auguriorum attem custodi-
uere, quam pueros eorum edoceri sedulo dederunt ope-
ram. Sic veteres Germani & Galli Græcis elementis quæ
de religione sentirent, scripsere. Vniuersi verò Orientales
Syriacis characteribus suas superstitiones consignant.
Nunc etiam temporis adhuc diabolorum fit instinctu, vt
pleræque gentes barbaræ, nos, Græcos, Aethiopes, non-
nullisque Indos, omnes tamen Christianos, apud quos
alius à vernaculo sermone in religione exercenda, vsur-
patur, in suis quoque superstitionibus amulentur, vt ho-
die faciunt Sinaë etiam idololatræ, Iaponij, & Peruanij,
cũ nouæ Bæthicæ incolis: qui omnes diuersa ab ea quã
loquuntur lingua vtebatur: immò & adhuc licet claculum
venerat. Horum etiã spirituum opera peragunt, vt Turcæ,
Assyrii, Mauri, Arabes, Nigritæ, Ægyptij, Seta, Medij,
Parthi, Arachosij, Sogdiani, ac nonnulli ex Indis, cisque
Tmau, Tartari, nec non Sacæ: diuersa orbis climata inha-
bitantes, alio quàm vernaculo sermone suã legē, Arabico
nèpe scriptã habent: ad hæc nōne, dū Hebræos suilla car-
ne lege vetate abstinere videret, & ipsi, vt à bob^o Ægyptij
sibi repererēt, effecere: quod & adhuc obseruatur ab Indis,
sic & à piscibus Syri. Illa itaq; diuine legis obseruatione,
res eò deducta est, vt hoc benedictū semē, nō modò apud
Iudeos in dies magis magisq; radices ageret, verũ & gētib^o
Sybil.

Leges Dijs ac-
ceptas referen-
tes.

Romanorum
leges qua lin-
gua seruata.

Sibyllinis innotesceret oraculis, quarum decem celebra-
 xur (etsi nonnulli vnam tantum fuisse velint) diuersis
 tam nominibus) quæ omnes, diuino affata numine,
 ticitatæ sunt: etsi ipsæmet suorum vaticiniorum igni-
 misera. Haud enim existimandum, cum veræ fidei esse
 expertes, eas, instar nostrorum Prophetarum, fuisse illi-
 minatas, verum vaticinia illa ex diuino influxu in eorum
 animis, quasi imagines in speculo, relucebant: non ad illi-
 rum proprium, sed potius gentium, ne quicquam cau-
 re possent, commodum, perinde vt Balaam ariolo, ac Ca-
 phe sacerdoti immittebantur. Quorum porro molitona-
 bus factum, Hebræos imitando, qui Salomonis Cantica
 Ezechielis prophetiam, allegoricamque scripturæ inter-
 pretationem, non nisi viris dignis manifestari volebant
 harum libros, arque Hidaspim legi, præterquam quod
 quindecim viris capitis cunctis supplicium præscriptum
 erat.

Libri sacri nõ
 omnibus ma-
 nifestati.

De Poëtarum viris sgmentis: eorum doctrina fabulosi a De-
 monibus instigata: responsis etiam Demonum oraculisque
 diuersimodè redditis imitatione sacrorum
 Prophetarum.

C A P. XIII.

PRæter hæc, an non iidem nequam & fallaces spiritus
 excitarunt, vbi hoc beatissimum semen apud Hebræos
 nasci debere, eisque propriam malitiam crucifigi ac expelli
 gentibus verè Dei filium prædicandum perceperint, quod
 villo si modo possent impedirent, aut saltem ni possent
 retardarent tot Poëtas, ad tot tantaque fabellas effin-
 gendas vbiq; gentium de Iouis liberis; qui nonnulla
 parte huius sanctissimi seminis virtutes, ac Theosandæ
 gesta, non secus ac simia humana, emulari viderentur.
 Quid enim aliud sibi voluere antiquorum vates per Pe-
 seum è virgine natum, nisi vt hac fabula, Apostolos hoc
 diuinum germen à virgine produsse docentes, quasi nihil
 inauditum, admiratione aliqua dignum afferentes, præ-
 cõtemerent? quid per Mercurium, Deorum hominum
 que internumcium, nisi, cum hoc semen verè hoc officio
 fut

Poëta quæ à
 Diabolo edo-
 cti.

Perses è vir-
 gine natus.

staturum audirent, leuius eo afficerentur: quid per Her-
 gem, natum è Ioue, orbem terrarum à tot mōstris via-
 tantem intelligi voluerunt, in cuius beneficij memo-
 riam tot tantaque malis erepti, propria mortales sedendo
 erant sacrificia, eique decimas instituerent? quid per
 æteticum regem, inferos perentem, atque cum exnuis
 perentem? quid per tot plures alios, nisi vt cum hoc di-
 uinum germen ineffabili quodam modo humanam suæ
 nature indissolubili vinculo copulasse naturam audirent
 homines ex inferorum potestate, è laeu illo, in quo
 erat aqua, liberaret: hæc (inquam) omnia non maio-
 ræ suas facerent fabulas, vnūque alteri quasi similia
 conferrent? quid aliud per Aesculapium, morbis homi-
 num variis medentem, nisi vbi hoc sanctitatis germen
 vt nostros languores sanasse intelligerent, hoc omni-
 bus penderent? Quæ porro effuxere de Aristeo Procone-
 sio mortuo, & deuò tandem viuo apparente, Cleomede
 in arca incluso nec amplius reperto, Adonidi quem spar-
 gerent planctu, Abari ac Hyperboreo per aëra volante,
 nisi vt nos, huius seminis memoriam requiescentis in se-
 pulchro quorundam celebrantes, derideant: quasi, perinde,
 ac cum eum, propria virtute à mortuis resurrexisse, ad
 cælum in conspectu multorum ex fratribus conscendis-
 se, gratâ mente & ore recolimus; vt rem nullâ admira-
 tione tantâ dignam, stupentes ludibrio habent. Quid de
 Mure sacrisfeto, pane ac poru, Mercurij aqua, quâ com-
 mulla scelera expiare miseri somnabant, denique de tot
 innumeris hoc genus fabulis ab eis confictis? an ob vllâ
 aliam id factum putaueris, quam vt huius clarissimæ lu-
 cis, ad reuelationem gentium cœlitus demissæ, splendo-
 rem suarum fabularum caliginæ tenebrisque retunderet,
 ac inuoluerent, tum penitus illud extinguendi, potesta-
 tem omnem sibi præcisam viderent? Haud absimili mo-
 do & consilio diuinos Prophetas, populum ad veri Dei
 cognitionem crebris concionibus prodigiisque inuitan-
 tes, diuinaque reuelationes propalantes, suis & ipsi falsis
 ardis amulati sunt, quorum insigniores celebrarunt, Mu-
 seus Atticus, huiusque ciuis, Lycus, Bachides, Boëtius &
 ipse Tiresias, Eucleus, Epimenides, ac Mopsus, omnes qui-
 dem, at diuersis futuris prædicendis olim occupati, vt à
 diuersis

Descensus ad
 Inferos.

Resurrectio
 ascensio Chris-
 ti.

Poëta diuinos
 Prophetas a-
 mulantes.

diuersis demonibus ipsorum abriperentur sacrificia, etiam ieiuniis, lotionibus, variisque cantibus, chorisque premittis: vix enim dici potest, quam hi immundis spiritus diuinorum tamen honorum sint auicillissimi. miserandum iam modum diuines honores sibi expositos miseris hominibus diu multumque impoluerit. Hanc neque Branchis, virgo vatidica, ni virgam manu tenens tridud ante ieiunans, pedes limbusue fontem tangere responsa dare poterat. Ita nec Colophone responsa proferebat, non gustata aprea aqua illa qua omnia conuertit subtrahatur. quidquod ipsum Delphicum nihil premebat, ni sacerdos in antri adytis tripodis insidens illas potius, quam diuinas exhalationes exciperet. Adde tot aliorum oraculorum responsis, quae iisdem demonibus ducibus & auctoribus primum in Iouis Dodonaeo templo ex quercu reddi cepta sunt: post ubi veri Dei uocem arca resonantem, & sacerdotibus ut populi futuras perciperent iubente, primum perciperent. Quid porro illis fatidicis sermonibus, & Deorum simulacris, quae omnia usque ad tempora Pythi Epyrotarum regisamine responderunt aliud sibi uoluerit, nisi ut eos ueritas Dauidisque Psalmos imitaretur? mira certe astuta oratione uiloquentia introducentes, ut ambiguitate ueritatis haberentur, cum tamen ipsa, nil nisi hominum exordia spectantes fallacissimi mendacesque in ipso euentu rei, semper conperti sint. Responsa itaque sua, non dactila, strictione numeris inclusa, sonora, magis, sensuque gratiora reddere uolebat, quod & eorum laudes, suauitate quadamque Dei laudes hymnis decantatae solitas, exuperarent: progressu tamen temporis, cum non amplius ligata, sed ipsa potius sua reddere cogerebantur, minus certarum precere potuisse deprehensum, quod non caelestis alicuius influxus defectu factum putandum: quasi uero Pythiac ac ventres eorum non tanto ut antea, terra halitu exerentur, quod nonnullis per sonum in mentem uenisse uimus, cum oraculo passionis omnis experientia, nec a reu natura, nec loco certo afficiantur, concludanturque ueritate longe potentiori causae id factum merito adscribendum, utpote ab altiori intellectu profectum. Neque enim, quae Amel Zachiel praefecturam possit (his enim intellige

Branchis uirgo

Oracula ex quercu reddi

Imitatio Psalmorum Dauidis

Responsa Daemonum qua

mundi committi regimina ferunt. quorum causa uarios inferioribus influxus contingere leuiores afferunt latentes, cum quae in uoluntate, ut ipsa quidem responsa consistunt, longe ante quam euentat, uicino intuitu in excellentiae speculo, prospiciant.

De aduentu Christi: an ei silentium responsum Daemonum opponendum sit: de illorum in operibus diuini amulatione: de qua aduentus Christi restibus de fuga denique demonum in subuersione idolorum solo illo uisita terra

C. A. P. XLV.

NEC inde etiam factum, quod eorum sacerdotes, auaritia uicio laborantes, pecunia eos rumpentur, cum enthusiasmo extra se quodammodo rapti, ut his silentii consueuerat, inquirerebus ipsorum quidnam esset, quod responderent ignorarent: multo minus ipsorum Daemonum nam aliquo aetatis uicio morboque factum existimandum, cum his minime sint obnoxij, mores hominum non sentientes: hinc uero potius (ut Compositio dicitur) illa haecryma, & in hoc campo totius huius ueritatis tempus uenerat, quo sese Sol iustitiae, splendore gloriae patetiae totum mundum illuminante, aeternam exoriebatur ex alto, ad cuius lucis recens praedicationis amoram conspectam, omnia illa diabolica sensibus mundum obducentem, oraculorum responsa uicta ac fugata terga dedere, penitusque contricere: haud secus, quam & nocturna eorum spectra, sub tempus Solis emergentis in fugam acta, hominibus, moesta esse desinunt, cuius etiam gratia Graeci, quos qui alios erudirent, sapientes habuerunt, & Romani rerum domini, qui usque ferre, in seconsultos obtinere: Demones praeterea, item uidentes Heribros in deserto, iuxta Dei uindicta a serpentibus uenens uisus, aspectu solo eius iussu a Moysse erecti ueni. Serpens ne uisus serpentis, incolomes euadere, sumas & in hoc agere morsu suo non neglexere: hinc eiusdem magis de mo a Nicogora Syyonibus allatus est eandem uisu, ut a Romanis, conuerti ad se.

Silentium oraculorum unde.

serpens ne uisus serpentis uenens morsu suo non neglexere: hinc eiusdem magis de mo a Nicogora Syyonibus allatus est eandem uisu, ut a Romanis, conuerti ad se.

Templum Salomonis vero Deo exivisti.

Templa Daemoni exivisti.

ad sedandam pestem vectus est Aesculapius. Extro-
porro à Salomone summo veroque Deo Sabaorh, qui
in medio orbis terrarum, templo omnium pulcherrimo
ac magnificentissimo, ipso etiam Dei spiritu artificibus
ad id opus undique conquistis coactisque, ut in eo om-
nes Hebraei Deum suum adorarent, nonne hi spiritu
hinc inde æmula quasi fana sua ædificari satagere? quod
vel illo Delphico, in medio quasi habitati orbis vni-
co, Apollini erecto fano cernere est. Aegyptus quoque
Alexandria Serapidi, totaque Asia, Ephesi Dianæ, & Scia-
dia Thoroni Vpsalia, magnificis omnino sumptibus æ-
dificauere templa. Denique iam à tot seculis promul-
gato mundo exhibitio in carne hoc sanctissimo germine, quod
nam intentatum hi impuri spiritus reliquere, quo in
mortalibus invidentes, statim vicissim è medio tolleret
nil profectò. Nonne Herodem, ut nec suo sanguini ex-
teret nefariis armis instruxere: ut & Augustus, se mille
Herodis porcum: quam filium esse dixerit: eumque tan-
dem volens, licet innocentissimus hic agnus, nec pro
nobis exoluturus in manus peccatorum se se traderet, nul-
lis non tormentorum generibus, nisi instrumento ad hoc
Iudæi ipsi, eum intentatum reliquere: quodque tunc à ca-
pite exorti erant posteris temporibus in membris etiam
sanctis, nempe martyribus Christi, strenuè persecuti sunt
quorum omnium memoriam recolendo, etsi quotidie
quinque millium immò complurium numerus coniu-
geretur, annus tamè integer, minimè sufficeret: quorum-
que ossa tanta copia Romæ, ac si essent rædæ paleæ que
pâssim per compita viarum, ardere visa sunt. An non
omnibus omnium gentium scriptoribus hæc rem gesta
literis posteritati consecrare, utpotè Senatui Imperatori-
busque maximè infestam, interdictum est: quorum ope-
ra? demonum ipsorum: nisi tamen incassum, ipse enim
Augustus, licet nescius de ortu eius, (quem tanto ardo-
re extirpatum vellent, eiusque memoriam deleram fun-
ditus) de vita Lentulus, de morte Tacitus, de eius in Ju-
dæa aduentu Suetonius, de ipsius autem miraculis ac re-
surrectione Iosephus, ex solis præterea præternaturali
deliquio, Areopagita sic testis, Phlegræ stupendum ac
prius nunquam auditam terræ motum refert Plinius.

Cuius

Cuius etiam, nisi ipsorum Daemonum impulsu effe-
ctum, ut huius sanctissimæ doctrinæ sectatoribus à ty-
rannicis interdicerentur literarum studia, quo tandem
ignorantia irretiti cœlestis studij doctrinam abicere ac
deserere cogerentur? Verum nec quod hac viâ aggressi
erant eis successit, cum innumeri hinc ferè doctrinâ insi-
gni conspicui prodierint sapientes, diuersis linguis in-
structi, hoc semen sanctum laudibus celebrantes, suaque
morte, veram fidem confirmantes. Ab istis itidem
profectum, ut Orogæon, in sanctitatis gemma pictores
effingerent, quo homines ab eius cultu alienarent. Et
quid, per Celsum, Porphyrium, Iulianum, aliosque So-
phistas, tantis fallacis, falsaque tot hæreticorum doctri-
na, non in captum est? itidem tamen sine successu; quos
enim radicibus extirpatos vellent, eos potius quotidie
magis crescere, viresque sumere contigit; hinc tanta
martyrum corona, qui vel vitæ veritati, huius sanctissi-
mi seminis testimonium præbeantes, mortem subierint;
nec propterea quod literis interdiceretur, multi egregiè
dotti defuere, ad quorum exempla, & nos nostram vi-
tam instituere, si ita usu veniret, æquum foret, protecti
vindicatæ vmbra sanctissimi huius seminis. Et ut ad ea, de
quibus superius digressi sumus, redeamus. In tantum hi
scelerati spiritus, ad exortum huius lucis diuinæ, eiusque
verbi per Apostolos prædicationem, in fugam versi vbi-
que locorum exterminati sunt, ut & ob solum nomen
etiam à malis prolatum obmutescant penitus, eorum-
que idola subuertantur; cuius rei vnam ex aliis multis
exemplum extare inquirunt, à Diuo Bartholomæo ad-
uersus Astharothum, insignis magnitudinis Albanie
Demonis simulachrum, ac sancto Thoma coram Mei-
deo deignatum.

Literarum studia interdita.

Christus à pi-
toribus simul.

Erga Dæmo-
num in Ad-
uentu Chri-
sti.

Aduentus
Christi testes.

adorari hoc felicissimum nomen inciperet, tantopere la-
 mentatur: cuius rei etiam causa, non sine magnis clamo-
 ribus Pana quendam ex eis, quos decepta gentilitas sibi
 Deos sinnerat, exinctum fuisse, Plutarchus auctor est
 non quidem, ut nos, atque hoc magis, quod omnia
 horum operatio ab intellectu quem nullo facto con-
 rumpi, uti nec nostrum etiam cum deforis adueniat, ne-
 que ut intelligat, villo aliquo indiget sensus instrumento
 Immo nec hinc, quasi daemones gratia diuinâ priuat
 (quæ vetustissima mors est) fuerint, cum iam antè crimine
 prior ea longè satis exciderint. Verùm multò magis ob
 tyrannici sui imperij amissionem, tanto tempore diuino
 permissu in homines obrenti, donec tandem in hoc Dei
 germè, in quod nihil habebant iuris, cum parorâ impe-
 cabile foret, manus iniecerunt mortè inferèdo, quâ quod
 per Adam amiseramus non iniuriâ maiori cum fenore
 recuperatum est: vbi enim abundauit peccatum, super-
 abundauit & gratia.

Gratia priua-
 tio mors ani-
 ma.

*De insolenti Daemonum cupiditate, sibi diuinos honores
 vindicare volentium; sibi que urbium
 saluam tribuentium.*

C A P. XVI.

AD propositum ergò nostrum nunc redeundo, ple-
 raque & alia præter hæc machinatos esse ipsos
 Daemones videmus, quò omnino quantum fieri pote-
 rat, diuinos honores suos facerent, nihil non imitari ac-
 si; arbores enim quædam voces humanas edere audire
 sunt: cum apud Dodoneam syluam post vbi Dominus
 ex Arca respondisse perceptum est: tum etiam apud Pe-
 sidem, vbi ex arboribus reddebantur oracula; & ex ce-
 rum, quæ Soli consecratæ erant crebriori fructuum vti
 homines sibi vitam prætereendere credebant, ut Arctus
 magus. Simile quid & prope lacum Nympharum acci-
 dit, ubi etsi non vce, signis tamen certis responsa quæ
 sua prædebant, in hoc etiam Deum imitari studentes
 per signa etiam sæpenumerò veritatem inuenientem; per
 inde ut Moysi per rubum igne non consumptum, in
 pe

Poces huma-
 na ex arbori-
 bus audita.


Responsa non
 sunt vocem
 sed etiam si-
 gnis prædita.

per humidum vellus, in arida humo, ac vicentia, Ge-
 deoni Hebræorum iudici, aliis signis quoque aliis in lo-
 cis indicatis. Qui enim successum rerum suarum euen-
 tumque oculis quasi inspicere desiderarent, ex thure
 igni iniecto præscire poterant. Si enim cœpta sua ex
 sententia successura erant, nulla interiecta mora in ter-
 ram proiectum flammis absorbatur; sin minus, ignis
 quasi id refugere conspectus est, ut & sæpenumerò apud
 Greciam contingit, vbi oblatum (si quidem placebat)
 sacrificium flammis cœlitus demissis statim corripieba-
 tur, ad instar sacerdotum Bahali, daemones id procu-
 rantibus, iuxta Hebræorum Thalmudistarum senten-
 tiam, antequàm cum Helia de vera religione contende-
 rent succumberentque, à consuetis signis defecerunt.
 Quæ porro in Tyaneo fonte, fluitoque deamandro ab
 ipsis cœpta sunt, (ad similitudinem aquæ maledictionis,
 quæ adulteras prædebat) vbi virgines vno iurando, alte-
 ro verò lauando, an Dianæ cultum seruassent hyme-
 num, explorabantur. Ad hæc, grassantibus delictis ali-
 quibus publicis, ad tempus interdum à responsis suis
 cessabant, imitaturi & in hoc verum Deum, qui vocem
 suam in arca cohibuit, peccantibus filiis Heli. Regna
 etiam vrbesque vergentes ad interitum sua opera con-
 seruari mentiti sunt, ut in Ilij destructione sub Iunonis
 & Veneris imaginibus depingitur: sanctorum Angelo-
 rum, pro pijs excubias perpetuas agentium, munus æ-
 mulantes. Multa præterea & alia huius generis ad his fa-
 cturata sunt, ex quibus tamen vel hæc adduxisse, nobis
 satis sufficiat.

Aqua maledi-
 ctionis adul-
 teras prædebat.

Grassantibus
 delictis res-
 ponsa cessa-
 bant.

Urbium salu-
 tem sibi Da-
 mones tri-
 buerunt.



DE NATURA

DÆMONVM

IO. LAURENTII

Ananix Tabernatis
Theologi.

LIBER TERTIVS.

De responsis oraculorum: cur dubia & obscura reddantur: de predictionibus vaticinijsque probentur necne: & qua ratione permittatur usus.

CAPVT. I.

Responsa Dæmonum cur dubia aut obscura.



ERVM ad responsa dæmonum, quod attinet, semper hoc proprium habebat, quod aut dubia, aut perobscura erant quò homines inextricabiliter perplexitatibus inuoluèrent; vt vel hinc patet: *ibis, redibis, non morieris in bello, & non Apulus Carolus vincet.* Neque hoc natura oculorum, quasi aliter reddi non posset adscribendum (vt multi ex antiquis, falsò sibi persuaserant) sed dæmonum partim fraudi, partim verò inscitia: etsi enim plurimarum rerum cognitione ingenij acumine præditi sunt, & ob proprias rerum ideas, quæ in ipsorum essentia fonte insunt, quisque, eos nunquam in potestate esse Theologi asserunt: non tamen propter eorum contingentium determinatam: certamque veritatem assequi possunt, aut quòd Angelis (vt Scotus inquit)

Perplexitas oraculorum cui sit ascribenda.

prohibe-

prohibeantur. ait namque satis dedecere, cum sensibile nihil sit, quòd intellectu comprehendere nequeat, quicquam reperiant: quòd verè (vt Thomas asserit) nequeant: nec aliter facit, quòd sexnumerò ipsorum prædictiones ab euentu præcisè comprobatae sunt, vt videre est in Martio vate, qui multis annis antè Canensè pugna prædixerat vt nò tam futura, quàm iam facta referre, videretur, sic & ab Hidaspe antiquissimo vate Lydiæ regis, qui simul cum Romani Imperij excidio vniuersalem mundi etiam præcinnat ruinam iudiciumque futurum. nam cum hæc prædicere, non quasi ea, quæ à se scita forent, at quæ certa ab Angelorum (vt inferius demonstrabitur) audirent reuelatione vaticinabantur, etenim his formis tantum id, quòd à naturæ principiis pendet, simplici nihilominus, vt & Angeli, intuitu, percipiunt, quamuis ratiocinandi virtutem habere, si vellent modò ipsorum natura ex parte non repugnaret, vtique posse Scotus non denegat, non tamen vt rebus ordinantur diuinis, cum his quasi noctuæ cæcuciant. Qua quidem naturali scientia nequaquam ob commissum crimen (vt dictum est) priuati fuerit, licet non nihil obscurati, cum cæ (vt dixi) non ad Dei gloriam, vt faciunt Angeli, sed ignominiam potius vtantur. Proinde, hæc eorum scientia potius nocturna, quàm vespertina, quæ propria est Angelorum, à propriis scilicet eorum natura emanans principiis, nuncupanda est: qua quidem omnium rerum virtutes ita percipiunt, vt vnico tantum actu, ad cognoscendam quamlibet sui formam, cum omnibus indiuiduis conuertantur, etsi non ad diuersas rerum species, vt nec intelligentiæ, propria virtute conuerti queunt. ex quarum quidem singularum perfecta cognitione, si haberi villo ab homine posset; multo certe maior, quàm ex totius mudi perfectione, oriretur voluptas & delectatio. qua quidem Dæmones ob commissum in Deum scelus destituti (etsi scientiâ non carcant) nihilominus hac, quantacunque eis reliqua sit, haud tamen assequantur ea, quæ à Dei, tum etiam nostra dependent voluntate, vel iam existentia, tantum abesse futura.

Predictiones interdum comprobatae.

Perfectam rerum cognitionem nullam consequi potest.

*De futurorum prædictione: an sit & qua ratione concessa: an
solloquio Damonum cum Angelis & ad quem
finem: deque huius præscientia cupiditate:
an certa haberi possit, & cui ascri-
benda: Sortilega demum artes
unde caperint.*

C A P. II.

*Futurorum
prædictio ut
concessa.*

EX quo consequitur, si quando futurorum euentus
aliqui prædixisse reperti sunt, id eos ex superiorum
nunc ac reuelatione, miræ Dei ordinæ ac providentiæ, pri-
mum omnium accepisse, ut homines, qui præ cæteris
omnibus creaturis imaginem diuinam expressius quid
referant, spontè tamen spreto summo iustitiæque bono,
sceleribus sese contaminantes, magis præcipites in pe-
nas exitumque ruant. Nec cuiquam mirum videri de-
bet, Angelos interdum dæmonibus colloqui, cum neu-
sint animi ita dissimilimi, naturæque sic repugnantes, ut
omnem amorem profusus exuisse videantur, etsi Dei di-
lectionem abiecerunt, quâ Angeli vel hac altiore mini-
mè vacant: & propterea operam dantes, ut fides eò magis
exerceatur, incrementumque sumat: mutuum verò inter
ipsum bellum, ratione diuersarum voluntatum, excitatur,
cum hi Dei honorem omnibus modis auctum, illi verò
diminutum velint, procurantque. Nec tamen dæmones
ex hac cum Angelis conuersatione, quasi ad aliquem
amorem erga Deum, commouentur, cum summa ob-
stinatione atque militiâ opere (ob quod charitate de-
stituuntur) ab Angelis discrepent futuri solummodo ali-
cuius cognoscendi causa, hæc colloquia potissimum ex-
pentes in hunc etiam modum, Satanam cum ipso Deo
collocutum, apud Iob clarè patet, ex quo factum, ut gen-
tes crebrò per oracula delose fiat, adhuc quoque nonnullæ
deludantur. Hac futurorum prædictione, humanis men-
tibus iam naturâ rerum eiusmodi cognitionem plus sa-
tis cupidis ac curiosis per totum ferè mundum olim diabo-
lus astute insinuauit ubiq; locorum, & quod mirum, idem
cultus antiquitus, Druidum in Gallia, & gymnosophitarum

*Auspiciis om-
nia sebant.*

in India, deprehensus est, atque etiam per naturalia, qui-
bus, cum diuinum nomen laudandum esset, siquidem cū-
ta in hominum gratiam vsuque creata sunt, propter *Ignem adorã;*
eorum abusum vituperari, ac blasphemis affici cœpit: *ses.*
cum ipsorum dæmonum dolis fraudibusque, sortilegæ
ac superstitiosæ artes, que originem ex Elementis, cæte-
risque creaturis traxere, hominum animis obtusa sunt,
crepto inde vero honore Deo debito, pietatèque ipsa,
hinc infinitus ille gentium deorum numerus excogi-
tatus, ut tandem nec vana res, vel naturâ vel arte pro-
ducta superflua, quam diuinis honoribus non affe-
rent.

*De cultu variarum gentium diuerso: multis idololatria
generibus: responsis ex idolis petitis: extermi-
natione idolorum: & siderum
observatione.*

C A P. III.

Hinc, ut & præmissum antea, Chaldei igni, quo prius
Aretia Deum coluit, genua flexerunt, cui & Acham,
furore diabolico agitatus, proprios liberos initiare non
addubitauit, cui & hodie nonnullæ veneficæ crebrò alie-
nos vel etiam suos infantes consecrant, multi præterea in
Scythiæ extremis, penitioribusque Aethiopiæ tractibus, cer-
ni sese ei inclinât, ab insensibili hoc Elemento auxiliû,
aquam è pumice nêpe, poscentes. Persæ quoque antiqui
Lunam, cum in nouissimo Hebræos caput aperite cerne-
rent, de noua rerum prole Deum laudantes adorauere, ip- *Lana Solis;*
que Solè, Miram ipsi dictum, diuinis honoribus prosecuti *cultus.*
sunt, ad cuius exitum, vel equorum hincitu, interdum fu-
tura præscite sibi polliciti fuere. Inde etiam à diuersis ido-
lis, ut & Aegyptij, Græcique, & aliarum gentes, sua habuerunt
responsa, nec adhuc in hunc diem similia idola profusus
penitusque ex mundo extirpata sunt, quantumuis id sibi
persuaserit, hallucinatus tamen in hoc, Bernardinus Man-
delius, iunctus textui Zachariæ ac Eliaæ Prophetarum,
minimè tamen satis ei intellecto, præcipienti, sub Mellis
aduentum, cuncta idola abolita iri, (ut hic alioqui ac-
tiskanus, ut qui artem ferè in philosophia ac logica ar-

arguis consumpsit, cui equidem non pauca debeo, cum tantum explosa sint à Romano Imperio, cuius appellatione cum totum cognito ferè orbi imperaret, totum regi mundum dicebant: quem dicendi morem etiam in nouo testamento secuti sunt spiritus Dei illuminati

Totus orbis Euangelizate, vt misit Cæsar quo describeretur totius orbis & hic eodem modo Romanum Imperium designetur.

quomodo designetur.

Quæ itaque idola adhuc supersunt in mundo, scilicet & paulatim quoque expellentur, donec tandem ab omnibus, hoc increato lumine clarius perspecto vnum sit quile: & vnus pastor. in Europa enim, apud Græcos, decessit in Asia, apud Obolorianos: ac alios multos in Aethiopia, nonnullos Nigritas, & in nouo Orbe penes diuersos populos, etiam noua idola responsa dant ex certis simulachris. Verum, ad institutum redeundo, ceteraque, quæ de his idololatrarum generibus, adduci huc possent prætereundo, Quoniam, tot tantaque fuere apud Aethiopes, Arabes, Mauros, Hispanos, Gallos, & Germanos, Sarmatas denique, Scythas, Romanos, Pœnosque idololatrarum genera, vt ad trecenta, eoque amplius creuerunt, auctore Themistio, ex quibus Thufci, tonitrua, fulgura, fulmina, decidua sidera, ceterosque æreos ignes & Cometas colere: à quibus non raro eam sepe numero sint signa, non ita fallacia, vt potè ab ipsa natura prodeuntia edoceri possent futura, quæ contingunt, ignari rebus ascribere, quorum diligentia eò processit, vt assidue dierum numerum prædixerint, diuersoque deos his præesse statuerint, artemque fulguritorum eorum astutiâ edocti, literis scripserit Hetruscis, Thages, & Begoe Nympha. Hæc demonum superstitiosa arte Pythonicæque, Porsena Larthes industria, Vulsenam vibem, diu frustra obsessam, horrendo fulmine ictam succendit, funditusque igne vastauit: qua etiam Tullius, Romanorum Rex, nondum perfectè satis instructus, periculum huius aliquod faciens, suæ ipsius mortis occasionem præbuit, fulmine ictus periens.

G A P.

De auspicijs & augurijs: eorum obseruatione: nis licitum sit antiquitus quid aggredi sine Auspicijs: referuntur tum demum quadam animalia quæ nos futura videntur edocere.

C A P. IV.

Taceo nunc, auspicia & auguria, quæ ex vario præpetum volatu, oscinum canu, aliarumque animi, eibi ac potus obseruatione, captari solita sunt, quibus quidem artibus, primùm a demonibus, illudum est Palæstinis, dehinc ad Pœdas, Græcos, Hetruscos, Romanos, ceterasque ferè omnes gentes, propagatae sunt. Hæc ars apud antiquos tanti tandem ponderis esse coepit, vt sine ea, haud quicquam, nec publicè, nec priuatim inciperet: neque mirum, cum multa, non absque diuino arcano, ijs scire, datum sit: ipsorum etiam demonum excedentia potestatem, vt gentium historias consideranti occurrit ex Nauio, fama multorum celebrato augure, qui in alterius corde abstrusas, ac quasi sepultas cogitationes, cognitatasque habere potuit: hinc & quod naturam videbatur impossibile, curiosius rem indaganti, possibile esse apparet, nouaculam scilicet cotem scindi, hæc auguria non minùs ex aduenta exoticarum animi in consuetu obseruata sunt, quæ demonum aliunde adductæ astutiâ, sæpe suâ præsentiam haud exiguan superstitiõibus illorum fidem fecere, adde, vt, & per repetitum incognitorum animalium accessum, qui paucis abhinc annis in Peruana Prouincia, euenit, vbi mirum, nunquam antea visorum, tam portentosa magnaque copia, longè lateque agros eorum vastans, fructus absumendo, non exiguum leuèque fecit incolis indicium subsecutarum calamitatum, ob ciuilia bella inter Hispanos propria eorum avaritia exorta, attractaque. Horum animantium complura genera, iam olim in vsu esse desisse, à vereribus conquestum est, vt in Hetrusca videri potest disciplina, minime tamen (vt aliquibus placuit) ex noua aliqua cœlesti superueniente configuratione factum: verum ob diuini potestatis

Auspicijs omnia sebetur.

Mures Peruanis calamitates prænotant.

614

cius illius luminis exortum, has etiam daemonum tenet
bras dissipantis.

De prodigijs omnibus, eorumque diuersis captandorum
modis: hydromantia, geomantiaq;
generibus.

CAP. V.

Prodigijs
captandorum
modi diuersi.

PER animalium porro repentinas figuras, varias homi-
num voces, diuersosque mulierum parus, omnia sua
etiam captabant, vt ex nonnullis, quæ in aëre fiebant,
prodigijs, in quo ab illis ipsi demonibus, sibi quasi re-
gnum possidentibus, variæ flammaram igniumque figu-
ræ & splendores, accensi sunt, ex quorum luce ac motu
nunc hoc, nunc illo, futuros euentus conicere consue-
uere. Ad hæc, & per diuersa, quæ in ipsa terra appare-
bant, ostentata, quorum superioribus annis hoc maxime
portentosum conspectum est in regione Populina, ho-
mo scilicet, staturâ giganteâ scisso ventre, exiisq; exa-
teratis, binos infantes quasi filios brachijs amplectens,
horrida malâ, postea sublecuta etiam uinatus, nonnulli
maximum ijs gentibus incussum timorem relinquens,
tandem euauit. Sic, & per amaram inundationes, variol-
que aquarum fluxus & fragores assidue contingentes,
ventura prædicebant: vt oliui apud Germanos, Vello-
dam, primam nominis, suæ ætatis, auguratricem facti-
tasse legimus: ex diuersis itidem terræ hiaribus, stridori-
busque concitatis, ac reliquis eius generis similibus mul-
tis, omnia tamen non nisi daemonum operâ studioque
sollicito confecta, sicut & hodie adhuc apud aliquos
Barbaros, eidem operam dare minimè destitit, tanto-
pere diuino honori inhiantes, humanumque exitium
pro sua vitili, procurantes.

II, hydromantia
genus.

Quoniam

Quoniam pacto Dæmones sibi cultum diuinum vindicare
appetant, usurpatio verborum sacrorum in fasci-
nacionibus frequens: nominatim aliquot Dæ-
monum superstiosa & supposititia, qua
lingua emittentur, & vnde depro-
mantur, explicantur.

CAP. VI.

VERUM, cum hunc diuinum honorem cultumque
duplici pacto quasi (nostris delictis id commeren-
tibus) sibi vindicare satagant, clam scilicet, ac palam;
de utroque etiam illo modo nobis hic, loco non ita
alieno, qua tamen fieri poterit breuiter, lector admonen-
dus non ab re videtur. Vnus est, cum nos rebus nonnullis
vanis futilibusq; quidem, secundum viam virtutemq; nobis
incognitam, vitinur tamen, quod rebus vehementer desi-
deratis consecutis, animum expleamus, cuilibet itaque
evitandum, vt mente præcognitum habeat, veluti cum
quibusdam vitinur contra fascinum varijs crepundijs; vt
nonnullis speculis, Meletæ coriis, plerisque hoc genus
alijs rebus, aut cum sacra miscemus verba dictis rebus
inanimis facilibusque, quod optatis frui liceat, veluti, si
rei alicuius desideratae reperendi causâ, orationes fan-
ctorum, psalmos ac Evangelia recitauerimus; cum hæc
non ad res quasuis viles & abiectas, sed potius pretiosis-
simas omnium, æternas nempe nobis comparandas, con-
cessa sint. His autem rebus adeo vanis futilibus-
que haud vlla, siue à Deo, siue natura, indita dicatur, vir-
tus inesse potest: at dæmonè præstigijs potius ipsis quasi
supposititia & emittit: hincque fit, vt cuncta nomina in-
cognita dæmonibus adscribantur, quibus vulgus furtim
pro amuletis vitur, atque etiam ante diluuiam sibi som-
niant: quorum tamen nulla in sacra scriptura, nec men-
tio nec significatio reperitur, vt sunt Gob, Giber, Gabir,
Cadebru, ac sexcenta alia eoque magis, quod hæc in ma-
nibus superstitionibus additorum ratio non deprehen-
dantur, quæ quidem eorundem dæmonum fraude dolô-
que iam tum inuenta aiunt, cum primum in necessita-
tibus

Verba diuina
contra & ad
fascinum re-
citata.

Nomina sul-
sa dæmonum.

taribus diuinum nomen inuocari ceptum est, ut scilicet. quo Enoch primus omnium in lege naturæ, ecclesie implorâs auxilium, vsus scribitur, cui, utpote tertio ab Adamo, plus etiam cæteris gratiæ concessum est: ac etiam Iouah Moisi diuinitus ostensum, quo eum Hebræi, tot miraculis clarum, celebrant, Deumque factum Pharaonis, indubitanter asseuerant. Multa ex iis, à dæmonibus occultis, excogitatis hominibus, mihi videndi potestas aliquando facta est, in anulis quibusdam argenteis, Hispanorum velicum, quos ignari haud pauci, quò tamen tutiores ab aliquibus periculis redderentur, non sine deuotione gerebant, à me tãdem rei ipsius tam impiæ edocti, animo promptissimo omnes pefregerunt. Neque existimanda hæc fortè nomina, ex illa, qua dæmones inter se propria vtuntur, lingua aliqua deprompta, cum nullo, vbi spiritus sint, sensili inter ipsos indigent idiomate, quandoquidem cuncta intellectu, non sensu (crebrò vt repetitum est) percipiunt, proprios scilicet vt Angeli sibi inuicem conceptus per propinquam, vel longam distantiam manifestando: at magis censendum equidem existimari, barbaram aliquam inter ipsos in vsu esse cum peritiores, quorum sententiæ & ego haud inuis subscribo, antequam Aegyptiam, suspicentur, vel ex eo, quòd dæmones, ea compellati, libentiùs pareant, præferim cum Aegyptij omnium primi, maximum cum illis habuere semper commercium, eorum cultum amplectentes.

De superstitiosis quibusdam, superstitionumque varijs speciebus: scripturis item Dæmonum, an scriptis quid possint nobis denotare & relinquere.

CAP. VII.

Superstitionis species.

EA itaque nomina, dum peculiari quadam emphasi, ob id, quod incognita in his superstitionibus exprimerentur, in tantam admirationem animos iam ante in id pronos, continuo rapiabant, vt certam fidem barbara cæcæque gentilitas his adhibere non adhiberit, atque si di-

si diuinitus verè prolata essent, quibus libentiùs nonnullos superstitiosos adirent, præsertim si certas quasdam barbaras antiquasque figuras immiscerent interlineatas, pentacalis, sigillisque propriis eorum instrumentis, ad que alliciuntur, non perinde vt animalia ad cibos, sed vt spiritus ad occulta signa. neque ex sigillis istis satis cõjicere possumus, dæmones aliquibus peculiaribus inter se vt literis, vt aliqui arbitrari sunt, cuius quidem opinio fuisse, quendam Thesem Ambrosium, ex libello eius, de varijs alphabetis edito, videre est, in quo spiritum quendam, aliam atque diuersam, ab omnibus, quæ haberi possunt, literarum peculiarem quandam configurationem, scriptis asserit: cum tamen vsu literarum nullo indigent, sicuti nec aliquo sensu, in propria eorum operatione: tum quod rerum, semel tantum perceptarum nulla vnquam eos capiat obliuio. Cuius quidem rei, non ita pridem factum fuisse periculum in Aemilia à mago quodam Kelsinate, ac Mediolani ab altero tradunt, qui suauissima eorum musica delectatus: nonnullis enim, quæ præ manibus tum erant, instrumentis sonnerant, mutò de anima, amplius duabus horis peracutè disseruere, cõjicragum Auerhois opinionibus addictum perciperent, sic & ipsi eisdem inhzere cõeperunt, vt non modò dicti auctoris non dum nobis repositos libros citauerint, sed saepenumero vel ipsissima auctoris verba, ne dicam sententias, protulerint. hinc illi misero accidi, vt, & suæ ipsius firmiter insisteret sententiæ, & dæmones vel in rebus naturalibus opinione potius quàm re existere, in quo vtroque antea cespitâs decipiebatur, ex eo sine hesitatione crederet: quod tamen minimè mirum videri debet, dæmones altiori imperio raro, vel nunquam falsa ob id, quo constricti sunt, respondere constrictos, tum coactos, hoc facile: nobis namque obesse semper quoquo possunt modo operâ nauant. Ceterum vt ad id, vnde digressa est, nostra reuertatur oratio, Dæmones certas etiam scriptis notas, cõperti sunt, non quòd ijs ipsimet opus habeant sc̃toperire, sed eorū, quibus, cum ipsis est commercium, potius causâ: solemnes enim certas quasdam literarum obligationes, ceu dominus à vasallo suo fidelitari, perficiant potius nefandæ iuramenti præstiti, à suis illis omniū

Figura superstitiosa.

Libri Auerhois.

Scriptura Dæmonum ad quid.

raiser-

*Sortes quæsitæ
Geniæ & ma-
giæ.*

miserrimis mancipiis extorquere solent, ad quam rem conficiendam, literis vti interdum consueverunt. Per varias quoque sortes, alio longè à malis, quàm bonis viris usurparas, diuinis honores sibi quærere studere, dum scilicet in rebus nihili aspectibus cœli, in futuris denotandis, plus iusto, maior virtus attribuitur: cum eiusmodi superstitiona Aegyptiaca, diei horarumque obseruatio, vti impia, prohibita sit. Eadem profus moliti, introducendo hydromantiam, quam Nuxtam Pompeij Romanorum regem, exercuisse, pethibent, vbi varijs conspiciendas sese exhibentibus spectris, imaginibusque in prelii quadam, ad id consecrata, sub aqua rapta, ac interdum instantia cognosceret. qua certè superstitione, vtpotè à Græcis, vnde omne eiusmodi genus, ad Romanos, promanauit, ex Dardani libris, Numa infectus, ex suo cum Aegeria Nympha colloquio, ea se hausisse, simulauit. Sic & per ipsam Pyromantiam, cuius Amphiarus inuictor celebratur, quæ varijs flammarum moribus, fulgure, lumine ac strepitu, extinctaque, futuræ inspicientibus, ostendebant, hæc & paucis ab hinc annis, diabolus superstitionis, de futuris consulentibus Lithuanis Samogetis que illius morbo enim aliquo laborantibus, si umbra, corpore igni opposito, aduersa scilicet, mortem protendere, persuasit. Ad eundem penè modum, & per Aeromantiam factum, qua etiamnum Mauri, diuersa prognostica inde captantes, vtuntur: ex varijs nempe vëtorum statibus, aëris constitutione, stellarumque scintillantium quasi forma. Sic & per Geomantiam, cui falso vinum ab anima adscribunt, quasi verò in hac superstitione in usum adhibitis figuris mens excitata, sensibus, quibus vincitur, profus sopitis, nullo vnquam negotio, quæ veller, contingentia, aut à se ipsa, quodam spiritali emisso lumine, aut in se, superno influxu, ita reciperet; vt solis radios perspicuus excipit aër, seu specula sensibilium obiectorum imagines, cum tamen nemo vnquam alicuius rei cognitionem assequi possit, nisi eius quod ipse adinuenit, aut ex aliorum doctrina percepit, neque à cœli motu id procedere existimandum, cum sæpe quæ inquiruntur à superiorum voluntate dependeant, nec à Saturni intelligentia, astrivsa instrumentorum, siquidem intelligentiæ, vnde astru-

*Hydromantia
addictus Nu-
ma.*

*Geomantia
superstitio.*

diuersa lumina, virtutem variam, cœlique motum ac vim recipiunt, haud vnquam cœlestes orbis deserunt, cum propriæ essentia ac voluntatis, vt diuina ope, quò cœlos moueant, apprimè indigeant.

*Eodè superstitiones omnes sint à Damone; cui ascribuntur
geomantia, cœcinomantia, capnomantia, cabala Ara-
bica, Theophania, onomantia, chiromantia,
physiognomia, Astrologia Aegyptiaca.*

C A P. VIII.

NEc etiam aliquid inferiorum Angelorum suamet *Superstitiones
omnes à Da-
mone.* sponte ad eas res accedunt, vt puta superstitionis, diuinæque prohibitioni repugnantes, nec à Deo id negotij ipsis datur, quorum operâ, ad res longè excellentiores, sui nempe ministerium, pioriūque hominum, & animorum protectionem vitur, nihil itaque reliquum est, quàm omne id, non nisi à Damone profectum esse. Ipsemet enim audisse me memini, quendam insignem Geomantem frequentius fecisse periculum, qui profus solenique cum protestatione, omni, si quod esset Daemonum occultum, abrenunciato instrumento, nihil quicquam amplius veri ex hac superstitione elicere poterit, cum tamen antea assidue illam exercens, haud dubium rerum prospexerit euentum. Per plumbi porro infu- *Plumbi infu-
sio superstitio-
sa.* sionem similes vngas superstitionis, mundo obrute-
runt, dum à Saturno, cui hoc metallum assignant, ad du-
bia quæsitæ responsa petunt superstitionis, vbi plumbum feruendo, veneficia prodere, sibi persuadent, pro eo, quod Saturnum, tum in metallum, cum & in Dæmones habere dicunt, imperio, dominiōque, quo etiam pacto, nonnullas fascino nexas venationes soluere pollicentur, à quibus quidem hoc edoceri, maximè optant, *Venationes li-
gata.* vnde etiam hæc tanta illorum proficiatur debilitas, quo minus prohibeant, ne plumbum ab igne ferueat, cum materia, in quantum mobilis, ad nutum etiam obediat, nullâ profus vi resistente. Vnde itaque hæc aliò, quàm Dæmonum arte, prouenire dixeris: Idem sit quoque per Cœcinomantiam ac capnomantiam, quarum illacribi

agitati gyrum, hæc sumi morum considerat: adile per
 colinologiam, quandamque aliam scientiam, quam
 Arabes falso, cum magica sit superstitio, Cabalam vo-
 cant, quæ ex figuris nonnullis, ac Arabum literarum or-
 dine, multa ac varia se præscire, iactant: per Theopha-
 niam etiam, nec non per onomantiam, qua per numeri
 paris, imparisque excessu, Achilles, se Hectorem interem-
 perum, cognouit, & per alias quascunque, quas Hebraei
 חזקתא nuncupant, ut per chiromantiam, sub qua uir-
 ginitas hic uolter anguis antiquus later, ac per physio-
 nomiam, denique & per Astrologiam, haurit omnium
 matrem, cum præteritum, cum, quæ contingunt, sedulo
 inquirunt, hanc inquam, quæ demonum technis con-
 cupra est, quæ Aegyptios, Indosque in idololatriâ præci-
 pites egit, nec ipsi Hebraei, uel tamen Dei cultus edocti,
 ab hac alieni fuerit, quam tamen superstitiosam artem
 Solus rex pius ac iustus extirpauit inde, dum sacra Soli,
 Lunæ omnique celestis militiæ, è medio abtulit: non
 tamen eam hic intelligimus, quam Abraham Aegyptios
 docuit sacerdotibus, quæ cælos, motu, iustaque tempora
 decernere, ac sydera in hæc inferiora agere, ostendebat:
 nec alio enim modo, quæ à voluntatis imperio sunt,
 quam quæ cæli influxu, astrorum figurâ, manuum si-
 gnis, facierum lineis alicumque tum cætu cum volatu
 haurit, rerum curiosâ obseruatione Deus disponit ac re-
 gunt, inde, ubi ex his dictis desumpram prædictionem
 aliquam euentus ita comprobauit, itidem non nisi Dæ-
 monum operâ factam existimandum.

*De diuinatione ex somnijs captata, eiusque origine: quinam
 in ea excelluerint, tum demum de notoria arte
 maxime omnium superstitiosiss.*

C A P. IX.

Inc sequitur & illa per somnia diuination, hæc
 posteaquam dominus in somnis apparere cœpit
 gentibus in epist. quæ quidem somnia, etsi sæpenumerò
 à naturalibus causis, cælorum imaginibus, angelorum-
 que reuelatione exsuscitantur, Dæmones tamen nihilo se-
 cius.

uis, sese iis immiscere solent: quod uel tum maxime
 sunt operam, cum quasi monentur ab his, qui hæc ieiun-
 nis, precibus, thymianarum suffici, sanctorum nonnul-
 lis orationibus, quibusdam herbis, frondibus, lapillis, ad-
 uoluntque crebris circulis veretigæ procurant hæc tem-
 pla, hies horæque sedulo inspicunt, quibus propriae &
 penitiales virtutes ac noxas veteres, cum Chaldei, tum
 Aegyptij adscribunt, accensis certo numero candelis,
 quibus nostri religiosi, bene peccati sunt, aut, quæ bea-
 totum terigere reliquias. huius generis multæ & aliæ
 superstitiones, & hodie à plebsque nomine Christianis,
 etiam iosa Ethnicis longè deterioribus, clàm obser-
 uantur, quod quidem relata saltem (ne dicam facta)
 omnium est turpissimum. quæ enim infania ac cæca
 dementia, eos, qui nomen Christo dederunt, tum primùm,
 cum sacre aquæ infusione Christiana religione conse-
 crantur; eos ipsos tandem, turpissima defectio, cum
 uolte Dei & hominum, collidit: quæ enim Christo so-
 ciatur cum Belial, sic & quæ Christianis, cuius nomine
 mento gaudere volumus? Porro, & superioribus diuis
 superstitioibus à Diabolis & Notoria adiungunt, quæ
 uolte de scientiis dicta incredibilia à cælo prodire se-
 runt, cum potius casu Dæmonumque ut & carere ille-
 tionibus contingant, etsi ea antiquitas à M. pto, Hec-
 mite, Atlante, ac Apollonio Thraeco (cuius nomeni ma-
 gicam uita subesse credidit) sibi reuelari somnauit,
 quam uanitatem Zoroastri non ab re, igne perenni ac-
 ceptam referunt, cui uel ex minima sinistra parte adliti,
 indigni certè ab omnibus bonis reputantur, qui in m-
 et Thoes, oculis contemplantur, quos experientia
 nihil ex tantopere exortatis uidisse contigit, præter-
 quam, quod ad priora peccata, maiorem in se curantem
 accessisse, iramque diuinam contra se magis concitasse
 (si non recutiat profus) uidere possent, uicam omnes
 tandem hoc ueterno sepulti, dormientes alienando ex-
 perigantur, ne tandem æternam in his pereundam ex-

*Cabala falsa
que.*

*Theopha-
nia.*

Onomantia.

Chiromantia.

*Physio-
nomia.*

*in p. 16
S. 1. 1. 1.
S. 1. 1.*

*Christiani su-
perstitioibus
dediti.*

*Notoria su-
perstitio.*

*Zoroastri
p. 17.*

De quadam dira superstitiosaque Damonum inuocatione,
deque Pythonica cadauerum erectione, animarumque
præstigijsa reuocatione & Necromantia Necyoman-
tiæque ritu: illa possibilis sit necne ac
licita Damonibus.

C A P. X.

*Superstitio in-
uocatio Damo-
num.*

Cæterum aliud est genus, harum superstitionum,
vbi nimirum Dæmones quos climata aiunt, palam
inuocantur, quod tum potissimum peragitur, cum allecti
varijs superstitionibus ac suffragijs humanoque
interdum sanguine accedunt, vt ab antiquis recentiori-
busque nostris obseruatum est idololatrijs. Hac dirâ Ne-
cromantiâ (vt Græcis dicitur) cadauerum erectione
olim fieri solitâ, Vlysses interempto Elpenore, ac Ae-
neam Miseno, vtrumque classium in mari etrabunda-
rum dncem, vsu fuisse, fide digni scriptores testes
sunt: vt & Simonem Magum, hæretici Menandri magi-
strum, cum Nicoram puerum suum suis ipse manibus
hisce nefandis dijsque spiritibus, quorum nefanda no-
mina *Dæmonum* *Egyptymon*, *Azymon* ac *orins* finguntur, Hecate
immolaret. Hac eadem & animas mortuorum euocari,
olim creditum, est, falsò tamen, cum haud vlla, nisi quæ
informant corpora propriâ virtute (vt suo inferijs dicitur
loso) mouere queant, vt pote in hac scelerata arte fie-
bat. Idem dabant & operam, per Necyomantiam, ita
Græcis appellatam, quam purpureis floribus herbis odo-
re fragrantibus, vario succorum suffitu, ac diuersis can-
ticis, alijsque rebus, quibus homines aptiores ad Dæmo-
num excipiendas actiones reddi putant, frequenter
exercere, vt eius rei, ex alijs multis exemplum videre
est de Zebacco, apud Indos. eo enim nomine animas
cum corporum, è quibus antea emigrarunt, similitudi-
de apparentes, nuncuparunt antiquiores, quò *Ud* He-
braei appellant, quod quidem re ipsa contingere, anti-
Homericis ab
inferis excita-
tus. quorum plerique rati sunt, vt ex historijs Ethnicorû ap-
paret, vbi Homerum ab inferis, ab Appione Grammatico,
quo nonnulla quæ in suis scriptis reliquerat dubia ex-
plicaret.

plicaret, longo iam tempore, postquam erat vitâ fun-
ctus, reuocatum legimus: quid? quòd & in sacrosancta
nostra scriptura eius rei exemplum reperire est de Py-
thonilla quadam, Saulis iussu belli exitum præuidere sa-
rgentis, Samuelis Prophætæ animam in vitam redu-
cente: quod quidem omnes ferè Hebræorum Mechaba-
les re ipsa contigisse asserunt, qui ante annum animas, ob
laborem matribus nouem per menses exhibitum, nullo
nisi hoc poëtarum circulo completo loco, miseris re-
putari affirmant. Cuius sententiæ & hodie quidam vi-
dentur esse, qui ab amicis animam exhalantibus dexterâ
porrigi petunt, quo scilicet post discessum animarum
eorum conspectum exposcere volunt, sub quarum tamè
specie potius hi spiritus, homines deludentes, sese con-
spiciendos exhibent. A quorum quidem, animi senten-
tia non pauci classici disceptant recentiores Theologi-
asferentes, animas nullo vnquam pacto educi posse; cum
quod animæ, his corporeis exitæ exonijs, quæ in mundo
accident, per se perspicere minimè queant, nisi in Deï,
cùm sunt, id videant essentia, aut antequàm eiusdem cer-
tè reuelatione id habeant tum etiam inquit Sancti
Dei famuli, Samuelis, piè iam defuncti anima, nullo ne
vel minimo quoque modo, Dæmonum potestati subia-
cebat, sed potius in sinu Abrahamæ exoptatissimâ tum
omnibus pijs fruebatur quiete. Nec ad rem facere aiunt,
quòd ipsa sacræ paginæ litera Samuelem resuscitatum
dicat: cum non sit infrequës ipso signato pro signo scri-
pturam vt: quòdque Dæmonum potius fuerit præstigia-
rix illusio, vbi haud res ipsa vt apparet existit, ac aspi-
cientium oculi ligantur, vel ex *ibi subsequentijs*, colligere
est, quòd animæ nullo, nisi quatenus informant corpora,
(supradictò etiam modo) motu moueant, nec semel à
corpore dissolutæ, vt iterum illi coniungantur, vllâ arte
prestari queat, adde nec vi aliqua, cum hoc solius diuine
sit potestatis, ergo nec reuocare illas possibile est, nec
vt proprio cadaueri conglutinentur, nec etiam phanta-
stico, verùm emenito, nec hoc ipsis Dæmonibus (cùm
in eorum potestate non sint, nisi quatenus ducantur affi-
gantur) datur diuinæ iustitiæ, pœnis, non cuius quid-
em commissæ, (miscicordia mediante,) condignis, sed

*Samuelis ani-
ma in sinu
Abrahamæ.
Samuelis re-
surrectio ex
sacris pagi-
nis.*

*Reuocatio
animarum non
sit possibilis.*

potius congruis | vt Theologi dicere consueverunt | co-
 fligantibus. Nec demones animas, quasi secundum con-
 tem rerum imagines, representare possunt, ne vel ex his
 quæ propriis maculis expiantur, nulla nempe in eos fa-
 cultate ipsius victimibus existentibus demonibus relicta
 est non prorsus alienum videatur, eis in purgatorio va-
 riis cachinnis, ac sarcasmis illudi: cum ab igne solium
 eò quod cum charitate emigrando: vt diuinæ iustitiæ in-
 strumento patiantur, hisce superstitiis adhuc (vt non
 nullis antiquorum Theologorum placuit, corporis as-
 fectibus, secundum quos pati possint, nec ex illis, quæ
 sensus nihil sed damni tantum penas dant: in quas haud
 quicquam ipsius iuris est, sicut nec in eas, quæ prorsus ob
 sua commissa delicta tartaris mancipatæ sunt, quarum
 tantummodo tortores, executorésque meri diuinæ iusti-
 tiæ, existunt, quò ad finem mundi vsque. Si enim, vt illis
 placeret animas hinc inde & educere & reducere inte-
 gram esset, minimè tum iustitiæ diuinæ satis fieret, lo-
 cis destinatis cuiuslibet ad illorum libitum mutandis: est
 diuino permisso & dispensatione quasi, quò viuentes ad-
 huc de earum immortalitate statuque edoceatur, inque
 fide confirmetur, nobis aliquando adesse posse, Iustus
 Martyr Philosophus ac Theologus haud postremè uox
 nihil cespat, inuisus forsàn Ecclesiasticis auctoritati, ubi
 de Samuele legitur, *Cubdormiuit in domino, & notus factus
 Regi suam vitam suam: quod etiam patet in vita S. Martini
 per latronis umbram.*

*De ministerio Demonum erga homines, unde est in quibus-
 dam: præstigijs, quæque expiationum speciebus: ut a
 religione Magica & oraculis: Mathematicis
 artibus libris Magicis: extirpatione
 que iam nefaria
 pestis.*

CAP. XI.

*Ministeria
 Demonum erga
 homines*

AD sunt præterea hi nefarii Spiritus hominibus ap-
 te & palam, ministerio quarundam, non ex arte
 sed a se ipsis afflictorum iatagorum, in aliquot an-
 tiquis

rum ac interitum adducti, ad explendum venescorum
 desiderium, quid his addam etiam insuper, hæc pestes ho-
 minum, alio loco inuimus. Per alia quoque beneficia ac-
 que plura, vt inferius clarius elucescet, attracti præter
 hæc, mira Dei permisso efficientes horum etiam fra-
 de ac dolo plerique antiquorum Sacerdotes, ac huma-
 ni sapientiæ donati, impulsu sunt, vt & suarum ani-
 marum salutem, Theurgia indigare satagerent (hoc no-
 mine enim alia quedam ars præstigiatrix, vocabatur)
 cuius ope falsam animis expiationem sacrificiis quibus-
 dam ac consecrationibus, quas Teletas, nuncupabant,
 sibi pollicebantur, infelix certè inuentum, ac miseranda
 horum infelicissimorum conditio, vt ex quo fonte, hinc
 malorum, mors denique temporalis & æterna, in multis
 dam profluxit, inde se suam salutem haurire crederent.
 Hinc demones auctores quoque fuerunt, vt Hecate, vel
 oraculis (quibus vt plurimum religionem simulabat)
 artem magicam doceret: non eam, quæ in naturæ ar-
 canorum indagacione occupatur, quæ actiua passiuæ ap-
 plicando mirum in modum secretiores sapientes mun-
 dum maritant, vt sæpenumerò, licet stupenda, vera
 nihilominus præstent: verum mathematicam falsam,
 ita noxiam & periculosam, vt eius exercitum palam
 ubique locorum omnibus temporibus prohibitam foc-
 ritam apud veteres, quàm recentiores etiam: quo fa-
 ctum, vt à sua patria expulsi sint Adruæ magæ, ad
 quas Hunni suam referunt originem, ac Dardani libri, et
 que etiam qui Numæ Pompilio ascriberentur, senatus-
 consulto quippe qui hanc vanam superstitionemque ar-
 tem continerent, flammis merito consumpti sunt. Ne-
 ro quoque initio in exquirendis magicis ijs artibus pa-
 llocauissor, quò nullam postea certum signum argu-
 mentumque perspexisset, eas saltulie. Plinius enim au-
 thor est, ætate sua principem hunc vanas falsissimam-
 que comperisse magicas artes. Hinc etiam sic, vt & He-
 brææ Mahumethæ ultimo supplicio ijs: ventres affli-
 ciant. Aegyptij autem, vt semper ab initio vsque om-
 nibus ætatis partibus his superstitionibus additi, pec-
 culiares Angelos ad eorum Theurgicas operationes ac-
 cedere, sibi vt multa alia vanissima persuasere diabolo-

*Theurgia ma-
 gice species*

*Hecate vel
 magica & or-
 acula.*

*Magæ ventres
 Libri Magicis
 tum Mahumethæ*

verius credere eos, par fuerat, cum sancti Angeli, gratia confirmati, cane peius & angue (quod dicitur) odio prosequantur, quæ divinæ voluntati nõ dico, in his grauis-
 mis, sed vel minimis etiam contraria, vident, inamõ po-
 tius rigidissimi, & ad vnguem, diuina præcepta, vt obser-
 uentur, sedulo dant operam.

*De illuforia Demonum effitione in Angelum lucis; deque
 fallaci illorum ludificatione & veneficis amatoris,
 quibus maxima pars hominum nimia volupta-
 tis captanda gratia irretiti
 reperiuntur.*

CAP. XII.

*Assuetis Da-
 monis in illu-
 sione.*

Quo autem arctiori vinculo his vanitatibus itretitos
 paulatim sibi obstrictos reddant, eorum conspectui
 prænitenti fulgore sese obiciunt, mira sanè minimè ta-
 men fide carens illusio, ille enim artifex, quod hæc non
 successit, alia aggreditur via, atque vbi lupina pellis (vt
 ille ait) non sufficit, assuit vulpinam, & sic clam perficit,
 quod palàm non potuit, in Angelum lucis etiam se
 transformans. hinc non sine causa, Cabalistsæ, eadem el-
 se literas, Dei ac dæmonis nominis asserunt. his itaque
 artibus, gentium doctis, vt Abari Hyperboreo, Empedo-
 cli Agrigentino, Pythagoræ Samio qui ab aliis Thuleus
 habitus est, Appollonio Thyaneo, & aliis plerisque Pla-
 tonicis, imposuere, Porphyrio Thyrio, & Iamblico Ægy-
 ptio, dum natura quadam, quod ætherei hanc eis inesse
 enitentem qualitatem imaginati sunt. Qui scilicet phi-
 losophi suæ sapientiæ confisi ac innixi, & sibi, & aliis, quò
 minus ad veram sapientiam peruenirent, impedimento
 maximo fuere. Moliti sunt & quæpiam alia, hi spiritus
 impuri per Goëciam ac Pharmaciam artem non minus
 corporibus, quam animabus hominum noxiam & per-
 culosam. hæc enim, amatoris quibusdam poculis ac ve-
 neficis vsæ Lamiz, dici vix potest, quæ dira execrandaq;
 mala perpetrent, extremam hominibus perniciem ac-
 cersentes: dum iis, turpissimi amoris faces quasi accen-
 dunt vt in Amone & Antiocho, quorum alter sororis,
 alit

*Dæmon An-
 gelum lucis
 effingit.
 Dei & Da-
 monis eadem
 litera sunt ex
 Cabalistsis.*

*Goëcia &
 Pharmacia
 vsus inter
 Lamias.*

aliter verò nouere, nefanda libidine flagrauit, alij alio
 modo illicitæ Veneris auctores fuere; iniuri adhæc au-
 xilia sua se conferre simulauerunt; neque id mirum, cum
 sepius per insidias & clam, quàm aperto quasi Marte, &
 palàm homines aggredi, consueuerint. Inuentum hoc
 falsò Salomoni adscribitur, cum tamen multo tempore
 ante eum ab Ægyptiis & Chaldeis repertum sit, quibus-
 dam sacrificiis proprium genium à sua quisque genesi,
 quò malum cuitareat, felicitatèmq; consecrarentur,
 tentando.

*De verbis & characteribus Magicis: an iis prolatis & mus-
 fratis Dæmones volent èsq; Necromanticarum artium
 vsu ac beneficio constringi possint: Deque Syderum ob-
 seruatione quibus vtuntur ad præexendam suo-
 rum facinorum fidem: An etiam ex verba
 (barbara licet) immutanda sint: An de-
 nique Dæmones adeo constringan-
 tur vt non possint re-
 cedere.*

CAP. XIII.

Eo tandem miseri deuenere dementiæ, vt nonnul-
 lis barbaris linguæ verbis munitis, certisque
 characteribus effictis, hos nequam Spiritus constringi
 adigique sibi persuaderent: atque vtinam in hac summa
 luce quidem profligatissimi hominum sua sponte hisce
 diabolicis tenebris vel hodie sese non inuoluissent: ne-
 que aliquem ex multis eiusmodi scelestissimis Necro-
 mantis reperias, qui non crudeli violentaq; morte,
 potius, quàm placidâ rebus humanis eximat, in sum-
 mam desperationem antea adactus. ex quo liquet, dæ-
 mones iis rebus constringi inuitos minimè posse; eoque
 magis, cum nec cœlitus vis aliqua, vt quibusdam vider-
 tur) contra eos vllam in pœnam concessa sit: id si aliter
 se haberet, illud inconueniens consequeretur, quòd has
 superstitiones exercentes nihil peccarunt, quod omnino
 falsum est, ac quò maiorem fidem facerent suis facino-
 ribus, Syderum obseruatione sibi ad hæc opus esse vul-
 gò persuasere, maxima cum astacia (cum nihil cœlo eo
 quòd spiritus) subsint, ex eo hæc, & hæc, vocati, non sem-

*Necromanti-
 corum nos fre-
 quentissima.*

*Syderum ob-
 seruatio &
 Necromanti-
 cis quæstia.*

per pacto sunt, astris id minime esse adscribendum. Ne-
 rinde nec, si quandoque metore. quandoque vero affi-
 ciantur lætitiâ, ut nulli opinari sunt: non tamen nega-
 verim, quosdam eisdem effectus sic planetarum radiis
 subiectos esse, ut nihil, nisi prius propria sibi stellâ inspe-
 ctâ perficere aut consequi possint, alios vero sic subici,
 ut non præmissâ aliquâ syderis inspectione sua exequa-
 tur. magis tamen ex voto succedit, sub astro, peractum:
 aut fieri potest, quod Angelorum excubiis septem numero,
 quò minus sua perpetrent facinora, arceantur: aut certe
 ex composito quasi hoc simulant quò astris diuinâ ho-
 norem apud homines conciliât. aut rursus ipsi celesti-
 bus corporibus infamiæ quandam notam inurant. Ne
 plurimum enim maius malum & eorum clandestinis,
 quam manifestis operationibus, metuendum. Verbis
 præterea hoc superstitionibus eiusmodi additum ge-
 nus hominum videtur prorsus ignotis & raris, quæ tamen
 nullam nec ex se, nec ab ipso cælo vim habere possunt,
 ut hi sibi somniant dæmones constringendi, cum hæc
 coacti vllorum verborum virtute, ac magis ex occulto
 cum hominibus inito pacto læderetque, vel etiam aper-
 to, obediunt: non tamen in dubium vocauerim, hebraica
 quedam nomina non exigua in his spiritibus cum al-
 licendis, tum profligandis, vim habere, modo tamen te-
 sto ac ritè prolata. Id olfaciens Orpheus, non sine causa
 nomina barbara non esse mutanda voluit, non quòd, quò
 & in quantum sunt vocabula, hæc virtutem (ut ipse ar-
 bitrabatur) à natura quasi insulam, adepta fuerit: cum illa,
 neque sonum efficiendo, nec aërem etiam tangendo,
 nec in corpus quidem vllò modo, tantum abest, ut in
 spiritus imperium aliquod habeant. cæterum si quid, hoc
 inde accepisse putandum, cum ab Adamo, in statu inno-
 centiæ adhuc persistente, longè omnium tum sapientissi-
 mo singulis reb. sua ex natura ipsa hausta, imposita fue-
 re nomina, in cœlestia enim terrestriaque illi rum quo-
 dammodo erat imper iura. Ex quo sit, ut etiam angeli
 sensibili vcentes voce loquantur Hebraicâ, cum scunq; ac
 gentis sunt, quibuscum sermones conferunt, modò eas
 percipiant, hæc dubium quæ peculiari diuino arcano
 factum sic idèd quòd hæc primæ integritatis status quasi
 adumbr

Verba super-
 stitionum va-
 na.

Orpheus ver-
 ba immutari
 noluit.

adumbratur, ex cuius lingua eluceat, quòdque primis
 parentibus ab initio statim (non ut reliquæ postmodum
 ex peccato consecuta in penam culpæ) data est. Aut et-
 iam quòd dæmones maiorem lætiam ex his barbaris
 vocabulis, Deique conceptum summum querant, cum
 hæc linguam utpote propriam & peculiarem suis culti-
 bus consecrarit destinaveritque omnipotens, cuius etiã
 vltim nonnullis diebus vbiq; locorum & genti quasi
 postliminio reductum: communem ferè omnibus, cum
 erit vnus pastor & vnus ouile, nonnulli perhibent, cum-
 que in cœlesti patria omnibus veraculam fore, alijs ta-
 men non deficientibus non abs re hæc pauci Hebræo-
 rum Thalmudistæ asseuerant, & quidem iure optimo
 eius considerata origine, quam non ex peccato insulari re-
 liquarum. sed ex ipsa integritatis cõsuetudine trahit, Chal-
 dris & Phrygiis sãdè ipsã tanquam suã gloriandis.
 Præterea, neque existimandum (ut fert opinio Necro-
 manticorum) ob Characteres illos, quibus vtuntur, dæ-
 mones accedere, ut astute se his cogi simulant, excitando
 in accessu quasi constricti horribiles terrores tempesta-
 tesque maximas, cum potius suã sponte deceptum ve-
 niant, immò per omnes decipiendi occasiones sollicito
 studio venentur, nihil magis in votis optatisque habeu-
 tes: quid enim homines, vltissima sua mancipia, tantum
 trepidarent, uti præ se ferret? cum horum potestas, ipso-
 rum diabolotum longè sit inferior, ut ac comparari illi
 possit, vel ipso Apostolo teste, dicente; *nobis non esse bri-
 lio aduersus carnem vñ sanguinem, sed aduersus principes &
 potestates, rectorèsq; tenebrarum mundi huius.* Minime ita-
 que aduendo tam arctè constringuntur, aut loco alligã-
 tur, ut inde recedendi omnis facultas eis erepta simul vi-
 deatur. sæpe enim recessisse inde conspecti sunt, licet ex
 pacto è vestigio reuertantur, neque à quibuslibet etiã vo-
 cati, ut veripellis sunt astotix, accendendo obediunt,
 et si superstitionis nihil omittunt sit in obseruandis con-
 fueris horis fortè quòd ab angelis impediuntur, aut suis
 tanquam principum fide dignorum promissis fidem cer-
 tam minime haberi intelligant

Hebraica lin-
 gua ex inte-
 gritate orta.

Dæmones ac-
 cessu suã hor-
 rores concit. ac.

De Diabolicis artibus, quod multi huic superstitionum generi dediti hoc appetant, ut diuinis & delicijs fruantur, artis Magica subdola specie decepti: qua credunt signis quibusdam Magicis, herbis, gemmisque virtutem aliquam inesse, cum falsa meréque supposita sit: nec hoc fieri posse sine aliquo Dæmonum commercio, nobis non abs re interdicit.

C A P. XIV.

Diabolicis artibus dediti ut diuinis & delicijs fruatur.

Dolendum profectò lachrymisque deplorandum, non exiguam hominum partem huic diro diabolico iugo (ponte sua colla subdere, quò solummodò nonnullis opratis potiantur, friuolis votis nihil pensi habentes (id quod ab ipsa veritate de huiusmodi permutatione dictum est) cunctas nempe totius mundi & diuitias & delicias nihil prodesse, quæ vnus animæ iactorâ vel permutantur vel comparantur. Nec tam Saturni vel alio infausto aliquo affecti ac irradiati sydere (vt nonnulli somniant) aut planeta cadente impulsu id agunt: quam potius suâ peruersâ mente & iudicio, ipsis talpis cæciores, volentes sese in talia extricabilia diabolica retia præcipites dant. Falsò itaque à talibus creditur & hoc ijs signis magicis, seu herbis, seu gemmis, à cælo, aut arte (vt Zoroastres ac Zabulus effinxere) aliquam vim peculiarem subesse, aut si qua inest, ex pactis diabolicâ subdola fraude supposita est, suo inferis dicenda loco, de imaginibus. hinc nobis sufficiat, hanc ijs virtutem à natura datam minimè esse, quò corporea ipsa trahant incorporea, potestate longè latèque superiora, multo minùs ex aliqua obediendi facultate, quam Deus rebus iniunxit, ne amicitie alicuius ineunda cum ijs ansam præbuisse videatur, cum è contra nobis illius commercio seuerè interdictum sit ab Apostolo, dum vt nobis ab omni dæmoniorum societate caueamus præcipit. Quòd verò vocati, & quasi ad imperandum adfuit superiorum potestate & imperio, quorum nomina furtim sub illis characteribus sigillisque continentur, euenit, non vti bruta cibos sequentia, sicut

ante à etiam monstrum, verum vti spiritus ad suas tellexas & occulta instrumenta veniunt.

De iam laudata constrictione Dæmonum: An possint etiam inuiri cogi & castigari cum se nobis subiecorum: de illorum in nocendo impia concordia: de diuinarum appellationum, nominum Angelicorum & sanctorum orationum abusu in his constricti abocationibus: An Deus bonis & malis Angelis, vt nos puniat, utatur: Subduntur de hinc circulatorum ceremonia Magica cum characteribus in arte frequentibus, non omnis qua tractantur de Factorum superstitioso inuento.

C A P. XV.

His superioribus cæteri dæmones sese subicere libenter, eorum vicijs adhærendo: ex quo & inuiri nec cogi possunt potestateque castigantur: si quando in diuersas partes discedere tentant, omnibus tamen in nocendo par animus & mens concors, non tam ab essentia aliqua nobilitate, quam peruersissima malitia profectum, quæ deploratis suis mancipijs conspicuos sese exhibent, etiam pro suo libito id facientes, in annulis, sigillis, ac tabellis seruire eis in hoc simulant. Nec tamen cuiquam mirum videri debet, quòd in hac dæmones cogendi ratione assidue Angelorum nomina proferantur. cum & diuinis appellationibus ac sanctorum orationibus in ijs tarpiter abutantur, vt non ignotum est quibusdam Mechubalibus, asserentibus dæmones ab his tantum Dei nominibus longius abesse. quibus thronorum, dominationum ac Seraphim, adiecta conueniunt, quoniam ijs solummodò Dei charitas, misericordia, pietas, salus, libertas, ac inhabitatio innuitur: ab his autem, quibus Dei iustitia ac potestas exprimitur, haud semper abesse, inquirunt, cum sæpenumero sub bonorum prætextu, prauis ac maligni lateant angeli, vtrosque enim Deus nos puniendo ministerio vitur, cum omnes sint administratorij spiritus, licet sæpius suos fideles peccantes per bonos castiget angelos, vt Romanos punitos tradunt Diuo Cre-

Dæmonum in nocendo concordia.

Abusus diuinarum appellationum.

Boni Angeli bonos puniunt.

Angelus Romanis des configans apparuit.

gorio Pontifice irā enim diuinā modum in animam ve-
 bem tunc accensā, angelus strictum manibus tenens
 gladium apparuit: ex quo moles Adriani commutato
 nominæ, Castrum Angeli, appellari cepit. Diuum quo-
 que Hieronymum, quod plus iusto Ciceroni deditus
 esset, ab Angelo correptum produnt, quod & Duo Au-
 tonio contigisse volunt. In infideles autem suam exer-
 cens iustitiam & obliuato animo delinquentes malis
 angelis executionem committit, vt in p̄na pertinaci-
 simi Pharaonis, impiique Herodis, apparet. Ceterum,
 & in eo dæmones dirum suam viras euomere, diuersis
 rebus, quod alligantur, veneficis ostensis Deo illuden-
 tes (quem per circulum Ægyptij significabatur) homini-
 būsque persuasit, ingreſſos circulum ac pentagona, futi-
 tim Dei nomina secundum ipsos continentia, utos
 profus ab eorum violentia, reddi. Nonnulli hanc ab
 Ægyptiis ac Hebræis edocti blasphemiam, qui vel effe-
 ris eorum mulieribus, vt à מַלְאָכִים sic inquirunt, dæmo-
 nem partui noxam infertentem ita vocantes, securiores
 essent suis infantibus timendo, ter circulum in eorum
 cubiculis thanno, cum nonnullis Hebræicis charac-
 teribus, signant, quibus diuina nomina significari voluit.
 diuersis enim Deus nuncupatur nominibus, vt i varij sunt
 effectus, quos sibi succedere optant. Est & aliud dæmo-
 nonum superstitiosum inuentum, apud vulgi nostri
 ferrællas in vsu, quod Facis, (sic enim hos spiritus vocant)
 mentas variis dapibus instruat, vt infantes eorum fe-
 liciter donentur auspicio, domōtque ab immundis ver-
 runt, expurgantque. Verum, nunc & ad alia quædam di-
 grediendo referre non alienum erit, plura etiam ab his
 in hac superstitiosa arte, qua se cogi simulant, committi
 mala, aperte quidem hinc, non sine causa, Salmaticen-
 se antrum oclusum fuisse, aiunt: Nustium lacum ce-
 lōditum: Visungianum quoque specus, quod se hoc genus
 hominum clam recipere solebat, obstrictum. Nec tamen
 hi nequam spiritus in omne malum (vt quibusdam pla-
 cuit) bonā quā sunt naturā ac substantia intelligentes
 ferunt, cum ordinati fuerint saltem ad vniuersi bonū,
 quod sue voluntatis tanquam obiectum non possunt non
 velle, licet nihil mali, neque hic, neque in cœlo commi-
 sum.

Malis Ange-
lis minorum
eximia com-
missa.

In cordiant
Dæmonum
multa mala
patiantur.

Necromanti-
cis loca fre-
quentia ob-
struunt.

sim, cuius ipsi, aut causa aut occasio non existerint, cum
 ipſis auctoribus factum, vt lapsus Adæ totius generis
 humani ruina cum traheret, minimè tamen conse-
 quatur nos nulla delicta nisi ipſis instigantibus nostrā
 sponte committere.

De visibili forma Diaboli & cur sit à Deo permissa: An ea
 forma sit corpore tecta ex varijs Platoniorum, Theo-
 logorum nostrorum, Rabinorumque opinionibus: facies
 testimonij: obiectiōibus & solatiōibus in id præ-
 auctis.

CAP. XVI.

Quò autem acerbius contra hos cōcipiamus odium,
 eòſque magis quam presentissimum venenum fu-
 gere discamus, horrenda prorsus ac truculenta forma
 sēte nobis ostendi, Deus singulari consilio permittit, vt
 vel ex isto horribili conspectu de altera vita, tanquā
 qualis aspectus, animo contra nos edoceamur. quare va-
 rijs abominabilibus laruis suspenditō se nobis ob-
 iiciunt, & varia in miracula rerum infernales Vetus
 se vertunt. vel in memento, ubi vitum fuerit, cum pro-
 prijs formis destituantur, cuius contrarium tamen Pla-
 tonem sectantes asserunt, hos spiritus nempe corpori
 corruptionis tamen experti obnoxios, nec crasso veluti
 nos obductos, at incorruptibili, maximeque tenui, quod
 & animas circumdatas perperam imaginari sunt, à qui-
 bus non immeritò, omnes fere Latini Theologi, præ-
 ferunt: Scholastici, discrepant, negantes hos spiritus,
 cum omni careant materia, corporibus naturā vatos.
 Sicutim (inquiunt) vlli corpori iuncti forent, quoniam
 pacto matris ante sæculis, quam corporā naturā creati
 essent præferim si eum Græcis cōmuniō: cum corpora
 sine loco esse nō possunt. Ex quo eos nullo prorsus cor-
 pore regi, emittitur. Nec obstat quod forsā obici pos-
 set, post perperatam primam ab ipſis tale facinus, & à
 mūdo iam condito, corpore donatos fuisse, quod acerbio-
 res truciatius experirentur: hoc tamen ipſo, emittit
 Scyllam

Diaboli for-
ma horrida.
Platoniorum
opinio.

Scholastico-
rum opinio.

Obiectio. 1.
de corpore
post lapsū ad
cruciatum.

Responſio.

Scyllam ſtudentes, in Charybdim incidunt. Si enim, vt motores tantum corporibus inharerent, & propterea, vt & nos, cum hac pena loco acceperint, quaſi ab ergaſtulo pati, dixerint: ipſa Euangelij veritas, eos reprimet, quae ſeptem Dæmones à Maria Magdalena eiectos fuiſſe elatè aſſerit, ac dæmoniam ab obſeſſo expulſum, cui nomè erat Legio. quòd ſi alicui corpori indifſolubili nexu adſtricti eſſent, quo pacto vnus homo tantum eorum caperet numerum? Reſtat igitur, vt dæmones nullo profuſus neque ſplendido nec ſubtili corpore indutos, dicamus, cui & Diuus Auguſtinus, in loco de Angelis, conſentire videtur, multò minus obſcuro aliquo aut craſſo. Neque & id obieciſſe refert; dæmonum corpora pro eorum libitu conſtringi ac dilatarì: nam ſi id foret, locum aliquem ob quantitatem, quae neceſſario materiam veluti vmbra corpus comitatur, vt occuparent oporteret non enim poſſibile, quantumuis reſtricti corporis, vt ab vno humano corpore caperetur eorum legio. haud quoque & id in contrarium adduxiſſe releuat, quòd dicitur, dæmones non niſi concavis annulis ob corpora ſua vinciri poſſe: & quòd Thalmudiſtae etiam eos de corporeos aſſerunt, quòdque quidam eorum Rabinus plures dæmones ab vno nodo cuiuſdam reſtis appenſos viderit cum id, quòd amplius deciperent, fieri imaginatione tenuis potuerit. nec quòd antiqui retulere Thalmici, hos aliorum ardeſtes imperio cinerem reliquiſſe: illuſio namque eſſe potuit. mirum enim in modum in oftendendis variis imaginibus prævalent, quos ſæpè numero, ſecundum quietem, oftendunt, vbi diuerſis præſtiigiis, volubilitate formarum, actionumque velocitate, ludunt. Neque impedimento eſt, quòd aliqui ſinxere, Dæmonum corpora, vt nec beatorum poſt vniuerſalem reſurrectionem, ſi ita velint, loca occupatura: hoc ſi ſic eſſet, non ab aliquibus internis naturæ principiis prouenerent, at à ſtatu gloriae, in quo Dæmones, nullo vnquam tempore, fuere, nec erunt.

Obiect. 2.

Reſpon.

Obiect. 3.
de reſtrictione in annulis.
Corporum Dæmonum ex Thalmudiſtis & Rabinis.

Obiect. 4.

Dæmon

Dæmones videntem aſſumant corpora, & quomodo vniunt aſſumpta: Cur integra hominum corpora non referant, cum ſint Angelorum lucis imitatores: brutorum potius animantium, autumque horribiliores formas ſub diuerſa aetate repræſentantes.

C A P. XVII.

Reliquam itaque eſt, vt, dum hi perſidi ſpiritus, oculorum conſpectui ſeſe obiciunt, aliunde corpora ſibi aſſumant, quibus tamen minime, vt matèrie forma, vniuntur, nec, vt motor tantum mobilis: verum, vt repræſentent, quibuſcuna per a. d. ex. c. a. t. a. aſſumptis, ſæpius nocturnam interdium, vt perterrefaciant, videri ſolent; ex quibus corporibus nihil eſt, quòd ſenſu percipi poteſt, vel lapidum, vel vegetabilium, brutorumque, cuius imagines aſſumpſiſſe viſum non ſit; quamuis in nouo teſtamento non reperiat̄ur integra hominum, vel exterius ſimulachra accepſiſſe, non quòd ſuis viribus hoc nequirent, ſed quòd ab Angelis prohibeantur, quòd verifiſimiliter ob incarnati Verbi reuerentiam, cuius intuitu, & Angeli ſeſe adorari non patiuntur, vt de illo in Apocalypſi factū legimus; licet diuerſum ab hoc in veteri appareat, etiam in Abraham tres angelos vidente, & miro perſonarum arcano, triadem ſcilicet ſub naturæ vnitæ, diuini luminis radio, agnoſcente, vnum adorando, & que genua flexendo: aut certe, quòd non permittitur, vt interna eorum fraus, ac conditio brutorum, vel ex hac extrinſeca quam capſunt forma turpiori, apertius iam oftendatur. Quapropter, cum ſeſe ſub ſpecie humana oftendant, Angelorum id æmulatione faciunt ſe apparentium, quòd filium Dei incarnandum præ ſe ferrent, ac ſe nobiſcum ſocios futuros oftenderent, frequentiùs capribus ac anſerinos pedes aſſingunt, quos longiori habitu aëreo ſibi aſſumpto celare conſueuerunt, veluti vadum in flumine diſquirenti, apparuiſſe cuidam oftendit ſuis in Genialibus Alexander. monacho frequentiùs etiam, vt Centauri, Fauni, ac Satyri, in nemoribus, ſiluis, locisque deſertis viſi ſunt: qua figurâ Diuo Antonio in ſupe-

Corpora Dæmonum ſub ſenſum non cadunt.

Trium Angelorum apparitio facta Abrahæ.

Dæmonum apparitiones humane.

reriori Ægypto Paulum primum heremitam visenti, Dæmonem, viro sanctitate vitæ & doctrina apprime claro, apparuisse ferunt: (cuius literæ ab Ægyptiis, in eorum sacrificiis, vt à nobis Apostolorum epistola leguntur,) à quo, instanter, qui suam esset, abiuratus, (occurrentem enim dæmonem abiurari, at non rogari licet,) duntaxat, instar fallacis serpentis, locutus fertur, *Sū vnus ex iis quos delusa gentilitas pro Diis uidebat.* ac sub Nympharū quoque, Machabeo, Manchuco, atque Dunchano, viris in Scotia, admodū illustribus, quibus salutatis ea, quæ postea veritas euentus comprobauit, admodum iucunda variè narratur: asserit Boetius, haud vulgaris apud Scotos historicus: Breuiorum quoque animantium similitudinem retulisse Dæmones inuentum est, vel iam inde et vetustissimo tempore, sed non antea, quam Dominus his sese symbolicis & exterioribus signis ostendit; iam sub ariete Baccho, in arenosis Lybiæ heremis exstant, a quam sitibundo, indreado: ac sub quarundam auium Diomedæ in insulis omnibus, qui ibi appellerent, Græcis: sic & sub coruorum apparere Alexandro, volatu louis Hammonis templum, ab ipso tantopere exoptam ostēdentes: sub nigris etiā alitibus, cuiusdā animā ad inferos auentibus: vt & sub hominis nigerrimi forma cuiusdam Hispano, cum ob dentiam, quo laborabat, dolorem frequenter inuocanti: quasi ita alteri equiti (cuius nomini parco) dum nullum verbum faceret, quo eum infelix haud nominaret, sic etiam at vultu protus deturpatus, beato Edimundo, dum Aberdonium pergeret; nec multis ab hinc annis hirci specie apud quosdam Cantabros, quos furtim ad adorandum Sathanam sollicitauerat. Multorum præterea & aliorum animalium eminenti sunt formas, sæpius tamen ferocium, quod non nisi Dei singulari, quo nos prosequitur amore sit, quò nos, per huiusmodi horribiliores, visui nostro obiectas imagines, de eorum qualitate nos commonefacit, licet interiorem ipsorum malitiam, nocēdisque nobis studium, mille modis atrociorē (si oculis ita cerni posset) fore tam est certum, quam quod certissimum. Non tamen semper ex æquo, quamuis humana specie, apparentes perfectæ ætatis videntur; sed

Auim similitudinem induit Damon.

Damon sub hominis nigerrimi forma.

Vultu horridus Damon apparet.

Horribiliores animantium formas cur asserit, De-mon.

nunc

nunc vt adolecentes nunc vt senes, iam puerili aspectu, vario planè ac dissimili, vt hac vel illa maiorem fallendi occasionem se captare posse intelligunt: quæ dissimilitudine etiam vtuntur vt plurimum, non singuli, sed plures simul apparentes, disparē & vniuersi magis altera inter ipsos nobiliorem conditionem eo inuenientes. Præ se feruntque interdum sese mortem opterere, quò salutem nos sperare ostendendo facilius nobis imponant; vt nonnullis Philosophis hæreticis ac Mahumetis imposuerit.

Quomodo eiusmodi similitudines assumant Dæboli sub utraque hominis & fæminæ formæ pro diuersis occasionibus & substantiæ gradibus. Vnde nam tantarū Dæmonis maiestas, vt dedignis hominum societatem tran-formari cupiat in angelum lucis: Quas autem qualitates elementorum imagines assumptæ attingant: sunt mixta ære, cum terrimum in excessu sapiant odorem.

C A P. XVIII.

NEc eiusmodi imagines propriâ qua sunt natura assumunt; vt hunc fœminæ, nunc mares videntur, alioquin quæ his spiritibus communito eum belluis, auibus, piscibus, atque adeo plantis saxisque; quorum specie sæpe apparere nulla profecto. vnde ergo hoc? pro vt fert occasio: etsi non negauerim, frequenter, pro earum substantiæ gradu, accidentibus distinctas variis sumpsisse; vt cum terrestres subobscuram: aquei, perspicuam: elatiorem verò, ærei assumunt: diuerso tamē modo omnēs pto regionum, quas inhabitant, diuersis interuallis. vt si ætherei sydereo amicti fulgore, magnaque cum maiestate quasi, & venerandâ magis quàm cæteri facie apparent; quæ quidem luminis fulgorem, non à stellis (vt quibusdam visum est) cum cælū nihil habeat, quod abscondi possit; nec ab igne, qui adureret, accipiūt, cum nihil sit eis potestatis factū in

Assumptio formarum in Dæmone sit pro occasione, & substantiæ gradu.

Maiestas apparentis Dæmonis vnde pericatur.

F 2

elementorum proprietates, sed Deo soli reservatum, perinde ut in ardenti camino, cui subiectos pueros ne comburerentur mandavit, videre est: At verò à propria ipsorum naturæ cum his Elementis analogia, & conformitate, quâ vel per ipsam imaginem, ut per oculos, anima ita obscurius clariùve, horum relucet essentia. Caterùm, qui crebrò, ut angeli lucis, quò faciliùs imponant, vel extrinsecùs saltem, quod non sunt, videri cupiunt, haud ita diu, nec frequentius sic apparendo, copiam sui faciunt, quasi ob naturæ suæ præstantiam, mortalium dedignentur consuetudinem. horum duos apparuisse cuidam memoriæ produnt, Plinij liberto non illiterato, dum sibi abrais (vbi somniarat) capillis, ut duo inuenientes albis induti vestibus, euestigiò per ostium exire visi sunt: sic & Rathbodo Frisiorum regi alium, auream domum variis gemmis ac varijsbus refertam tabellisque & auro fulgentem, ostendendo: ac nonnullis etiam Mahumethis, sub quorundam, quos sibi fingunt, sanctorum velamine, in necessitatibus invocati. Quas tamen subeunt imagines, nec ex humo, nec ex aqua esse, Theologi omnes afferunt: non quòd à nostris oculis evanescendo has effigies relinquere pro arbitrio nequirent sine manifesto luci facti indicio, quàm hi spiritus, pro ea qua pollent facultate, illarum simulachra, ne amplius compareant, subito non possint dissipare, cum id vel cogitare, tantum, abest dicere ac referre. more quorundam res sit friuola ac iuavis, cum materia hac in re, ipsorum imperium non detrectet, sed potius pareat: sed quòd per hæc duo, ut simplicia sunt elementa, vbi non coalescant, nec ipsi contra ipsorum proprietates præualeant, persistere nequeant. Quas corporum imagines eadem facilitate, qua coalita, condensunt, evanescendo ratificanti ac dissipanti; neque etiam omnia ipsamet elementa, vel quò mobilia; at partim, *(suprà iam dicto modo)*, ne naturæ destruat order obtemperant. ex quo fit, ut cuncti effectus, profecti à magis vel veneficis, tantummodo per loca Angelorù, Dei que permisso fiat. Verùm, ut in iustitio nostro pergamus: Demones hæc cum volunt accipere corpora propria, ipsorum applicatione; minime verò ex aère hoc subtili ac tenui, qui colore ac figura

Imagines à
Dæmonibus
assumpta non
sunt terrestres
sive aquæ.

Effectus Veneficorum emissa Dei permisso.

pingi

pingi nullo pacto potest, nec ex crassiori tantum (vbi nonnullis persuasum est) verum (vbi volunt plures alij cum Scoto perspicue illorum talem opinionem impugnant) & mixtis mixtione tamen imperfecta, activa scilicet passivis sub proprio cæli aspectu supponendo vniendoque: quòd etiam certum verumque esse, vel ipsi nequam spiritus demonstrant, ex sulphure ac retro illo, quem evanescendo, post se relinquunt odore, ut sæpe numerò à multis expertum est, mihi que ipsi hæc scribenti in somno huius rei facere periculum datum est, vera profecto, & experta profero: dum enim nocte quadam ab incubo magna difficultate ac grauedine opprimerer, manu quasi quiddam molle comprehendisse mihi visus sum, quò expectatus mirum in modum hunc terum odorem percepi, ut grauiorem vix tanquam vel Puteolis expertus sim, totumque biduum post nares emungendo eiusmodi odoris grauedine me afflaxi contigit.

Evanescentes
spiritus sul-
phureum re-
linquunt odo-
rem.

Quomodo Dæmones assumant membra, & an eorum corpora sint ut nostra variis membris distincta, colorataque figuris & pro libitu eorum nobis appareant visibilia & qua ratione: An vivibus corporeis polleant, organicè moueantur, ossibusque carne & nervis consentiant: an ita membris utantur ut & nos: An loquantur & loquendo voces articulatas nobis dissimiles referant, moreque nostro audiant.

CAP. XIX.

AT dum hæc corpora Dæmones assumunt, variis ut nostra distincta membris colorataque figuris, visus, quorum volunt, ac etiam ne videantur per *(exotat)*, pro libitu citius, quàm nostra percipit imaginatio, sese obiciunt; vel impediendo medium, quò minùs horum species ad nostros deferantur oculos, vel ipsamet similitudines prohibendo, vel astantes in profundam aliquam imaginationem, vbi cunctis sensibus, tam exterioribus, quàm interioribus, superiores sunt, rapiendo: per

Corpora Dæmonum ut nostra variis distincta membris.

Spiritus organice non mouentur, ossa carniemque & nervos non habent.

quæ quidem corpora apparentes, nihil prorsus virium, quas anima circanegatiuam ac sensitiuam potestatem, vel in exterioribus, quæ accipiunt, membris, exercent quò fit, vt nec organice moueantur, neque hæc ossibus, carne, aut nervis, ipsa veritate attestante constent, dum inquit, *Palpate & videte, quoniam Spiritus ossa & carnes non habet.* quo dicto demonstratur, nihil quod naturale non est, diuturnum esse posse, quocirca, quas sibi affiunt aures, oculos, ac nares, & si quæ alia membra habere videntur, non ita habent, vt iis videntur eo quo nos modo; at vel vt alij, quos mentiuntur appareant homines, vel vt nos iis membris decipiant frustrenturque; etenim, haud multò aliter eis insunt, nisi vinctis in pariete imaginibus, aut excisis è marmore simulacris: non enim daemones sensibilia his artibus, seu corpore toto, quasi aquam spongia. (vt rectius dicam) ipsa specula opposita, rerum imagines recipiunt vt *Psellus* cum multis alijs somnauit cum quæcunque per sensus operari videntur, tantum ab eorum, (vt iam saepe diximus) intellectu, ac voluntate procedant. ex quo fit, vt per vniuersarum rerum cognitionem ad particularium notitiam contrariò ac nos ordine perueniant, atque paucæ in his, vt & nos, peragant. neque contra hæc quid facit, quòd crebrò loquentes nisi sunt, cum quæ proferunt verba non vt in nobis nostrorum affectionum notæ existant, nec quo nos paulò compellant desituti pulmonibus, cuius vsus in aère tam expirando, quam inspirando, ad vocem formandam necessariò, nec etiam horum mentis conceptus, instar, nostrum affequantur, nec refert etiam, quòd sonos articulatis vocibus nostris haud multum dissimiles edant, cum & ex aère emeunt corpori quasi infracto & intruso: sic eundem extrudendo nostri causa componunt, vt vel exterior tactus ac percussus ad audientium vsque aures, humanas voces resonando, multiplicetur, quòdque frequentius est intus in ipsa aure efficiunt, quo profectò modo vocatus *Simonides*, vt egrediendo domum ruinae mox subsecuta sese subtraxerit, reliquis omnibus ea oppressis, mirum certe magnumque aliquid, ex tanta hominum turba, vnicum *Simonidem* ab hoc interitò liberatum

Voces Daemonum quas Pulmonum nostrorum vni quis. Articulate voces Daemonum.

liberatum, eiusmodi medio, iudicium hoc fallax, quam magnæ Deo sapientia ac prudentia instructi viri cura fiat. neque etiam daemones voces nostras auribus vt nos hauriunt, verum peculiaris virtutis cuiusdam, ab idearum propriæque substantiæ applicatione, vt & reliqua hoc genas alia modo tamen eorum naturæ idoneo, et si nostrum imaginandi caprum excedat. Hinc patet, daemones in his sibi adscitis corporibus, nihil recipi, nisi quæ ad motum spectant operari.

Viri prudentes Deo cura sunt. Auditus Daemonum quibus.

De habitu faciæque Damonis & cur humanam assumat: De spiritibus subterraneis & aëreis, cur lucem oderint: an propriè cibis vescantur, & sub qua forma: An cadaueribus gaudeant Damonis, & quoniam carumculis domineatur spiritus. De aqua lustralis in monumentis ex Patribus vsu: De velocitate Daemonum: deque locis à Daemonibus diuexatis, qua ratione expianda sint.

C A P. XX.

Utm verò, humana specie nobis, quòd Deus nunquam nisi maximam ob nostram commoditatem permittit, sese conspiciendo asserunt, maximè cum non tam terroris incutiendi, sed clam nos circumueniendi gratiâ, nobis obrepunt, vt optatis suis minori negotio potiantur, peregrinorum, tum religiosorum, sanguine nobis coniunctorum, ac familiarium vitâ iam antea sanctorum, vel absentium, faciem & habitum ostendunt. Aliqui portò sit lucem hanc exosam habent, non quòd illorum naturam, cum incorporei sint, tantopere oppugnet: at ob aliquod grauius commissum crimen, vt noctu, instar dirarum nocturnarum auium, terribiles sese offerant, candelas accensasq; faces aëris afflatu extinguentes: subterraneam hoc daemonum est genus, degens in latebris, frigidisq; obest passionibus, corporibus sapius molestum. alij, non hoc sic lumen refugiètes, interdum ac noctu simul, apparent, non ita multum formidabiles

Humanam speciem cur assumat Daemon.

Lumen cui oderint Daemonum.

hos ferunt aëreos, adeò familiares, ac quasi domesticos sefe hominibus interdum reddentes, vii & cibo potuque nostro exemplo frui simulent, cum solummodo frangant, comminuant, propriamque in materiam conuertant. quod quidem re ipsa fieri existiment, toto errant ceelo. alludunt enim, licet falsò, ad Thalmudistarum opinionem, idem de suo Hazazèle, quem cadaveribus dominari Cabalisticè affirmant, sentientium: non enim famis explendæ gratiâ carnis vescuntur, vt de uorasse. in *Dæmonum annalibus videre est*, mortuum quèdam, per Asuitum & Edimundû, quàm amicissimos dum uiuerent, vt & simul uiuere simulque emori uelle coniutarint: mortuo itaque vno uiuus adhuc cum mortuo sepultus, patim laceratus repertus est. Idem non pauci Platonice ram affirmare uidentur, asserentes hos Spiritus crebris formâ præcellentium iuuenum puerorumque carnes vorasse, at in desiderio immensaque rabie, vel in cadavera, diuinum, dum uiuerent, opus scruendi, vt mortuas cõtra feras vertagi ac molossi: qua in re, hæc uera esse putantes, haud parum hallucinati sunt, dæmonibus existentibus, vt dictum est, incorporeis, cibum minimè appetentibus ut sit in creaturis corporeis. Quod autem cadaueribus gaudeant, minùs & hinc cuiquam mirum uideri debet: maledictione enim diuina sub serpentis formâ cunctis diebus vt terra uescerentur ipsis intinctum est. hinc & Angelum Michaëlem cum dæmone altercatum ferunt de corpore Moylis, angelo asserente, id ad eum minimè pertinere, ex quo faciem Dei uidere illumque coram alloqui meruisset. Quò etiam magis dæmones à defunctorum corporibus abstinèat, ab antiquis patribus introductum est, vt monumenta eorum subinde lastrali aqua aspergantur, quam tantopere, hunc corporum principem (sic enim Cabalisticè diabolum uocant) refugere, asserunt. Quæcunque porro, assumunt corpora, peculiari sua uirtute, vt Angeli, id faciunt, cumque alio, quàm quò assumpserunt loco, adhuc ostendendum iis opus est, nil obstat, quò minus vel in momento quò uelint se trãserat: materia enim suâ naturâ mobilis absq; mora quò iubetur facit. Indoti itaque eiusmodi corporum laruis nunquam in desertis, aut aliquibus domibus, ob malû quoddam

Cibos non propriè uocant dæmones.

Amici duo uiuentes & mortui.

Cadaveribus gaudent dæmones.

Velocitas Dæmonum.

Loca appetentium Dæmonum.

quoddã antea in iis perpetratû, insignibus & famosis vii & in locis strage nobilitatis, quæ est ipsorum nequitia, homines perterrefaciendi, omnes occasiones captant. hinc & non rarò, ululatus horrendæque voces ac gemitas, noctu potissimum statisque horis, non sine hominum maximo terrore audiuntur. Cuius generis quoddam uisum horrendum spectrum apparuit Athenis Athemodoro Philosopho, quod stridore aspectuque truculentò, dum perempti cuiusdam manes celebrant, morem superstitiosum gentium sedulo in posterum obseruare iubens, quod sacrum ac religiosum esset, post humata ossa euauit. quare non immeritò eiusmodi à dæmonibus diuexata loca, sæpè piis precibus aquaque consecrata expiari par est, & à maioribus nobis quasi per manus traditus mos, quos quidem & nos, tam in doctrina, quàm moribus sequi conuenit. quò enim doctores sancti, temporibus Christi, tamquam veri fontis omnis boni fuerit proximiores: tantò plus lucis sapientiæ diuinæ præ cæteris habuisse meritò reputati sunt.

Loca à Dæmonibus uexata.

De potestate & malitia Dæmonum, an sit equalis: quòd eorum aliqui nõ adeò nobis sint noxij, cachinnis potius nos excerpientes: De Paganis, sic dictis Dæmonibus, & eorum pœna: An differant ab iis, qui nos dormientes infestant & mole quoddam opprimunt & quomodo nauentur: Maledictorum in eam r. m. sententia.

CAP. XXI.

Cæterum, cum eiusmodi dæmones non omnes æqualis sint potestatis (vti & supra mentionem eius rei fecimus) nec etiam vnus malitiæ, licet omnes sine ullo discrimine nihil nisi exitium semper struant: haud itaque & eos æqualiter malas operari operationes, contingit. nam, quò ipsi sunt peiores commissis ab iis ipsis facinoribus, eò & nos infensiori prosequuntur odio, grauiora pro sua uirili nobis inferentes mala: quæ de re sit, vt aliqui non nisi illusionibus ac prestigiis non ita noxij inter homines uagantur, alij uisû ac cachinnis nos excerpant: quorum non pauci in Neuergiæ nemoribus

Malitia Dæmonum non æqualis.

Dæmones Paganorum dicti qui sunt.

Paganorum sacra.

Incubi qui eorum apparitio.

conspiciuntur, ac in sylvis Norlandiæ, ibi cum montium plerique miris æstuent flammis: & sub ipsa glacie frequentius horrendi ululatus ac fletus audiantur, descensum vel aditum ad inferos inde haud procul abesse posse multi coniciunt, transeuntes; amicorum more, amicè nihilminus salutare consuevere, subito tamen euanescendo frustrantur *Paganos* nonnulli hos appellat: ac poenarum, præterquam damni, vel minimum in posterum formidare, aiunt: apparent etiam, dum mortuorum animas simulat, ad montē Hechlam continuis flammis, vt *Ætna*, fumantem, euanescendo sese recipere, aiunt. at qui eorum, quasi de industria, imbelles videntur, ac è minimis infimæque sortis angelis, quos *Thalmudistæ* ex hominum pollutione natos esse, vt *Incubi* falsò sibi imaginantur. hi corpore perexiguo, vti pumiliones apparent, paruam lucem habentes propria ab eorum (vt relatum est,) existentia, quasi sidera à propriis intelligentiis tactu ob multam coacti aëris leuitatem, frigidissimi sunt, vt quotidie non paucis eius rei periculum facere in somnis contingit, mihi que ipsi quatuor ab hinc annis Neapoli agenti vsuuenit, qui dum sub auroram nitum in modum ad hoc phantasmate comprimeret, manu extensa, qua tanto me pondere leuarem, spectrum tetigi, quo nihil algidius unquam sensi. hos spiritus *Græci Epidæras*, quasi equos supra nuncupauit. *Lai*ni verò, quòd dormientes tanto premant pondere, vt ne moueri quidem, multò minus in auxilium aliquem vocare possint, *Incubos*, ab incubando, nos autem *Hetrusco* sermone, ceu delirio obnoxios, aut quòd reliquas vanitates quòd decipiant fingere assueti sunt *Folletos*, nuncupamus. Medici, huius mali hanc reddunt causam ex arte sua: crassiorem nempe pituitam aut melancholiam, non in cerebro sed circum præcordia inhaerescens, quæ per crapulam aut cruditatem turgescens, diaphragma pulmone premitur crasso autem vapore illinc in fauces & cerebrum aspirato vox supprimitur, sensus atque mens obturbatur, visisque tristibus offunditur: ex quibus quidem causis, vt præta physicis, incubum aliquando procedere insiciendum minimè, ita vt plurimum dæmonum adscribendum illusionibus: quod

inde

inde etiam patet, vbi in amplis ac spatiosis ædibus, multis simul dormientibus; eiusmodi spectra molesta sunt, quæ si loco (vt vulgò aiunt) addita sunt; locum potius, quam certos homines infestare tum dici possunt. malum aliquod iam patratum, aut iam certè adhuc patrandum, eolubindicant.

De speciosa Dæmonum sanctitate ac religione: qua ratione Lares dicantur & quibusnam sacrificijs conciliantur: quinam etiam spiritus mærorum inducant aduentu suo & recessu, & qua calliditate in eo stantur: An species animarum defunctorum referant, an fugandi sint & quo pacto: Larvæ ac Lemures qui sint: Quòd homines sint Dæmonum imitatores, vt potè qui reliquiis Sanctorum, ipso etiam sanctissimo Sacramento abutantur.

C A P. XXII.

Sunt & alij, qui hoc habent peculiare, quòd in Sappatendo, magnam præ se ferant speciem velut sanctitatis ac religionis, omnisque boni potius, quam alicuius mali, hæc sua hypocritæ; cum suâ naturâ tamen sint pessimi, fraudes dissimulantes hos, quòd sæpè in magnis atrijs vagari solent, Lares delusa vocant antiquitas, sufficibus ac sacrificijs insuper eos sibi *Zorcæstris* arte delusa conciliare non addubitant. Utinam & hodie in hac summa Christiana luce incantum vulgus, quòd hi sese fortim insinuant, familiaritate quadam defunctorum amicorum sese animas esse mentientes, non ita cæcos redderent & ad id credendum non inducerent, cum tamen ratio nisi magno aliquo inflicto malo ab ijs discedant, vt inferiùs paulò aperietur: neque id alienum ab eorum natura videri potest, cum semper plus damni dent in recessu, quam primâ fronte promittant. quamuis irrita calliditate consolandi tristitiâ affectos, causâ venire simulet discedentes iam nihil nisi mæroris, tristitiæ, adde

Lares, sic dicti Dæmones.

Mendaciæ Dæmonum.

&

Boni Angeli
in recessu con-
solantur.

Apparicio ani-
marum de-
functorum.

& extremæ desperationis vestigia post se relinquere con-
suevere. Contrarij in his ita omnibus angelis bonis,
in sine consolantibus, & si non negauerim quandoque &
has animas esse posse, quæ vt corporum suorum vmbra
(leu vt Hebraei vocant וְשֵׁנִי nephe) quorumcūque phan-
tasia apparere Diuino permissu possunt, nostraque ad
hoc ope & auxilio indigent. Cuius exemplum factum est
apud Gallos, vbi anima cuiusdam V Vili. Imi Corui, quæ
dum flebili ac ciulanti voce ei, quæ fuerat viuenti con-
iux, frequenter apparet, adiurationibus denique con-
stricta à quodam Reuerendo fratre, Ioãne Gobo, vt quid-
nam rei esset, quidque requireret, ac cur in hunc modum
affigeretur, referret, multa respondit, ex quibus nōnullis
petitis, rebusque obtentis, amplius non apparuit. Simile
quiddam apud Apulos vsu venisse testatur Bartholomæus
Sibylla, qui animam crebrius ob sua ibi commissa cri-
mina diutius passuram reculit. Verum, cum vt plurimum
dæmones sub specie animarum apparere soleant, idcir-
co minor fides ijs habenda est quæ dicunt: at autem omnia
cautè procedendum, cum protestationibus & abiuratio-
nibus, sicutne bona numina, necne: quò veritas tandem
elucescat. hoc enim pacto quandam decepit Sathanas
Castini puellam, sub diui Francisci specie: quæ tandem re-
cognitâ, nec ei amplius obtemperans, tot tantaque per-
peti fertur, vt cunctos accolas in mirum traxerit stuporè.
Qui spiritus, quòd non absque magnis incussis terrori-
bus viatores frequentius aggrediantur, ex eo Laruæ, ac
Lemures antiquitus dicti sunt. horum quempiam noctu
reperit in India Apollonius Thyauæus, ad Brachmaes
cum Damide discipulo suo pergundo. quæ, vbi stridètem
vlulantemque circa iacentes rupes, profundasque Cau-
casi valles, sentiret, (admonito antea Damide eius rei,
quænam esset) hinc clamoribus, minis, ac insultibus, qua-
si arte artem deludens, expelli, ac fugari comitem edo-
cuit. hoc ab ipso, superiorum dæmonum nomine, quibus
familiarissimus erat, factum putandum, quorum auxilio
& plura alia humanas vires excedentia perfecit. Ex ijs
namque id spectrum erat, quæ minis ac clamoribus non
timidâ naturâ (vt Platonici sibi imaginantur) effugiunt; ac
quòd ob eorum flagitia, hæc pœna eis iniuncta sit. quoru
idola,

Larua & le-
mures.

idola, Iaponij, ac Sinæ, qui quosdam dæmones, quòd eos à
reliquorum Spirituum turba custodiant, adorantes, cre-
brius clamoribus ac virgis etiam, ni probè suo munere
in iis custodiendis functi sint, cum precibus ac promissis,
quòd volebant, non potiuntur, & impetunt, & credunt. *Hominis Da-*
hoc diabolicum barbarorum factum execrando scelere *monum imi-*
nostris temporibus quidam imitari non erubuerunt, dum *tatores.*
Sanctorum reliquias, immò Sanctorum omnium Sâctif-
simi imaginem (horresco referens) in flumina, quò aquis
porirentur, temerè proiecerunt: eandemque, quò pluvia
cellaret, sub dio, vt madesceret, de industria, noctu, reli-
quere, eamque Mandragonæ vt consequerentur vel San-
ctissimum Sacramentum Aſino manducandum porre-
xere. quasi verò homines omnium profigatissimi, ipsa *S. Sacramenti*
vel elementa hac blasphemia coacturi. Proh, facinus in- *abusus.*
dignum, ipsos etiam Christianos, pastorum quorundam
ignorantiæ causâ, aut philosophiæ inani studentium, aut
certè pœtarum fabulis ac rhythmis vacantium, venatio-
nibus atque aucupationibus conuiuisque indulgentium,
ac vtinam non summæ auaritiæ incumbentium, quoru-
dam etiam absentia, vt oues ipsis pastoribus vel sterten-
tibus vel aliud agentibus tantis dæmonum fraudibus ex-
poni ac seduci. quod enim pijs precibus, ieiunijs, elec-
mosinis, ac seria pœnitentia pijs ac religiosi à Deo exora-
re deberent: hoc tam nefando reliquiarum abusu, & su-
perstitione, quâ non alia horrenda magis, ethnico more,
per vim extorquere tentantes. Nec exemplum Moysis, *Moyssis lignum*
qui amaras aquas, proiecto in eas ligno, in dulces venit, *in aquâ pro-*
ipsis patrocinari quicquàm potest, cum nullam amplius *iectum.*
vmbra corpore ipso & lumine præsentè sectari par sit,
nec etiam minis, sed potius pijs ad Deum effusis preci-
bus eum vsu fuisse constat, id, quòd figura significabat,
animo respiciens. vinum enim nostrum ac veterum numen
non nisi precibus piorum flecti, minis verò obstinatio-
nũ multò magis exacerbari solet.

De no.

De noua nocendi cupiditate Daemonum, qua in praterentes
hospites non sine dolore imperum faciunt: cur Deus
eorum tantam mal. facieui potestatem
augeri permittat.

C A P. XXIII.

Demonum
nocendi cupi-
ditas.

Sunt præterea & quidam alij daemonum, insigniori ne-
quitia ac cupiditate quadã trulentia nocentii præ-
diti, qui in præterentes eminus imperum faciunt, hor-
rendum in modum affligentes ac cruciantes: huius gene-
ris fuisse illos, constat, de quibus in Euangelio legitur, Ge-
saris, magna damna inferentis, quique Tempianos cele-
bres olim (vt Gentiliam antiquiores prohibent huiusmodi)
populos in Brutiorum maritimis multis magnis calami-
tatibus afficere, adeo vt quatuordecim eorum, vel infra
nece, peinde ac violati hospitij iuris reos percussent.
Res profecto, magis admiratione non indigna, aliqui-
bus in locis visu venire, vbi enormia patrata sunt fla-
gitia, Daemonum ibi malefacieui potestatem augeri, &
hanc, Deus permittat, quò mortales hoc tanto terrore,
tantique mali metu, & tartara re ipsa, non vulgi opinione
tantum, alicubi existere, vbi commissorum delictorum
pœna committenda danda sunt, & à tantis sceleribus per-
petrandis abstinere addiscant.

Deus cur Da-
mones male-
facere permit-
tat.

De Daemonum mendacijs quod eorum aliqui sunt ijs adeo in-
fecti, vt in omnibus faciliq; negotio nil nisi ea affectent, qui-
bus ita circumueniunt homines inficiuntque, vt melanco-
lia obsideant, imaginationes perturbent, lymphasque pro-
fus ac furibundos reddant: non solum id rigoris in homines
sed et in bruta ad hominum ruinam exercentes, quid de
suis pœnis remitti credentes.

C A P. XXIV.

Alij sunt & mendacijs adeo infecti, vt & astantes
Anihil nisi mendacia loqui nullo negotio procurant.

nec

nec vel hoc tanta admiratione dignum, cum hi daemones
sua presentia non modò ipsos flagitiosos, in quos tan-
quam mancipia exercent suam potestatem, vt in veteri
testamento videre est, vbi hos erroris spiritus, quò Æ-
gyptios fallerent, & de Achab rege Israël's suppli-
cium sumerent, pseudoprophetarum ore missos legi-
mus. vt & odij spiritus, inter Abimelech, & Sichinitas:
at vel loca ipsa, in quibus conuersantur, contactu qua-
si Harpyæ infernales ita scedant inficiuntque, vt ea per-
transientes omnes lymphati ac furibundi reddantur:
quemadmodum non ita pridem Romæ in orphanotro-
phio accidit, vbi vna nocte plus quàm quinquaginta
puellæ factæ sunt daemoniacæ. Sunt & alij quidam,
non solum ipsa bruta animalia, sed & homines inuaden-
tes & occupantes, melancholico vt plurimum affectos
humore, quo tanquam instrumentum nacti idoneum,
ad hoc turpe ac miserum admodum abuti consuevere.
ex hoc enim secundum quietem horrendas ac tristes
causantur imaginationes: vigilantibus verò cogitatio-
nes turpes, curæ læuæ in obscena prauaque tum verba,
cum facta, sæpius prorumpentes, hinc ex eiusmodi cor-
poribus templis Dei destinatis, daemonum sunt latibula:
neque tamen tantum animalium sanguinem, sedem ani-
marum, corporisque inde factos spiritus, earum vehi-
culum subintrant, quòd refocillationis quicquam inde
quasi corporei ob viuificum sentiant calorem (vt non ul-
tis Platonice ac Pello præ cæteris visum est) cum omni-
no sint incorporei, nec his aliqua nostris cum corporibus
cognitio: verum potius quòd sic homines occupando,
necio quid ob Dei contemptum hac corporum obsessione si-
bi refrigerij ac refocillationis sentire videtur: quòd hinc
maior noxa, nostrorumque corporum atrocior pœna attra-
hitur, hanc potestatem in nos, quasi suo iure, nunc ob Adæ
præuaticationem, nostris delictis quotidianis aucta, vendi-
cat: cum eo pacto miserandum in modum carnem conta-
minant, Dominum aspernantur, diuinamque execrantur ma-
iestatem, cerebri corrumpunt spiritus, actiones vitiant, denique
sic vibrant corpora immutantque, vt his obnoxia corpo-
ra, facile ex visus oculorumque distorsionibus rigoribus-
que, ab alijs discernantur, atque hoc modo homines occupa-
pando

Roma vna
nocte 50. uel-
la daemoniaca
facta.

Dæmones nos
sic inuadendo
quid refrige-
rij sentire vi-
dentur.

pauco corpoream tantum quantitatem, ac non per illapsum subintrant, quod umbratili faciunt contactu: alioqui secus agere nequeunt, ac cum numquam non peruerfas actiones exercent, si non pro libitu, ac certe pro ipsorum posse.

Quidam Demones inter tantos cruciatus aliquod hominum tormentis dent intervallum: licet usitata fraude eos effugione animarum exagitant, quas mulierculis se hominum interemptorum referre per sua dicunt: Vbi transcursum Pythagoricorum iuxta Plotinum enucleatur ex contrariis nostrorum Theologorum assertionem.

C A P. XXV.

Sic enim obsessis, praeter iam enumerata, insuper & alia inferunt damna: non tamen continuo ipsos exagitant, sic namque praefus perimerent, sed ex intervallis imaginationes corrumpunt & priuant, atque ob id benefaciendi statu; hinc & usitata fraude sese quorundam ob facinus aliquod insigne interemptorum animas simulant, adeo ut Philosophi Pythagorici, Perfarumque magi, animarum transmigrationem crediderint, quod ipsemet Pythagoras, Italiae Philosophorum suae aetatis facile princeps, de se blaterare non erubuit, qui primus repudiato nomine Sophi, Philosophus dici maluit, ac per Terractim iurare suos discipulos, edocuit, silentiumque in eis indixit: voce illa Dei nomen $\pi\eta\eta$ intelligens, a quo tandem poetarum, demonum itidem instinctu, quod verum Deum ex pectoribus hominum excuterent, suum Iouem effingendi occasionem sumpsit. Hanc animarum transmigrationem, seu $\mu\epsilon\tau\epsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\omega\sigma\iota\varsigma$ amplexus est Apollonius Thyaneus, qui ut sapientiam sibi compararet, Gymnosophistas ac Brachmanes (ne dicam, ut Democritus ac Plato Aegyptios & Chaldaeos) accessit, aliisque persuasit, dum quendam leopem his Spiritibus obsessum Amasis animam habere circumstantibus eum ostendendo suavit, qua quidem opera utinam & his nostris temporibus, uti olim, incerti vulgi foemellas non deciperent, quae, quod aliquos iis oppressos spiritibus

Pythagoricorum & Perficorum magorum doctrina.

Transmigrationis assertiones animarum.

quo

peremptorum spiritus manifestare, ac ubi homicidia patrata sunt, spiritibus corripere eosdem peremptorum arcus propalare videant, ac multa apparentia bona pertervix ab hac animo concepta opinione, qua horum, quos referunt, animas firmiter credunt, amoveri queunt. Animas autem has verè esse nullo pacto fieri potest, tum quod animae proprium minimè est, post discessum a corpore quempia opprimere, sed statim ac (ut Theologiasseverunt) corpus reliquit, trutinæ examini subiicitur a Michaële: & à sinistris appensa, cum daemone, ut alterum torqueatur: aut à dextris cum Angelo recedit, ut ad tempus patiat, vel fursum pro sua natura propria evolans in omne ævum Deum contemplando saluatur: tum etiam quod haud vllum, nisi quod informat corpus (ut & sapius antea me retulisse meminimus) in fortiori forma virtute corpus movere potest, neque animae ut duae formae, vni corpori inesse queant: quò vna ut motrix, altera ut forma existat: nec refert, quòd peremptorum plura manifestentur secreta, aliquaque bona quaerant, pateat namque sceleris natura nil est, quòd damone ignorent, ac aliud simulent.

Imagines animarum falsa.

Spiritibus erroris aliam demandatum esse de nouo pronuntiã ne videlicet otiosi simus, ubi ratio eius redditur: eosdem etiam bruta ingredi non sine aliis hominum damnis: diuino permisso in contumeliam ignominiamque nostram, ex cuiusque instrumenti testimonio memoria dignis.

C A P. XXVI.

Proinde perspicuum est, hoc horum fallacium spirituum opus esse, eorum maximè, qui hic apud nos Dei permisso relictis sunt, ne otiosi essemus, sed potius in continua decertatione cum iis tandem lata victoria potitemur, maioreque merito tuo fruereur æterno: qui quidem spiritus vel bruta ingrediendo animalia, raro non grandia committunt mala, aut ea protinus suffocando, ut de potest in Euanglio patet, quos Dominus, facta prius eius rei potestate, ad vnum omnes, in mare proximum precipites egeret, aut ipsis hominibus maxi-

Demonum quorundam manus ut otiosi non sumus.

Porci in mare precipitari.

G

ma inferendo damna, interdum mortem ipsam, ut in veteri testamento vsu venisse claret, per eos Vrfos, qui tot pueros, uti *Males Maleficarum auctor satis denotat*, prophetam Elifam variis efficientes ignominii ac contumelii, cunctos discerpserunt, ac etiam per Leones adversus Samaritanos immisos, eò quòd alio modo, quàm loci pristinus mos erat, Deum cœli adorarent: ut & per alium quendam Leonem, qui Semeiam Videntem sanctum Dei verbum, minimè, ut ei præceptum fuerat, adimplemtem dilaniavit, quem tamen devorare, estu famelicus, abstinuit, neque vñquam nisi visus, dum eum aspiceret, recessit: nec non & per Lupos, Vientiam adeuntes, (quod certè semper apud antiquos prodigiosum habitum est) quàm plurimos homines occidendi, ac devorandi, occasio extiterunt: vnde tum primùm instituta sunt à Mamercio Episcopo supplicationes, quò placatus Deus præsens ac futurum impendens malum auerteret: aliæque penè innumerali in locis per hos animantes mala patrasse visi sunt, qui tamen ob id, quòd instrumenta dæmonum fuerunt, quibus ad profusionem sanguinis humani vsus est, omnes similiter ac serpens antiquus ipsi, iusto Dei iudicio, penas dedere.

Dæmones post tot atrocita facinora creaturam rationalem indignantes, sic ea abutuntur, ut Energumenos varijs modis penitentiæque horrendis, non tamen ex aquo omnes, ex crucient, cum sint inæqualia obsessorum peccata, sit eorum pena diuersa: Confessionem tamen multum valere ceteraque sacramenta contra eiusmodi incursus, quod Spiritus odi prævidentes, ne debitas laudes Deo nostro persoluamus, linguam vinciunt, oculos præstringunt, multos denique reddunt.

CAP. XXVII.

PRÆterea, hi spiritus apostatæ, similia maioraque in dies & adhuc committere minimè cessant, longè etiam atrociora commissuri in, diuina potestate angelorumque virtute cohiberentur, per quosdam energumeno-

nos (sic quos obsident Græcis dictos) quorum membris *Energumendi* à omnibus, in aliorum hominum perniciem, scelesto ac *Dæmonibus* turpi modo, abutuntur. Nec tamen cuncti Spiritus ex *obsessi dicti* quo, ut dictum est, ac sine discrimine molesti sunt atque iunt.

infestant, cum ob inæqualia obsessorum, quos in penam occupant, peccata: tum etiam diuersam ipsorum dæmonum occupantium potestatem malitiamque, quibus æqua Dei bilance vni magis quàm alteri, nocere concessum est, pro ratione cuiusque flagitiorum: ex quo fit, ut nonnulli in hac vita non ita affligantur: sed potius quiete & gaudio, infelici minùsque solido frui videantur, in altera tamè æterna perpetuis ac æternis penis subiiciantur. Eiusmodi autem dæmoniæ, vsque ad eò nonnumquam his immundorum spirituum furij agitati, conturbantur, ut vix vnus à tribus quatuorue, licet robustissimis hominibus, ne damnum alijs dent, coerceri aut ligari queant, cum alios interdum, uti & Chæin, tremulos reddant, aliorum membra timore inflant ad libitum linguam ad omnia conuicia effundenda instruant: quemadmodum per quandam fieri energumenam meis

Energumena cuiusdam tormenta.

vidi oculis. hæc tam petulans erat, ut neminem conspiceri posset, cui non occultas tectasque quasdam ignominias non palam exprobraret, vnde non contemnenda mala oriri poterant, suspicionesque haud exigua. hinc factam, ut nemo, nisi prius confessus, eam amplius accedere vellet, religiosi tantum sacerdotibus, atque non ita pridem confessus, tutus patebat ad eam aditus. ex quo certum potest, peccata, ob confessionem, quam tamen abs re ut & alia sacramenta hæretici allatant, verè dæmonibus tegi ac abscondi. hoc videns regius Propheta, diuino afflatus spiritu, magno animi affectu exclamat: *Beati* quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Atque hoc pacto miserè occupatos, continuè multos reddunt, ut clarè patet ex *Evangelio*, vbi mutum dæmonem eiectum legimus: aut ita linguam vinciunt, oculosque præstringunt, ne Deo debitas laudes effundant, neque videant sacrificium, neque lustrari aqua fectingant ipsas manus: cætera liberi derinent, ut ipsemet in muliere quadam Macheratensi conspicatus sum, anno reparatæ Salutis humanæ, M. D. LXXIX.

Confessio dæmonis & tegit peccata.

B. Virg. Maria
miracula.

apud consuetos, Calabriae oppidum, quod animo lubet
me recepi, uti, quae de Sacrata Virgine nulla voquam tin-
eta macula predicabantur miracula, certius cognosce-
rem. quo quidem in loco, commoratus totum triduum,
quid miraculorum, quae non vidi? Heretia enim labo-
rantem, ea liberari: multis etiam annis quendam morbo
detentum; sic & podagra afflicto, pristinae valetudini
restitui vidi; muto cuidam, vsum linguae reddi; nonnul-
los erigi elisos; multos dirigi mancos. atque de his ha-
ctenus, praesertim, cum alio loco magis opportuno plura
de his prosequi animus sit, tunc ad id, quo digressus sum,
revertor.

An plures numero Dæmones in eodem energumeno dentur: An
illusiones quasdam ex falsis suppositisque imaginibus ve-
gerat Dæmon: interim falsam non habendam Dæmoni: pro-
testationemque eius abiurationem contra Dæmonis illuso-
nes eius arreptiones exponit: licet Dei contempta omnibus
membris, et sanctam interueniat abuta, ut.

CAPVT. XXVIII.

Horum itaque Spirituum plures numero in vno co-
demque energumeno, pro varijs commisis, ita com-
merentibus delictis, inesse possunt, vnde & dæmonium,
legio, dictum, pullum est. alij verò sic, nonnullas depla-
ratas vetulas, quosdamque fatuos deludunt pueros, ut
certo sibi persuadeant, certis noctibus horisque stans,
animas vocatas, à suis discedere corporibus, ac mortuis
se se coniungere: quod non aliunde, quam à dæmonibus,
phantasiam eiusmodi eum in modum infidelitate cor-
rumptibus, proficiscitur, quae cum nonnullis stolidae
credulitatis vulgi mulieribus referunt, quosdam moritu-
ros praedicant, cui si euentus responderet nonnunquam,
dici vix potest, quantum telam errorum inde texant, pro-
prias eas animas esse, quod tamen factu impossibile est,
vel iuramento, affirmare audent: cum nil, nisi dæmonum
praestigiae, quibus eorum Phantasiam peruertunt, recipi-
ant: qui quidem error, & aliorum non ita vulgarium
mentes inuasit: hos autem omnes in hoc labi ac decipi,
vel

vel hinc, manifestum est. Multis enim ab hinc annis co-
gnit Fulcaldi, vbi & nonnulli ijs passionibus dæmonum
que illusionibus obnoxij reperiabantur, ex quibus, dum
quidam Carolensis, nuncupatus M. Antonius, homo ha-
bitus ab omnibus veridicus probusque sic corripere, ut
non raro vera, magis quam falsa pronunciarer, praes-
ertim de quibusdam, quos mors propinqua maneret. hic
vocatus à quodam Reuerendo Sacerdote, viro bono ac
studioso Ioanne Antonio Anania, (de quo, ni mihi frater
esses, plura, quae dicerem, non deessent) quem haec res non
latebat, adfuit promptus, serioque interrogatus: an, quae
de eo dicta de re spargerentur, vera essent? respondens,
non negavit: quare, vti certa, à sacerdote illo percepta,
miserum illum hominem, quod ab eiusmodi animo praes-
concepta erronea opinione discederet, hurrari non de-
stitit addēs, quod erat necessarium, has non mortuorum
animas, sed dæmones ipsos esse, quibus, fallacibus Spiri-
tibus fidem habendo, grauius in Deum peccaret. Quare
per Deum, ac animae suae salutem eum obtestabatur, ut
praesentibus futuram eiusmodi dæmonum arreptionem
(praesentebat enim eam) vel vbi iam arripi inciperet, se
ijs obsequi amplius nolle, serio protestaretur: quodque
Deus hac diabolica illusionem, mentisque vesania eum li-
berare veller, ardentibus votis precaretur, his miser audi-
tis obstupescens credidit, seque pro virili monitis obtem-
peraturum pollicitus est, acceptaque ab hoc venerando
Clerico cerea quadam, ac sacrata imaguncula (Agnus
Dei vocat) hilari prorsus animo, domum suam rediit:
Cumque consueta dies, quo antea his illusionibus ob-
noxius siebat, adesset, nec eo amplius arriperetur, summa
affectus lætitia, Deo pro hoc beneficio gratias egit. Ve-
rum altera ab hac imminente die ac hora (non enim cū-
ctis hebdomadae diebus, at ob maiorem Dei contemptum
ignominiamque, certis ac quinq; feriis, his praestigijs dæ-
monum oppugnari contingeret) suam hanc solitam ar-
reptionem instare, atque ab his immundis vocari Spiri-
tibus, quibus signis, non sine summa animi tristitia, ac
interore, agnosces, in clamorem vehementem prorup-
it, se nimirum, cum his Spiritibus rebellibus ac impijs
polluac abire, minimè decreuisse: quo clamore, domesti-

Protestatio eius
abiuratio no-
cessaria con-
tra arreptionem
eius illusionem

Corelensis in
protestatione
sua casum &
taudem libe-
ratus.

ci ferè omnes, (quorum erant non pauci) experrecti sunt
ijs mane accurrentibus, cum rei non essent ignari, tem-
or sine narrauit, seque multis verberibus caelum, ac cre-
bris se scribilitum vicibus, ostendit, ac iam tum libera-
tus est omnino, pro quo Deo gratias egit maximas. Hæc
cum intellexissem, ipsemet talia coram inspiciere cupiens,
crebrius, ad quædam stolidum ac fatuum, hanc demen-
tationem (vt passim ferebatur) pati solitum me contuli,
quo cum nonnulla intellexerim, quæ tamen postea non
eo, quo ipse dicebat, tempore euenire licet alia plura ve-
ra protulerit; obuiam mihi postea factis dixi: heus tu,
iocatusne es nuper mecum, an diaboli te decepere? Cer-
tè non (inquit) cum alia & diuersa apud illos, quam nos,
sit temporum ratio: crebrò enim longiora sunt dierum,
hebdomadum, mensum, ac annorum, quam nos nume-
ramus, intervalla. Quid plura? multa intellexi de tempo-
re Angelico ab hoc, quo quidem nihil stolidius vidi ve-
quam quo non potui, vehementer obstupescens, non mi-
rari, cum miserum reuera, quid distent ara lupinis (vt
aiunt) nescire perspicerem. Idem, vel simile penè ferunt
apud Lappios, quorum maior etiamnum pars ignem a-
dorat, contingere, dum nonnulli eos, à quibus occulta sci-
re cupiunt, cadere, magicis prius mullitatis carminibus,
æneaque rana præscriptis ictibus percussa, vel angue suis,
inspiciendo oculis, credunt miseri, cum mortuis similes
iaceant, proprias vagatum animas instar corui Armocra-
tis Clazomenij, emittere, atque hoc magis, eos à corpore
egredi imaginantur, quod inde experrecti, multa narrant,
ac certa ab ipsis exoptata signa afferunt. Quæ tamen om-
nia ex demonum fraudibus, phantasmam horum inter-
uertentium proueniunt: simili modo, vt & apud Cuma-
nenses, noui orbis accolæ, ab eorum, Proture, correptos
(dæmonis id nomen est) occultæ eorum linguæ, quam
Piacus sic horum sacerdotes vocant, Hispanis, eorumque
vulgò, manifestare magna piacula committere, sibi per-
suadent.

Magica tra-
ctant Lappij.

Cumanensis
Dæmon.

DE



DE NATVRA

DÆMONVM

IO. LAURENTII

Ananiz Tabernatis

Theologi.

LIBER QVARTVS.

*De Deorum varia denominatione: habitu & cultu pro
regionum varietate.*

CAP. I.



Æterum, hi maligni spiritus, etsi non
cuncti (vt dictum est) ex æquo tentant:
nihilominus, cum omnes incredibili,
quæ eorum est malitia, nocendi desi-
derio flagrent, nusquam non gentium
est, quò vlla absque mora, quam ocyf-
sima haud percurrant, vt quosvis in-
uentos, non secus ac Leones deuorent: atque sic, non so-
lum (vti supra meminimus) nostrorum opprimendorum
causa, nullum non mouent lapidem: sed & contra Dei
æterni propositum, quæ possunt, tentare non intermit-
tunt, etiam ipsis Elementis, in quibus, quò nos crebrius
ignauità alioqui torquentes exerceant à Deo aliqua iis
potestas commorandique locus datus est, ad hoc, abu-
tentes; per quæ quidem Elementa diuinos honores &
adorationem ab omnibus gentibus, sibi vt adscriberent,

*Elementis
abutuntur
Dæmones vt
exerceant.*

Prodigia ex
elementis lo-
cū dedere diis
effigendis.

Deorum do-
minatio.

Angeli cur à
sacerdotio ar-
ceantur.

Prævaricato-
res Angelorū
Romam con-
uocati.

sedulo nec sine successu operam dedere. Nam cum ex hoc, nunc ex illo elemento, diuersa prodigia ostentarent, gentes, à Dei vericogitatione altoquin toto cælo aberrantes, ita attonitas iis reddidere, vt his delusa varios quoque diuersosque Deos, pro regionum varietate, ex quibus prodibant illa prodigia, sibi efflaxerint. Quare, ex his spiritibus nonnulli, Dij cælestes nuncupati sunt, aliqui ætherei: quidam heroes: aliqui marini; alij fœtarij, fluminales: Dryades, Hymædryades, Napææ, ac Nymphe: Oræadesque, alij sub puellarum habitu, quem nunquam in veteri testamento, ob quandam earum imperfectionem, qua & à Sacerdotio arceantur, angeli representauerunt; vt sepe in nouo factitatum ob Mariæ summam creditur gratiam; qua nimirum, muliebri forma, non proprietate, hi qua sunt aliis molliores, se superinduunt; ac vt maiori fallant decipiuntque occasione. qua Dei deaque, ac in cælo sexcentæ sicut sunt nuptiæ, poetarum fabulis. Hinc & adhuc hi fallaces spiritus fertim apud nonnullos, præsertim Biornios ac Finnos isterdum, Nympharum apparent habitu, vbi familiarium more, hominibus inferuire eosque à diuersis fortunæ telis, quibus omnes expositi sumus, defendere produunt, quemadmodum videre est apud Saxonem Grammaticum, qui, horū Spirituum gratiâ, Frontonem quendam pul'o telo aut ferro vulnerari vniquam potuisse, scribit. Horum spirituum & alij vocati sunt, Selecti, Penates, Lares, Indigetes, Semidei, Summani, Cabiri, Curetes, Corybantès, Telchines, Antidei, Parclarij, Medioximi, Anceli, Dryopumque lingua Pappi, quos omnes prævaricatores Angelorum ideò olim Romam conuocari datum est, vel propriis id dæmonibus per statuas ostendentibus, vt factum à Iunone Veis ferunt, quò hoc comparente diuino lumine, simul ac Adam deliquit, signis ab angelis mundo ostenso, ac à Prophetis prædicto omnes tenebræ expellerentur: atque vbi antea errorum ingès chaos, inde vera lux, per totum emicaret retratum orbem ob victoriam, qua Paulus ac Petrus, duo mundi lumina, propria eorum morte potiti sunt: omniâque illinc sanctæ religioni dogmata diffunderentur, vbi fuerant densissimæ tenebræ, cuius luminis radij vniue splenderent, neque ibidem nunquam palam esse

esse tyrannorum metu desisterent, donec iniquitatis filius, in mundo reuelatus mysterium suæ iniquitatis operaretur. Ac, vt quæ de reliquis restant persequamur: sunt eorum præterea non pauci, qui sub vmbra versantur, habitantes in secreto talami locisque, vt inquit Iob. hu-
mentibus quò factū aiunt, vt Iesus noster, Mundi Saluator sibi porrectum acetum arundine bibere noluerit.

Acetum cur
Christus non
biberit.

Spiritus aliquos sese turbinibus, procellis & fulminibus miscere solitos: alios imminentes futurâque calamitates prodigijs præannunciantes: varios in aëre strepitus armorum concitantis, tympanis sonantes, tibis clangentes, tenebras importunas creatoribus etiam per deserta inducetes, prodigiosa portenta in aëre procurantes; cælo & ipso sidera Lunamque euocantes, plurâque nobis damna illaturos, nisi Angelorum ministerio constringerentur.

C A P. II.

Atque alij per se, sese magno turbine, ingentibus procellis, horreadis fulminibus mali patrum immiscerent: qui, vt feriant minima obliquos; vt potè que à naturali siderum motu proueniunt, sed recto ictu feriant quò sit, vt profundis etiam in vallibus, nedum in summorum montium vertigibus perimant, atque ex his Phocatum pelle, aquilæ pennis, lauro ac hyacintho, superstitios esse, antiqui animaduertentes, quòd vt mirabili Dei prouidentis; ita dæmonum, sicut inferius ostenderetur, insigni peractum est astutia. Præter hæc & hi spiritus, im-
pendentes calamitates spiri-
tibus præannunciantes.

re apud Germanos, vbi eorum vestimenta variis crucibus vt vestium illorum erat textura, colere, quasi sanguine singulo quoque mane, vel per mensem integrum, inficere soliti sunt: ac grandibus saxis apud Insulubrios, atque Gallis Italia pellerentur, pluisse quòd & trigiata ab hinc annis, propè Siuolam in nouo orbe, factum esse, Hispani passim narrant, ac terribiles quosdam bellorum tormentorum ictus excuisse, prout hoc anno, cum

Strepitus in aëre vnde sunt.

hæc exararem, per totam ferè hanc prouinciã, a-
ctum est: Vulcano, hos excitatos strepitus adscribunt
vulgò, sed falsò, vt mihi videre videor, veluti ex horù
æquali profus, ac in nullo differenti, siue eminus, siue
cominùs, frequentiori auditu, facillè deprehenditur.
Quod si à Vulcano profecti essent, haud tam assidui fo-
rent, neque vbique locorum eiusdem sonitus audiren-
tur. Dæmonum itaque & illæ in aëte excitatæ illusiones
fuere, vt alibi prolixius de eo dicemus. his etiam aucto-
ribus, variæ militum instructæ quasi acies, in cælo com-
paruere, veluti Machabæorum tempore, Hierosolymis,
& ante Titi obsidionem, contigit, idemq; quinquaginta
ab hinc annis superioribus euenisse, apud Cimbro-
Sleuici, ac in Apulia ante Caroli octauï aduentum, sic
& apud Sarmatas, Cracouiz: vbi quidam monachus, cum
Rege diu certare visus est, monacho tandem cedente,
nuper etiam Mexici, haud multo tempore, antequam ex-
pugnaretur factum quoque id, ab hinc quinquennium,
ferè per sex menses, ante Turcarum obsidionem Tha-
masi, sic enim olim Nicosiam, urbem Cypri metropolim,
nuncupabant, quod Poëtæ quoque inuasisse videatur,
dum variam in Ilij euerfione Deorum in cælo pugnam
visam canunt. Olim quoque Cimbricis bellis, & armo-
rum crepitus, equarumque hinnitus perceptos, antiqui
retulerunt historici, & bouem loquela ciuilia bella de-
nunciale memorant. Spiritus etiam tympanis sonare à
mercatoribus ad Cataiam se conferentibus, crebrò au-
diuntur, ad Lopum asperrimum desertum (sic enim nunc
quædam Imai montis tractum appellant): eosdem etiam
tubis clangere, in quibusdam Arabiæ heremis, frequen-
ter audiri assueant: aëremque propè Carmaniæ deserta
ac Chelmariam, extra Caucasum prouinciã, tanta te-
nebrarum caligine, vt noctem dixeris mercatores offun-
dere, Marcus Venetus scriptor fide dignus affirmat. Et
re vera, non est res adeò mira, hos spiritus, vt plurimum
in antris locisque desertis obseruari, cum ex iis sint, qui
sanctorum pugna deuicti, ne per certa tempora noceant,
Angelorum ligati sunt ministerio, quemadmodum qui
Saram vexabat, in superiori Ægypto à Raphaële vincu-
lis constrictus, sacra affirmat scriptura. Quin & alia pro-

Dæmones Angelorum ministerio ligati.

gia in aëre ostentare soliti sunt, vt potè faces, lampades,
trabes, bolides, & chasmata, qui etiã interdù effecere, vt
& stellæ; Lunãque ipsa, arte quadam præstigiatrice, cælo
quasi decidisse, apparuerint, vt apud Poëtã factitatum
per Thessalas Magas legitur, atque etiam per Maume-
thum omnium magorum sceleratissimum, Arabes fabu-
latur hinc cuncti eius sectatores Luna præ insigni vtun-
tur, qui nimirum omnes ita rerum simulachra ac phan-
tasmata oculis obiecerunt, vt vulgus sic delusum, ea ta-
men veriora, quàm quæ apud Sacram, (vt prouerbio fer-
tur) acciderint, sese vidisse crederet. qua de re antiqui
Poëtæ, non veriti sunt scribere: *Carmina vel cælo, possunt
deducere Lunam: & illa, Reluctantem versu deducere Lunam
nititur: ac, cantus è cursu Lunam deducere tentant, & face-
rent, si non ara, repulsa sonent.* quòd certè, quàm à veritate
alienum sit, vel ex hoc liquet: quòd dæmones naturæ or-
dinem nullo vnquam pacto, vel si rumpentur, peruer-
tere queant: ne dicam nunc de Lunæ magnitudine, quæ
decidendo (licet minimè posset cum cælo, cuius ipsa
pars est, nec leue, nec graue sit) terram quasi operiret,
& sic vniuersam mundi harmoniam pulcherrimam de-
struerent, quòd nullius creaturæ opus est. Solius enim
Dei totius naturæ auctoris & conditoris proprium, vt
eam pro libitu etiam destruere possit. atque ea de cau-
sa sit, quo, hi nequam spiritus, nec vt cæli pars ali-
qua scindatur, nec vt pendentium aquarum fluxus desi-
stat, nec vt ignis frigescat, cum hæc naturæ vim exce-
dant, efficere queant. Hinc etiam factum, vt Sa-
thanas tentauerit, dum dicere vellet, an
Iesus verè Dei filius esset, quò la-
pides panes face-
ret.

*Luna in insi-
gnia Turcarum.*

*Luna magni-
tudo.*

De nefario turpissimoque concubitu: ut pote quomodo nuncupentur umbratiles illi spiritus, secretis talami locisq; humentibus gaudentes: unde ortum duxerit concubitus: hares quinam & unde sint: an haec spectra quid seminis & unde & ad quid in circumditi congressu emittant: Lamia qua fiat & carum confessio de abusu demonum commerciorum possit generare & quinam ex his orti sint: omnia non paucis & luculentis hujusmodi illustrata & dogmatibus Christianis ornata.

C A P. III.

VERUM & his Spiritibus adduntur qui in aqua obuectantur, non pauci sunt, quos Graeci Panas, & Galli Dufios nuncupant: hos assidue in Accubos, atque Saccubos conuertere prohibent, quorum quidem nefario congressu, qui iam ex heroum tempore initium sumpsit, quando & fabulae primùm coeperunt, licet nonnulli & ante Noë diluuium hunc tam nefandum ac abominandum concubitum coepisse velint. Intelligent enim per filios Dei, in filias hominum intrantes, hos immundos spiritus mulieres admodum tum lasciuas, ac petulantes intrasse, quod factum aiunt mirā dæmonum versutiā, ob frequentiore[m] eorum cum hominibus societatem. Unde tot Deūm filij falso dicti sunt, cum re ipsa hos sic esse fuerit impossibile, qui postmodum tamen prodigijs quibusdam claris, etiam a dæmonibus ipsis potius ostensis, sceleribus ac flagitijs quaratūmuis nobilitati, nihilominus per apothecolū in numerum deorum relati fuere, quorum auxilia postmodum ab hominibus, ut pote diuorum, in necessitatibus implorari solitum est, tandemque eō nefariae dæmonum operā res deducta, ut eis non modo, bruta, reptilia, secta, quadrupeda animantia immolarent, verum & aues, pisces, animalia terrestria cuncta, ac amphibia, fructus, flores, herbas, gemmas, vitiones, metalla, sua singulis, quin & carnes humanas, pro huiusmodi creaturam ad imaginem Dei formatam, templumque Deo consecratum, his spurcis ac sceleratis idolis turpissimè destinari eorumque gratiā destrui. hinc videre est,

Concubitus
quando ceperint.
Filij Dei cum
filij hominum.

res proliis admiratione dignas, interdum Deo permittente euentisse: nam & per haec Spectra, (sic enim hos spiritus, in phantasia, aut corporea apparentes. huiusmodi nuncupauere) mulieres eorum passim stupratae sunt, ac etiam pueri horrendam facinus! quod ne ipsorum quidem plerique ob naturae praestantiam partiale leguntur, interdum iunimari, atque adeo humanae naturae intellectus obcuratus, ac voluntas corrupta est, ut multa de his, licet impossibilia, tamen crediderint, dum quasi duplicis naturae, in fetos, se a deo appellarent, ac scriberent, cum dæmones minimè cum his ita coire possint, ut ex eo nefando congressu Heroës, quasi ex duabus diversis speciebus, haud seuis ac multi nascerentur. non enim hi spiritus aliquid seminis ut falso nonnulli Platonico Spiritus nihil seminis possunt emittere. verum sic congressiuntur, ut hoc nefario congressu deceptae gentes amplius recto abeant tramite hanc tam nefarium ac turpissimum coitum, vel rituum dæmonum exercere non desinant cum quibusdam certis foemellis, ut & hominibus nonnullis nequam: deplorandum profectò, homines ratione praeditos, & per baptismum Christo vel iuramento obligatos, his ditis infernalium satiarum illecebriis adeo se se mancipare, ut & animae salutem in extremum discrimen aeternūque exitum earum causā praecipitent. Quo autem dæmones vespelles pro solita astutia miseris foemellis magis facum faciant, aliqua semina de industria adhibent, quibus vehementiori libidine accensae flagrant, atque has, quae heroum amore captae sunt, Lamias docti vocant: vel ob similitudinem cuiusdam monstri, paeliae faciem referentis, caetera belluas: vel à Lamis, dæmonum quodam genere, puerorum sanguinem exugeant. quod & Poëta innuisse visum. hinc Horatius inquit: *Neu pransa puerum Lamia vinum extrahat aluo.* haec longè ardentioribus libidinum flammis, si iuueni robustissimo miscerentur, flagrant, licet absque seminis resolutione, nonnullae tamen huius nefarii congressus reze deprehensae illud arte quadam à viris extortum interdum sensisse confessae sunt, utroque enim videntur genere. Quod quidem semen est in nervos, venas, arterias, ac ossa, cum sit naturā opus, in quo Deus

Spectra quae

Heroës unde.

Spiritus nihil seminis possunt emittere.

Lamia quae unde.

Deus minime eis vitur, haud dirigere possunt, nihilominus tamen ex eo, sub certa natura dispositione cael. stiq; influxu directo, aliquos & oriri, & ortam heroum maiorem partem esse, negari non potest: qui, quamuis re ipsa ex spiritibus non fuerint propagari, fraudes tamen ac dolos eorum plus satis sapere. sic natum perhibent Æneam ex Venere & Anchise: Bacchum ex Ioue & Semele: ex Marte Romulum, totque alios antiquorum heroum sexcentos: in hunc quoque modum ortum Alexandrum tradunt Ammonci Iouis sacerdotes: ac Neronem Imperatorem, quem conceptum ex angue aliqui imaginati sunt; ut Mercurium quoque Britannorum annualis: & Iaponij suum Xacam pluresque præterea, qui idololatriæ ac hæreses auctores fuere, ut & Lutheri heresiarum, ac Maumerham: quocirca admirando Dei iudicio ac providentia coarctat, ut sub tempus exortus horum non aliqua bona & læta, ut circa Sanctorum Dei natales fieri contulerit: sed potius cuncta infausta ac horrenda mala portenta, prodigia conspiciantur, eoque magis dira metuendaque, quod cum dicta, tum facta eorum, pestilentiora futura sunt, ut vniuersisque sibi ab iis, tamquam veneno animarum præsentissimo, cauere possit. Hoc etiam nefario congressu demones nonnunquam vel inuitis miseris scænellis stuprum violentum inferre consuevere, proprio tamen crimine mulcularum, in hoc victis, iis potissimum, quæ impuris cogitationibus in mente locum dant & indulgent, exterioribusque gestibus tandem prodant, quemadmodum, varias in formas concinnandis & torquendis comis; quæque omne studium ponunt in exornando corpore gemmis, vniouibus, faciémque cerussa aut stibio fucant, graphioque, & supercilia, nunc hoc, nunc alio modo componunt. qua de re non sine causa, mulieres non nisi velatas capite, ob Angelos, templa ingredi, præcipit. cum non raro vsu veniat, ut quanto magis dicto modo compta & fucata in publicum prodeuntes alios ad sui amorem inuitare ac allicere student, tanto potius hæc turpia dira spectra demonum eas in penam sibi attrahant. Nec profecto mirum, diuinam sapientiam tantopere hæc crimine offendi, quos facies à Deo summa arte efficitur

Prodigia di-
raque omnia
in oris homi-
num impio-
rum.

Mulieres ve-
lato capite
templa ingre-
diuntur.

ita foede deturpantur. hoc etiam nefando libidinis genere demones & cum iuuenibus quibusdam, forma præcellentibus, virginibusque, libidinibus tamen assidue se polluentibus, uti solet, veluti in Marrea Regione euenisse Scoticæ testantur historiae: in qua haud multis ab hinc annis puella quædam, forma venusta & egregia, natalibusque non minus clara, diu detrectans coniugium ventrem ferre reperta est; parentibus de eo, qui stuprum tale intulisset, sollicitè inquirentibus, sponte fatetur puellam se tam noctu, quam interdiu, Venerem exercuisse cum adolescente quodam; quis verò, aut vndenam veniret, aut esset, ignorare. Ad quæ non potuere non parentes vehementer obstupescere, angere animo, ac affligi; à famula tandem hominem quendam in cubiculo cum filia rem habere edocti, haud mora interposita, vlla, facibus tactisque accensis, quod nox esset, accurrentes, reclusis foribus, monstrum horrendum, ingens, ac omnem humanam fidem excedens, maximè terribile, à filia complexibus pendere vident. Sacerdotem ecclésiæ vitæ moribusque probatis accersunt, qui cum in recitatione Euangelij Sancti Ioannis verba illa exprimeret, *Verbum caro factum est*, demon non sine maximo ac horrendo excitato strepitu, terrorèque incusso, & post se relicto, (more nempe suo) disparuit, cubiculi tectum simul auferens. at femina hæc infelicissima triduo post monstrum non minus horrendum enixa est, quod, ne in familia summam ignominiam aleretur ac educeretur, extracta, pro more, pyrâ, flammis consumptum est. Simile huic quiddam in Garothea accidisse referunt, cum quodam succubo forma conspicua puella, venustum non minus adolescentem, quo suis amplexibus potiretur, sollicitante: huius rei factus certior diocesanus iuuenem, ut orationibus, ieiuniis, ac pœnitentiâ haud fictâ, sed seriâ, Christianam vitam institueret, locumque mutaret sedulo monuit. his piis iuuenis obtemperans monitis, à spectri illius scelestis sollicitationibus liberatus est. Habet loci ut & nominis mutatio nescio quid occultæ proprietatis, ob Angelorum, quos propterea mutari scribunt, efficaciorum virtutem, sicut ex Abraham & Sara, videre est, atque Isaac: qui, (ut Cabalisticis placet,) filium

Succuborum
generis cum
iuuenibus.

Incubus coit
cum virgine.

Puella è Da-
mone suscepta
puerum & e-
nixa est.

Part Australis propitior.

filium Isaac, quò magis in bonis proficeret, utique in partem Australem, ubi loci, Angelum sibi propitiorum esse non ignorabat, perrexit. Idem enenisse Corinthi cuidam Philosopho Apollonius Thyadens asserit; quod etiam iam vix annis viginti elapsis alicubi (cuius nomini parcendum duxi, cum presentia exempla sint odiosa) accidisse cum Accubo, minime me lateat: quibus vanaque obsecrans congressibus dæmones, uti consueverit, corporeo tamè velamine semper recti ac iudati. Huic etiã non absimile quiddam factum apud Forream, Scotiæ æstuarium, ubi dum navis quædam navigandi esset in prociatu, adeò procellis, vadis, imbribusque extemplo exagitari, conqussari, ac penè obrui cœpit, ut velis ac malo fractis scissisque nulla spes salutis supereset amplius: interea dum fortè navita quidam, præ admiratione ac magno timore, clariori voce exclamaret, hoc esse opus à diabolo profectum, statim vox cuiusdam mulieris hac exclamatione perterrefacta è sentina à cunctis navicularis exaudita est qua sese in causa huius extremi periculi esse prodit, (non secus, ac in sacris, de Iona legitur) propter nefandam consuetudinem, diu multumque quamvis iniuta, instar statuæ, immobilis ab ipso redita, cum eo habitam, quapropter rogare cœpit, ut hoc insausto onere navem levent, seseq. in mare præcipitarent. quod cum non sine multis lachrymis conlenuata suppliciter peteret, & rem exponeret, continuo sacerdos, qui eadem navi erat, sceminam hanc, ne de insuita Dei in peccatores respicientes misericordia desperaret, hortabatur sedulo, addens multa de paterno & propitio Dei in nos animo, qui omne propterea sibi peccatum concluderit, quo omnium etiam misereatur. quare, ut ipsa vera animi ad Deum conversione, verisque ex animo & corde profectis suspiriis, doloribusque ob commissa tanta peccata, in viam rediret persuadet. cui obsequitur mulier, Deumque quò in seipsam criminis ream, non etiam in navitas animaduerrat, lachrymans precari non desistit. hinc subito è navi quædam nubecula exiliens flamma ac sulphure dæmonem prodidit. Novi & ego etiam quædam puellam, quæ toties ab accubo etiam opprimebatur, ut eam tandem huius miseræ tæderet, remque

Dæmon mulieris voce in navi procollofa sibi causam periculi intulit.

Sacerdotis hortatio ad mulierem a diabolo.

torant.

coram amicis aperiret, idque non sine lacrymis ac dolore, hæc tandem Dei auxilio, loci ac nominis mutatione, etiam liberata est. Nec de fide iam dictorum, quod res miræ videantur, aliquid dubitandum, cum longè maiora ac plura, de accubis & succubis, quotidiana experientia, proh dolor, edoceat.

De impiis superstitiosisque, Strigimagarum conventiculis: An, quando, & quonam pacto Lamia deferantur ad Diabolica conortia; quemodo tam nefandus actus exerceatur & nuncupetur: Quis honor, quæq. ceremonia Satana exhibeantur: qua etiam Chorea, qua pariter symposia peragantur.

C A P. IV.

A Maribus pariter ac foeminis nonnullis crebro hunc nefandum actum exerceri legimus, hunc *Ludus Diana & Herodiadis* vulgò appellant, ad quem nocte intempesta frequenter admodum mulieres illæ miseræ, antea infantum quos eam ob causam non tinctorum atrociter iugulant pinguedine, pro vnguentis, vix, sambucea quam liniunt vitga hircòque vectæ (cuius diabolus formam simulat, aut certe quòd eorum corruptæ imaginationi talem figuram imprimat,) obsequitate sibi somniant. Hoc modo, non secus ac paleæ, turbine quodam per diuersa locorum intervalla deferuntur, donec tandem perductæ ad Satanam, quem Summam Majestatem alto insidentem solio præ se ferentem ac mentientem, omnium miserorum miseriam, cernuæ, flexis poplitibus, adorant, non verentur, diuerso tamen quam nobis consuetum est ritu non faciem sed terga illi obvertentes, caputque non in pectus, sed in scapulas inclinantes; quod vel ex eis præscripta lege aliter non permittente, ut etiam ex hac eorum nobis contraria natura innotescat faciunt, quo ab aliis distincti domini videantur. hinc plures, variis rhythmis cantilenas alijs tum instructi canunt, diuersorumque generum pro libitu choreas à nostris penitus absimiles ducunt: sceminæ namque post dorsum masculis inhaeren-

Ludus Diana & Herodiadis quis.

Ceremonie Ma. of. carum.

H

res retrocedendo saluunt, terga dando inclinant, caputque non ante sed retro sic pedem tanta cum agilitate eleuat, vt altiore arte, quæ humanam transcendat, doctæ facillè videantur: atque sic saltantes genioq; indulgētes, multis lauris & opiparis epulis expleti, tam mates, quàm scemina, nec enim viri ab his nefandis spectaculis ab sunt, tandem vsque adeo & corporum scelestas libidines explent, vt sæpe nonnulli, quibus auersa placuit Venus, vel biforcato membro impeti eodem sentiant tempore. Hoc quidem omnium maximè execrandum ac detestandum scelus, etsi nullo non tempore, (vt plerique asseuerant) nullaque non ætate perpetratum fuerit; in hac tamen postrema mundi senectute tantum inualuit, vt nisi armatæ leges ac iura igne vltore contrà insurgerent, nusquam non hæc pestis serperet.

Epula Strigimagarum & Daemonum.

An Diabolicus ille ludus opinione potius, quàm re ipsa peragatur, vt à Damone Lamia sic deserantur: An ea traditio corporum Demonibus, vt & Angelis concessa sit: Quod exemplo multorum etiam sine crimine delatorum illustratur: Conuiuorum dehinc apparatus describitur, & ad eam quadam de sale, nomine Iesu & Crucis signo non praterenda silentio: Loca item in quibus hæc conuenticula celebrantur, cum re vera & ex eorum confessione transuehantur, quasnam sint.

C A P. V.

Ceterum cum non pauci eius sint sententiæ, hunc diabolicum ludum non tam re ipsa, quàm potius opinione ac stulta imaginationis dementatione fieri, penitus asseuerando hæc in Phantasia, ob dæmonum indutam infidelitatem, accidere, vt ex aliquibus dementatis se vidisse affirmant: hoc sic opinantes equidem nõ valde mirari, & ab eis, (cum dæmonibus longè astutiores fraudes, ac araptores vires non deesse haud insipientur) hoc edoceri perciperem, quidnam sit, quod tantopere id denegent, quasi dæmones propriæ virtutis cõtactu corpora obstinatorum præsertim id optantium, haud; transferre queant, cum & Angeli sua ipsorum virtute, qua & in spi-

Translatio corporum possibilibus est spiritibus bonis.

vitus

ritus, satis pollent, vt dictum est, alter prophetam Abacuch, ad Danielelem capillis per aërem à Iudæa in Chaldæam duxit, alter verò Ezechielem, de Chaldæarum regione in terram promissionis transfudit; ac Philippum Azoto ad Candacis Reginae Eunuchum Hierosolymam, vi Æthiopum moris erat visentem transportatum, sacra scriptura demonstrat, an, si Angeli id propriâ virtute potuerit, & dæmones eadem opera nequeant? queunt profectò tantoque magis, quòd hi nefandis sceleribus superstiti ositq; maximè ritibus, quibus præcipuè gaudent, ad id inuitantur assiduè ac vocatur. quo etiam pacto Empedoclem Agrigento Cronem ad Pythagoram ab iisdem spiritibus translatum; & Abarim quoque Hyperboreum ex Taurica Chersoneso eodem lectrauimus; ac Apollonium Thyaneum Româ Dicæarchiam octo horarû spatio ductam, Philostratus affirmat, ac Simonem Magum in aërem sublatum, vt in suo itinerrario Clemens asserit coram Petro factum esse; quendamque Zenobitam Noruegium rectâ sub polum Arcticu à dæmone traductum, asseuerat nonnullæ historiæ boreales; & denique, absque criminibus tamen, Hillidium Disentinum Episcopum per aëra Romam transectum; sicut & Albertum Magnum, tradunt. Sed quid opus est verbis, aliisque exemplis? cum & ipsum nostræ salutis auctorem, Iesum Christum, postquam carnem nostram sibi copulauit, dæmon tentator per diuersa loca transfulerit? Quod etiam verum esse per eorum probatur conuiuia ad quæ, annis ab hinc haud ita multis, qui tam in agro Sabino curiositate magis, quàm superstitione, adductus accessit, vt nũme vera essent, quæ sua coniux, in eodem crimine deprehensa, affirmarat. suis ipsius inspicere propriis oculis, hic dæmonum ministerio sub hirci forma veclus, antea tamen vinctus pinguedine, eius rei ab vxore sua edoctus, ad locum tandem consuetum peruenit, tot conuiuiorum ferulorumque apparatus magnopere miratus: cumque miser vnâ cum Satanæ iuramento obstrictis mancipiis asseisset mensæ, cibosque omnis generis, at nullo sale conditos, degustasset, salem crebro efflagitat, tandemque allatum, quasi admirans, dulce nomen Iesu nuncupando, in causa fuit, vt cuncti conuiuæ, (mirabile dictu) cum

Delati ab Angelis.

Delati à Damone.

Delati sine crimine.

Nominis Iesu efficacia.

Coniugia
conuulsa
demonum
evanescent.

roto horum conuulsa vel in momento evanescent: is
verò, cuius ore hoc sanctissimum nomē prodit, nocturno
tempore in profundissimis tenebris, indumento quodam
horribili, multis miliaribus à domo sua, dissito, semivivum relictum se tandem videt; diuina tamen virtute
subleuatus, angelorumque adiutus ministerio, celi non
semper oculis cernatur, nunquam tamen nos ope sua
deserunt, si tamen gratià diuinà haud destituti sumus, id
quod Eliazus suo manifesta discipulo: biduo post, do-
mum reuersus est auctòrque fuit, vt quàm pluri ho-
mines, plures tamen mulieres quasi ex sinistro, vt sece-
riores inquit Theologi) latere profectè, aut vasa fra-
gilia magis vna cum sua coniuge omnes, igne concrema-
rentur. Idem fertur quoque de quadam Lamia, no-
mine Lucretia à proprio dæmone, ob auditum sub auro-
ram campanæ cuiusdam sonitum, deserta ad ripam flu-
minis, à luene quodam inuenta, qui re cognita, celi mi-
serè silentium sollicitus, iudici tamen indicium fecit, ex
quo & ipsa ad supplicium rapta est. Præterè, nec deest
eius rei exemplum de reuerendo quodam sacerdote, qui
domo exiens, rus more solito perrecturus, dæmone equo
post terga ignarus, dicto citius eò vectus est. Cæterum,
cuncta ea loca quæ Lamiæ frequentant, (cùm minimè in
omnibus ob benigniorem cæli influxum, regionisque
Angeli custodiam, talia mala patrare possint) vt pluri-
mum & ferè semper aliquo insigni facinore ac piaculo
nobilitata antea fuere, quibus, quòd Angelorum quodam-
modò destituantur tutelâ, magis prævalent gaudentque:
horum famosi. Nux apud Samnium Beneuentana collis,
in Dania mons, ac Virgo in Gothia feruntur, quò om-
nes Strig magas dæmonum operâ transfuehi vulgò
credunt. proinde hæc negantes satis errare perspicue pa-
ter. nec propterea inficias inerim, ea in phantasia, (vt ipsi
volunt) contingere non posse, cùm frequentius eo pacto
eueniat. haud enim in potestate horum consistit spiri-
tuum, noctu solem supra nostrum retrahere Horizon-
tem, vt dementatæ eiusmodi sibi somniant mulierculæ,
at, quòd per aëra interdum non vehantur de vno in alte-
rum locum, nil est quod impediatur. Ex quo consequitur
nonnulla re ipsa fieri, quædam verò in earum corrupta
imagina

Sacerdos qui-
dam à Dæ-
mone vectus.

Lamias trās-
ueh. non in-
pugnat.

imaginatione ac Phantasia tantum per somnium, quasi
in mentem venire, quæ tamen in rei veritate, euenisse,
sic miseræ delusæ, vel iuramento, affirmare solent. De
his, quæ in medium afferrem, plura mihi non deessent
exempla. Verum par est de immensa Dei in nos miseri-
cordia admodum mirari, quòd vel crucis signo, vel no-
mine Iesu, etiam à malis prolato, exemplo hæc diabo-
lica præstigiatrix Symposia conturbantur, & evanes-
cant, quò omnium infelicissimi, has secleratas consue-
tudines frequentantes, diaboli impotentiam ac imbe-
cillitatem videndo, eò promptius ad Deum cunctipo-
tentem, omnis boni auctorem & fontem conuertantur,
inque eum credant, ac gratiam, qua turpissimè suâ spon-
te exciderunt, omni studio recuperent: non enim est Deus
perditionis, sed omnis salutis & saluationis, ni ex nobis
ipsis proficiscatur perditio. Vnde fit vt eiusmodi miseri-
tis obnoxij, dum diuina celebrantur officia, nihil mali
percipiant, cùm alioquin semper variis huc atque illuc
impellantur imaginationibus, curisque conficiantur ma-
ximis, immò ad omnia perpetranda nefaria scelera, ab
his spiritibus armaentur, & in arenam protruduntur, cæ-
teroqui rarò fit, ac hi haud evanescant spiritus hanc di-
uinam virgam, sui exitij signum, olfaciendo, quòd tan-
topere metuunt ac reformidant. magnum profectò my-
sterium antiquis Ægyptiis non ita incognitum, qui ho-
minum salutem hac Dei figurâ, in qua plura continen-
tur arcana in suis hieroglyphicis, norabant, sic eâ vti,
postquam huius characteris notâ, cuncti iussu diuino,
ianuarum postibus sanguine signatis Hebræi, ab Ægy-
ptiis incolumes, illorum primogenitis omnibus ab ange-
lo interemptis, euaserunt. Quin nec Arabibus abstru-
sum, qui hanc diuinam imaginem in brachiis, quò à non-
nullis calamitatibus tutiores forent, sibi pingi volebant,
quòd & Platonem olfecisse, per suam decussem, conie-
ctura consequi possumus. Verum, vt vnde digestus sum
teuertar, non me pigebit de iisdem Spiritibus, quæ vir-
quidam, auctoritatis maximæ suis vidit oculis, & ex-
pertus est, breuiter annectere. Aberat is peregrè nego-
riorum quorundam familiarium conficiendorum cau-
sâ, vnde domum rediens, cinctus & sepius est horrendè

Crucis signo
& nomine
Iesu prolato
diabolica con-
iugia evanes-
cant.

Salutis hiera-
glyphica apud
Ægyptios.

Decussis Pla-
tonica.

Locus infau-
stus morte
cuiusdam He-
braei insigni-
tus.

noctis caligine quodam in loco apud vulgus nece ca-
iusdam Hebraei infaussto ex quo pergens maximo cor-
reptus est horrore, ignotâ tamen vllâ quæ sensibus per-
cipi posset causâ quod hinc euenisse autumo ob amplam
dæmonis tentando tum se accingentis potestatem, cum
in eiusmodi locis, *ut dictum est*, plus quàm aliis possint,
quare & iis magis gaudent: aut vt interemptorum vio-
lenta morte animas vel simulent, aut etiam quo malo-
rum perpetratorum memoria refricetur, vel quod eo-
rum naturæ voluntatiq; perfidæ multum sint con-
sentanea, ac ab Angelis non ad eò prohibeatur, vt olim
fuerit campi Marathonij Persarum strage insignes; vbi
diu multumque hos spiritus oberrasse, accolis infensos
armorum strepitu, ac equorum hinnitu, haut pauci an-
tiquorum testantur scriptores. sic etiam nunc perhibent,
Hansem (ita enim speciosam quandam Regionem in
Hiberia vocant) perpetuâ caligine oppressam, ab hisque
apostatis continuò vexari spiritibus, vbi & equorum
hinnitus, gallorum cantus, aliorum animalium voces
audiri, aperte affirmat Aitonius apud Armenios histo-
ticus haut ignobilis. Sed, vt nunc cœptam historiam
pertexam. Vix nempe decem passibus, quò in id viræ
discrimen inciderat vir ille, digressus aberat, cum subi-
taneo hoc percussus terrore circumspiciens mulam in-
signis magnitudinis in loco angustiiori obuiam venire
vidit, qua conspecta vehementius perterritus, non
tamen penitus animum abiiciens ac desperans, nec ab
itinere cœpto desistens: quin potius vires & spiritus re-
sumendo, ter inter pergendum signo crucis se munuit,
crebrioribus votis dulcissimum *IESV* nomen implorando
his ex omnibus quasi periculis emerisus, animo præ-
senti ac alacriter profecutus est, vt opinione suâ dicto
citiùs currendo perrexerit: nec tamen id spectrum pro-
fus disparuit, quinimò nunc maioris, nunc verò minoris
magnitudinis, visum est variâsque in formas mutari,
tandem prægrandis cuiusdam molossi similitudinem re-
ferens, quam ad finem vsque retinens, nunquàm modò
hâc modò illâc, oculis sese obiciendo, molestrum esse
desistit, qui propterea strictum ensẽm concitato cursu
ei obuertit. plus itaque satis hic furis exagitatus, tandè
ad

Signo Crucis
& nomine
IESV fugatus
Dæmon.

Molossi præ-
grandis specie
Dæmon appa-
ret.

ad ingentem rupem peruenit, vbi B. Virginis sacellam B. Virginis præ-
structum conspiciebatur, qua & ei per callem præte-
rens effusa quid-
remundum erat, eò loci, cum se huic numini ex animo *refocillationis*
commendasset, confestim id horribile spectum tanto *præbens contra*
cum strepitu & fragore, vt nihil supra, euauit, quibus *eiusmodi spe-*
adeò redditus est attonitus, terroreque percitus, vt ex eo *tra,*
infebrim, denique in trimestrem tertianam incidit.

Quantam ratione Spectra dicantur arma, canes, equos, caterâ-
que id genus metuere, cum sint corporis expertia: cuiusmodi
illud armorum dominium tribuendum sit. An per aliquos
homines, & per quos Dæmones operationes suas peragant:
Exorcismorum vsus in Ecclesia vnde & ad quid institu-
tus: Reliquia Sanctorum contra energumenos fugandosque
Dæmones an aliquid valeant.

CAP. VI.

QVOD autem eiusmodi Spectra, ensẽm, & cætera ar-
ma, equum etiam & canem metuere, dicuntur, *Spectra vnde*
non eò sit, quòd istibus aliquibus vt corporea exposita *dicantur ar-*
sint, nec quòd Metallum hoc sit sub Martis dominio *ma meturo.*
(quemadmodum nonnulli Platonici fixerunt) qui in
rebus omnibus & sympathiam & antipathiam quandam
esse volunt, atque etiam Psellus, qui stricto gladio per
Anaphalangem dæmonem à quodam obfesso expulsum,
asserit. Spiritus enim sunt omnis corporis expertes
nec inde quòd ij, quas assumpserunt imaginibus quo-
dam excellunt dominio, neque etiam ex superioris
huius speciei intelligentiæ opposita virtute, cum si hoc
foret, haud plerique eiusmodi omnes occurrentes
armis euanescerent, sed ij tantum, (cum diuersa sint
dæmonum genera,) qui quodammodo Marti subsunt:
verùm id accidere, inquam, ob maiorem quem pro-
pter hæc habent, animi vigorem, vnde haudqua-
quam dæmones terrorem incussuri duobus apparent

*Damon opera
sua per ener-
gumenos per-
ficiunt.*

*Reliquia San-
ctorum ad
Damonos su-
gandos.*

comitibus hoc enim vigore, quod cupiunt efficere pro-
hibentur: praesertim cum non semper quanto quidem
optarent, nobis terrores incutere permittantur, diuina
pietate repulsi. Praeterea, ij maliciosi spiritus saepe ope-
rationes suas perficiunt per eos, quos diuexant, energu-
menos; tam maximè, cum terrei sunt, aut supplicij affi-
ciendi causâ suuèrni missi, aut Maleficorum operâ in-
trasi, hos agerrimè deserunt, ac vix ab eis discedunt, vel
etiam exorcismis, quibus Sancta Ecclesia, iam ex Apo-
stolorum tempore (vt à Salomonis aetate, Hebraeorum
Synagoga) vti solita est; neque sanctorum quorundam
reliquis, quos, quòd de iis triùphū reportarunt maximè
formidant, adeò vt has, quasi Dei opera, multis in locis
fugere cogantur cõpulsâ. sic nec ob Eucharistiae praesen-
tiam, vbi tamen non sine maximo cruciatu persistunt,
etsi primæ nascens Ecclesiae initio, vel à quibuslibet
in nomine Iesv, aut Crucis signo, ab obsessis eiicie-
bantur, quòd non sine causâ factum est: quòd enim gentes
idololatrae ac incredulae, còdè faciliùs ad fidè Christianam
veniret miraculis crebrioribus opus tū erat: cum hoc nò
pertentadi causa curiositate quadâ impulsu facerent, vt
nuper perhibent Neapoli factum quadâ in domo his ve-
rata spiritibus nonnullis, in quo marulam ac scaphium
proprios ob oculos inspererunt, ac effuderūt, atque olim
Secuæ filii, circa quendam dæmoniacum, qui nudi ac
vulnerati non sine summa turpitudine ac dedecore vel
propriis domibus exire coacti sunt, metu trepidantes: seu
vt, quòd Sancta Ecclesia Catholica ageret, potius animi
pietate, quàm curiositate aliqua imitarentur.

*Cur non adeò frequenter ac in primitiua Ecclesia Damonos
de fidelium corporibus expellantur: ad quid est vnde sibi
nouas maioresque exorcizando vires assumant. An ritus
Magici locum habeant energumenis cogendis, & Damon
à Damone pelli possit, cum ministerium est commercium
nobis interdictum sit: An omnes ex aquo Damonos possessos
deserere cogantur: An denique omnium exorcizantium sit
par potestas.*

C A P. VII.

Nostra verò aetate, ex quo iam tot tantisque mira-
culis Ecclesia floruit ac confirmata est, nò mirum
cuiquam

cuiquam videri debet, si non ita crebriò vt olim dæmo-
nes eiiciantur: praesertim cum nunc sapius, vt pios in fi-
de exercant, poenisque castigent propter admissa deli-
cta quodammodo relinquatur. Hi praeterea spiritus saepe
numero hominum delinquentium exorcizando inter-
uentu, sic vires acquirunt, vt energumenos deserere mi-
nimè velint: proinde exorcistis summo opere cauendum,
ne exorcizantibus temerè quilibet adsit, qui etiam pro-
ca, qua pleni sunt, caliditate frequenter, & sanctae Eccle-
siae exorcismis aggressi, adeò reluctantur, quòd exorcistas
radio affectos deterreant: cum tamen magico ritu, qui-
buslibet scilicet superstitionibus, figuris ac characteribus,
atque (proh nefas) nimia pastorum negligentia, à non-
nullis Graecis praesertim, quos nostris in regionibus ac
Hydrunti, Caloieros vocant, impetiti, quandoq; parum-
per, ac nonnunquam multum repugnare videantur, non
sine maxima fraude, quo nempe pacto paulatim eadem è
mundo auferre moliantur: alioqui dæmonem, vbi maius
malum non subest, ab alio dæmone, quantumuis supe-
riori ac interdum dispari, expelli non contingit: hoc
enim modo, quo Graecis expelluntur, à corporibus tan-
tum, maximis interea animabus tenebris immerfis, ex-
cedunt: cum id, quòd forsitan antea poenae tantummodo
erat procul dubio assentientibus in culpam cedit: qua
dere nec in re aliquò cogi hoc pacto, quin grande eo
committatur peccatum, energumenos, vt relinquunt
possunt, hocque magis, quòd nobis omni commercio
omniq; familiaritati demonum seuerè interdictum sit,
nec eorum ministerio, ob quòd nos pollimur pecca-
tum, vt fas est; licet id sanctis ac iustis quandoque con-
cessum fuisse legitur, vt Diuo Iacobo, qui vt Hermoge-
nem ei afferrent, iis iniunxit: ac Simoni Iudæ, qui vt dæ-
mones proprias statuas suas destruerent confringerent-
que eis praecipit. Sanctis etenim, vt pote membris Deo
ipsi inferis, obediunt, velint, nolint, propter eorum me-
rita etsi eis natura superiores sint; nihilominus tamen
diuino arbitrio & voluntate, iustis causis & rationibus
hoc exigentibus, saepe à pugna victores recessere. idcir-
cò diuersis angelis etiam, ne amplius, vel per tempora,
de eo tamen quò tentando vitio superati fuerunt per

*Cautela pr
exorcistis.*

*Energumeni
cogendi ma-
gico ritu.*

*Ministerio
Damonum
vbi sunt ali-
qui Sancti.*

Obsessi in statu peccandi nec merendi esse possunt.

Exorcizantium non est par potestas.

reantatum quempiam accedant, vinciti feruntur. Nec dum corpora occupant, eo ipso tentare dicuntur, cum in hunc modum obsessi ratione impediuntur, unde nec in merendi, neque in peccandi statu, esse possunt; tum præsertim, cum imaginandi potestatem conturbant: non enim hanc continuo vexant, sed interdum tres quatuorve dies, & amplius ab eorum desistunt vexatione: interdum sic animæ concentrant potentias, ut vel proprium motum impedire videantur, uti satis ritè perspexit Ioannes Baptista Attendolus, vir pius, in linguarum cognitione versatissimus, omni scientiarum genere paritissimus, Dux Capuæ, cum quendam exorcizaret energumenum, præterea non omnes dæmones ex æquo sic possessos deferere coguntur, cum ob varia occupatorum crimina, tum etiam non minus diuersa spirituum occupantium generatæ quod exorcizantium omnium non sit par virtus & valor, perinde, ut cum circumstantium non sunt tantæ virtutes, quæ e diametro quasi penitusque dæmonum vitiis opponi possint: ex quo consequitur (ut & dictum antehac) quod non tantopere exorcizantium præsentiam vim & auctoritatem reformident; immò, quod inter exorcizandum alij eis quasi auxilio veniunt ac occurrunt spiritus, quorum aduentu maiores vires recipiunt.

Quod malignorum spirituum muti sint omnium nequissimi & difficilissimi abigi coguntur: an quid habeant dominij in voluntatem nostram, cum nec peccati necessitatem nobis imponant: An teneantur ea, quæ a nostris sunt commoda salutisq; manifestare; eorumque monita spernenda sint cum vix illum unquam nec possint in bonum suam compellere: Ad qua multa de somnijs, eorum interpretatione, revelatione dormientibus facta, superstitionibusque & illusionibus, quibus sibi Dæmones fidem conciliant, passim tanguntur.

CAP. VIII.

Spiritus omnium pessimi, muti: & difficilissimi puls.

Horum verò spirituum omnium pestilentissimi sunt muti, qui exorcizando haud exire adiguntur unquam, nisi ut eo, quo ceteri, loquantur modo, nisi que loco

loco moueantur. qui quidem spiritus, etsi varia ac diuersa morborum genera nostris corporibus insigant, animabusque miras imaginationes excitent, quibus sic nos ter afficitur intellectus, ut oculus non clausus rerum simulachris, in rectam tamen voluntatem non est his vllum imperium, cum hoc Dei tantummodo sit: ea itaque sola in homine, verè immunis ac libera remansit, non tamen à miseria, postquam Adam præuaricando Mundo carum attraxit malum, nec à peccato, nisi per filij gratiam, sed à necessitate, à qua & antè & post, hæc animæ facultas semper fuit libera. Nec tamen propterea dæmones, quod nequeunt peccandi, sic etiam non possunt peccati necessitatem asserere, cum, in Phreneticis, imaginatricem virtutem impedire, ac in lethargicis memoriam conturbare, sæpe cernere liceat. adhuc, hi rebelles ac tenebrarum spiritus haud semper tantas nobis tenebras ostendunt, quamuis ipsimet nil nisi tenebræ sint, nec tanta nos caligine inuoluunt, ut omnem lucis conspectum è medio tollant, cum multa, quæ hominis commodum non tamen æternum spectant, propitium dæmonem Socrati reuelasse, compertum sit: neque hoc mirum, cum & hæc, & alia præterea, quæ æternam concernunt salutem & veritatem, eaque quæ tacere, quam propalare mallet, qua laborant insigni perfidia, manifestare tamen, compelluntur. sic & cum deceptum veniunt, quod operatis facilius potiantur, res eiusmodi, quas tectas sepulcrasque vellent potius, ostendunt: alioquin intellectum illuminaret, quod tamè minimè, cum omnino charitate vacet, efficere queat; non enim, quod naturam posterius, nisi quæ prius est, obtineat, possidere valeret. quocirca omnia, quæ secundum quietem in somnijs, infidelibus præsertim, & alijs peccato pollutis, obuersantur, & monstrantur, publica si excipias; ad quæ mittantur ipsi Angeli, ut cernere est apud Pharaonem, nunquam non per hos manifestatur spiritus, ut etiã Socrati factum legimus, cum, quod de cygno somniarat, eius in somno quoque accepit interpretationem; ac etiã Galeno, qui, ut infirmo cuidam venam secaret, dormiendo edoctus est. quod etiam videre licet ex Esculapii templo apud Pergamum, ac Podalirij æde, qua utrobique dormientibus ægris morborum remedia ostensa sunt.

Genius Socratis quis reuelavit.

Somniorum interpretatio dormientibus frequens.

Sic

Reuelatio ex
vöplis & alijs
lacijs petita.

Dæmones non
possunt ditare
pro arbitrio.

Spirituale mo-
nita non sper-
anda.

Sic & ex columnis Herculis, ad quas quæcunque anti-
qui scire desiderabant, reuelabatur. ita etiam ex Amphia-
rai fano, Serapidis ad Canopum delubro, Heliopoli solis
templo, vbi sacerdotes literarum obſignatarum sensum
vel ad vnguem Adriano Imperatori retulerunt: atque Pa-
siphææ Ardalique ara apud Hircanos, & Iſidis quoque
Bumalte: quibus (inquam) interdum, cum crebro & ab
Angelis altum altius ea nuntiantur, quæ vulgò *Fortuna*
munera appellant, ostendi contingit: quibusdam præsertim
insipientibus, ceruicosis, ac prauis, quibus fortuna Philo-
sophorum more amica esse solet, quo his acquisitis am-
plius & alia ex dæmonum voto peruersè agere pergant,
quod tamen non sic accipiendum. quasi hi spiritus diui-
tis aliquem pro arbitrio cumulare & spoliare queant,
etsi interdum nonnulli aliqui pecuniarum adiecisse re-
peri sunt: sed quod ijs, quò homines saliant ac tentent,
oppugnatum veniant cum ijs affrictos facili momento
libidinis ac superbix vitijs sese dedant. hinc non absque
causa, Saluator noster toties in diuites inuehitur: his ce-
nim nil est, quod nos seigniores ad amplectendum veri-
tatis ac iustitiæ viam (quibus ingressi dæmonum laqueos
euitabimus) reddere queat. Inde etiam earum copiam
nonnulli Theologi spernere consulunt, vti salutis ani-
mæ maximè noxiam ac pestiferam luem: cum non in-
frequenter, vbi thesaurus, ibi & cor hominis, esse soleat
vel ipsa teste veritate, attestante. Ab his porrò spiritibus
admonitum & Alexandrum, vt suis à serpentibus morſis
militibus hiperbaron cederetur, ac Lyſandrum quoque
fuisse, narrant, vt Aphutim urbem, obſidione, qua cam-
cingebat, solueret: licet & à bonis Angelis, quoniam re-
ges, id proficisci potuit. Nec tamen dæmones vquam
aliquos in bonum finem, siue bona naturalia, siue mo-
ralia spectes, peregere, quantumuis sæpenumero pluias,
imbrésque, terræ siccitate maximè id exostulante, sicut
& ventos nonnullis secundos, concitasse visi sunt, atque
etiam assidue contemptores religionum, increpauerint,
obiurgarint, castigauerintque, vti Dionysium Syracusa-
num, Phlegiam totque alios, quanquam præterea haud
pauca, quæ bona viderentur, in somniis prædixerint, vti
& per statuas contra aliquos, quos tandem pœnis mul-

tarunt

taræ, locuti sunt: quarum rerum exempla gætilium sup-
pediant historia. quæ omnia & singula, non quòd ho-
minibus bene cupere, vel etiam facere velint, voluntate
eorum huic maximè repugnante, sed quòd superstitioni-
bus suis illusionibusque maiorem fidem & authoritatem
ijs conciliant. hinc & propria eorum templa ob negle-
ctam, vel parum cultam religionis superstitionem, ijs
ipsis authoribus igne perire, vti Apollinis templum
Delphicum ter, Dianæ Ephesi bis, Cereris quoque Mile-
ti, Argis Iunonis, & Romæ Apollinis, vti nimirum his re-
bus suam potentiam vindictamque ostentarent, subſeque
colores magis allicerent. Tota etiam Potitorum fami-
lia, speris Herculis sacrificiis, vel vnius mensis spatio ex-
incta est.

Potitorum fa-
milia.

Dæmones pro vitijs, quibus prævalent homines oppugnare,
classis aliquo distinguuntur: ijsque pro assumpta sibi ab ele-
mentis, qua inhabitant, virtute sunt alijs nocentiores: Qui
spiritus ætherei, æerei, aquei, terrestres, subterraneique
nuncupantur ab operatione nocendi dominatrice: eos gen-
tiles pro libito, falso tamen, cognouerunt, etsi cælestium
nomen sibi tribuerent: cum signa in cælo nulla producere
aut ostendere potuerint: Hicque signa aliqua, qua alijs
in cælo apparuerunt, vt ad rem faciendam non insulse re-
feruntur.

C A P. I X.

Ad hæc non cuncti, æqualiter, quibusuis malis in-
digendis gaudent: certis enim classibus quasi di-
stincti, his, in quibus prævalent vitijs, homines oppu-
gnant, mirâ astutiâ acie hac instructa, de quibus ducem
suum Luciferum certiore faciunt, variis nempe homi-
nibus, quos hinc inde per orbem tentationibus aggressi
sunt, hoc & frequenter corporis adscita similitudine fe-
cisse, nisi sunt. Horum quilibet ea, quæ inhabitat ele-
menta, conueteré vel conturbare magis potest alio: vti
de fit vt æthera incolentes, quos Siliurion, nuncupant,
etsi reliquis minus noxij, varia emicantia signa prodant,
hilares

Dæmones clas-
sibus distincti.

hilaris semper, mortalium damnis gaudentes, ruinis calamitatibusque omnis generis præ lætitia exultantes quasi, veluti qui aërem inhabitant, quos nonnulli, falsò tamen, errorum, vii nos, pœnitere imaginantur; cum ex quo semel se à Deo auerterunt, nunc minimè in viam redire nec velint, nec possunt, hos heroas, dixit antiquitas, atque ex eo, quòd quibusdam incantationibus aërem in nùbem ac pluuiam cogerent, Neophidectas, Græci, vocauerunt, hos, nimbos, ventos, grandines, ac fulmina iaculari, ac etiam, lana, cera, argilla, lapidibus, ferròque pluisse, Spiritus aquis ferunt. Verùm ex his, qui in aquis degunt, marinos stupra dominantes nauigantibus submergendis intenti concitant, qui olim, quoties res ex sententia in periculis hominibus minimè successerat, quasi tempestates compescendi gratia adessent, nauis sese ostendere, vii Nymphæ ac Tritones, eisi frequentius sub quadam luce Castorem ac Pollucem antiqui dixerunt, hanc & angelorum ministerio conspici non negauerim, præsertim nauigantibus bonis ac fidelibus. qua quidem in re Philosophos huius lucis causam à natura aut casu petentes errare, *alibi diximus.* Terrestres verò, qui solùm variis malis terram diuexant, horrendis terræ motibus sepè imminentium malorum signis adeò conuassantes, vt & flumina relicta alueis cursum aliò dirigere visa sint, montes quoque non riuus concussi apparere. At his nonnulli, cæteris nocentiores, subterranei sunt, in specubus latitantes, vti olim in antro Trophonio responsa dabant, ac in puteis absconditi, lucifugum genus: assidue ad tartara tendentes, vnde Stygiam aquam haustam ad nos perferunt, quâ vsque adeò elementa ipsa inficere ac corrumpere solent, vt quasi ex Babilonica arce horrendam hæc nostri temporis lucem excident, suâ virulentia ac contagio longè lateque omnia vastantem, ignotam Græcis, Latinis, ac Arabibus, quos nequam ac diros, fatalisque Spiritus, a lastores, ac Palameos antiqui dixerunt, hosque duntaxat, aquam & aërem corrupendo, corporibus, vt dictum est, frigidis passionibus officere, ac incommodare, sicut cæteros animis infidias parare, plerique ex Platonice asserunt, horum quædam sub vetule forma ostendit Ephesi Apollonius Thyanus, in quem grandi lapidum aceruo immisso, cessauit epidemia

epidemia omnis horum spirituum, in nos potestas à nostris commissis delictis profecta, iusto Dei iudicio. nec gentes aliquam ignorantia causam allegare possunt, lumine illo æterno cœlitus damillo, in ipso medio orbis terræ satis diu iam fulgent. hos tenebrarum Spiritus, si voluissent, nullo negotio cognouissent: vel ex hac re sola, quòd eisi horum plerique sese cœlestes esse mirum in modum iactitauerunt: numquam tamen aliquid signi in cœlo producere, aut ostendere potuerunt, sicut apud Hebræos Iosuah, veri Dei cultor, cuius iussu Sol ipse, immobilis constitit, & Ezechias, in cuius gratiam contra naturæ cursum aliquot gradibus retrocessit: id quod & Iudei, dum signa, veritatem eminus subsolaciando, à Iesu, Salvatore nostro quaesuerunt: quod tamen, ne hac etiam in parte eis deesse videretur, sed potius ad se conuerteret, in ipsa cruce pendens in mortis articulo ostendit, quòd horum scribæ, hoc miraculo admoniti, certum de eo, vt ab increata veritate factum, arrhabonem nossent, haberentque Solis scilicet vniuersali Eclipsi per totum mundum, in ipso tamen plenilunio tam admiranda, ac præter omnem naturæ ordinem, vt vel ex hac verum Deum de Deo vero deque lumine lumen, modò ipsi tenebras non plus amassent, satis perspicue oculis cernere potuissent. cum Dionysius Aræopagita, summus Philosophus vel Heliopolis id conspicatus, dixisse feratur: aut Deus naturæ patitur, aut tota mundi machina dissoluetur.

Signa in cælo quorum gratia apparere.

Solis Eclipsis vniuersalis in plenilunio.

Dæmonum potestas licet ampla sit, malis, quibus suis instigandis eisi gaudeant, non ijs tamen ea omnia tanquam authoribus sunt referenda: Mala autem hæc quibus ob peccatum obnoxij sumus quatuor sunt: ex natura videlicet, ministerio, noxa ac maleficio profecta: illa verò peccatorum genera qua sunt, eorum effecta & causa latissime demonstratur.

CAP. X.

Porrò quantumuis dæmonis potestas sit satis ampla, nõ tamen omnia, quæ eueniunt mala, ipsis authoribus referenda

referenda sunt. Nam, cum quatuor sunt pœnarum genera, quibus cuncti ob peccatum obnoxij sumus, natura, nempe ministerij, noxæ, ac maleficij: Ex natura tum mala prouenire dicimus, cum hæc à motu cœli certoque syderum influxu promanant. A ministerio, quoties Deus per Angelos iustitiam suam exequitur, sicut angelus pertransiens Ægyptiorum primogenita peremit: atque etiam cum ex Sennacheribi Assyriorum regis exercitu centum & quinquaginta hominum millia trucidauit, ac Balthasarem Babilonis regem domi, vasis aburentem, occidit: Noxa verò tunc, cum, Deus pœnas exigens, aliquam plectendi tamen ipsis nequam Spiritibus facit potestatem: qua nullo nimiram modo nisi diuino iussu vti possunt, nihilominus, cum noxæ adscribuntur, non tam Dei mædaram exequuntur, quam suum explent desiderium, sponte sua malicia adducti. quapropter haud vniquam ab his aliquid effectum, siue sub boni, siue mali pretextu, vel, quod naturæ referat, aut accidentis tantum redoleat formam, quod tandem malis cedendo in pœnam, bonis verò æternum cedat in bonum, eis malo non adscribatur. Hinc tot tantaque portenta, prodigia, ac mira, cuncta noxæ effecta, his olim fieri gentibus, vt & impresentiarum cunctis infidelibus, quibus magis eorum stabilirentur superstitiones, diuinæ iustitiæ nutu, permiffa sunt. quo factum, dæmonibus procurantibus, vt Anthei cineres eruti, imbres cicerent, ac Mineruæ penes ædes, sacra non putrescerent, & Pethilia in Philoctetis sepulchro cinis vehementibus ventis expositus non dissiparetur, atque Paphi à Veneris templo, cum vbiq; circumcirca plueret, pluuia tamen arceretur, ac vt apud Peneleos idolum visum cunctis terrorem incuteret: qua etiam de causa & Troiæ quondam Palladium, vt nunc aurea poma Mauritanie fatalia exitere, & quo protinus die, Miagro apud Eleos litaretur, muscæ omnes interirent, atque vt apud Ægyptios Ibes, confestim serpentes voratura, vocatæ aduolarent, ac nauim filo tantum Vestales ab undis educerent. In qua porro pœna insignenda interdum maiora, quam pro eorum natura par erat, quod solummodò Dei ministri essent, miro diuinæ iustitiæ ordine ab his committi consuevit Spiritibus, vt

1.
Natura ma-
lum.

2.
Ministerij
malum.

3.
Noxa malum.

Noxa effecta.

Ibes Ægyptio-
rum.

aperte

aperè manifestatur Augustini auctoritate ex Lothi vxore, Lothi vxor in
in talis statuam per eos transformata, ac ex temporaria statuam trās-
animas puniendi potestate: vt vniq; enim eis, vt à formata.
propria ipsorum natura fieri haud est integrum; verum-
tamen, tum vnicapari à maleficio effectus contingunt,
cum à maleficio, omnium hominum profligatissimis,
patrantur, quod vt succedat, variis efficiunt potionibus,
herbis, lapillis, animalium sanguine, mortuorum ossibus,
serpentum exuujs, humanis vnguibus, suspenforum lu-
guis, oculis eorum, funibus, ac capillis, quibusdam ver-
bis sacris, quæ tamen singula, in extremum Dei con-
temptum, vt sacrificia, vel ipsorum nutu (ne dicam ver-
bo) eis in omnium hominumque summam perniciem,
inuenta offeruntur.

De imaginibus Magicis, vt patet Maleficorum effectis, qua in
duplici differentia reperiuntur, Astrologica enim sunt & Ne-
cromantica: Quarum sint, vnde pendeant, ad quid &
quomodo conscribantur & gestentur: An eas conscien-
tes & gestantes omnes crimine careant: An Damo-
num arte & ad quid ab illis inuenta imagines illæ, chara-
cteres, sigillaque & alia eiusmodi luculentis id exemplis
confirmatur.

C A P. XI.

Q Vi quidem effectus cum frequentius quibusdam
stant imaginibus, quò veritas & de his pateat, per-
tractandum est. Sunt itaque omnes hæc imagines, qui-
bus hoc superstitiosum genus hominum vitur, duplicis
differentiæ reperiuntur: quæ enim ex astrorum conscribuntur
aspectu, astrologicæ appellantur; at quæ sine siderum
aliqua obseruatione, necromanticæ: illas à cœlo pende-
re, nec ad rem aliquid conferre, nisi sculpanur in ma-
teria pretiosa, vt auro, argento, ac gemmis, atque etiam
alijs congruentibus metallis, corporumque diu adhaereant,
comperitum est; has verò, neglecta stellarum obseruatione,
culti haud quicquam interesse aiunt, in nobiliori vel vi-
lori subiecto incidantur, atque etiam sine corporeo con-
tactu, effectum conscribi. Vtrasque demonum fraude, &

Imagines ne-
cromantica
quomodo in-
uenda.

Imagines effi-
cientes & his
vires an
crimine ca-
resunt.

confici, & gestari constat, diuerso tamen pacto; illa tacto, has vero aperto, harum rerum peritioribus veritati innixis, validis respondendo argumentis nonnullis, horum opinionibus repugnantibus id afferentibus, neutrum etiam & qui eas conficit, nisi que confectis vitur, crimine carere dicunt. quandoquidem, de Astrologicis nunc loquendo, in quibus aliqua videretur difficultas, ceteræ vel ipso nomine exosa sunt, eum (inquam) vel ad Solem Meridianum cæcutire necesse est, qui his nil virtutis cum nec à se, ceu, nec quibus nos signamus numeris, nec à cælo, cum figuræ cœlestis influxus sint incapaces, quod inter primas qualitates nequaquam numerentur, esse aperte non videtur: alioquin, secus si foret, ensis, qui ex se hominem perfoderet siderum aspectu cudi posset, & sic, quas narrare pueris, fabulæ essent historiæ, nec Græcia vltius mendacij author fuisset. Undenam ergo hæc virtus, si his accidentibus hic non conuenit effectus, nec à se (vt dictum est) nec à cælo restat igitur, vt horum nequam Spirituum technis istæ imagines characteresque: reperi sint. hominibus persuadendo, vim ac virtutem aliquam à cœlestibus in has defluxam ac deriuatam imaginibus, quas, dum interdum Indos ex altissimis montibus in nono cælo conspexisse, nonnulli fabulantes fingunt, grauius errant, ac delinquant. Nec his obstat, quod de Moysæ in medium afferunt, qui, quod artis Ægyptiorum esset peritissimum duobus ex auro sculptis annulis, recordationis scilicet, & obliuionis hanc suæ coniugi virtutem tradidit, vt cum eum, absentem, vel memoriæ tenere, vel etiam obliuioni dare vellet alterum gerendo, efficeret: sic nec, quod Iosephus refert, de Eliazari annulo, quo quondam demoniacum curauit: nulle enim veteri in testamento his animalium prohibitorum, quibus diabolus tuas subesset imagines in vsu erant: nec etiam refert, quod Antiochus, sub quadam imaginæ sibi ostensa, de hostibus victoriâ potius est: non enim, ob eam, quam ex se (vt gentes credebant,) virtutem continebat, at vt altioris erat erga se, quia Regem, virtutis indicium, nec etiam quod cum multis figuris à cælo astrisque retore, ortos, secretiores ferunt sapientes, eorum, quæ postea operantur, vt iam hæc multis ex hinc annis videre licuit quodam in lapide, serpentem affabre cœli

cœli motu sculptum, apud Germanos in Suecia magna angulum inuolutum multitudinis: ac Solomon quoque in Saxo excisum sigillum in agro Veronensi, quo forsitan euenit modo cuidam, quem noui, homini probo, & in magna constituto dignitate, qui natus cum angue in humero, omnes à serpentibus demorsos, vel saluâ tantum, sanitati restituit. Quandoquidem pleræque omnes, quot earum sunt, eiusmodi imagines, vt figuræ, nil virtutis, (vt paulo ante etiam dictum est) habere queunt, vel sint à cælo efficitæ, vel furim demonum fraude impressæ, vt dicitur, de Seleuci anchora, quam eius mater, cubans cum Apolline accepisse in annulo gentilium ferunt historiæ, vel etiam sub cœlesti sint influxu, ab Astrologis constata, vt quæ narrantur de nouem Muis, in quibusdam lapillis, quibus gestandis Pyrrhum admirabilem memoriæ nactum aiunt: ac quæ sub septem Planetarum sculptæ annulis, Apollonio Thyaneo ab Iarcha Brachmanum Principe exhibitæ, quibus singulis pro dierum numero gerendis, tamdiu totum terrarum orbem peragrando, vt iuuenis aliquis, semper fortis ac robustus vixit: ac quæ inuenta est, in Nilo, Thaulomane, apud Mausæthas, Pontifice, qua Crocodili, cicures redditi, morsu non nocebant: ac quibus serpentes fugati Byzantio leguntur: quibus etiam imaginibus olim Ægyptus, cui Græci cunctas scientias acceptas referunt, eius vteretur in necessitatibus, non quod Ægyptij, cum multo tamen peritiores essent, has vsurpant figuras, quod ab his vltimam virtutem, sibi acquirere crederent: verum, vt harum aspectu, quid earum materia, cui maior à cælo propter frequentiora eius sub propria stella infusionem imprimitur, quàm herbis ac lapillis, contineret, recordarentur, his, quæ gestarent, animo magis excitati, facilius cœlestes influxus, quasi somnium dormitanti, obiacentis, videnti in ripa, imaginem susceperent: cetera omnia demonum fraudes dolique sunt, quibus præter hæc aliqua affingendo, aut credendo, ingens committitur crimen, horribilius in motibus portentum, quàm in natura monstrum.

Quidam natus cum serpente in humero.

Seleuci anchora.

Annuli septem planetarum Iarcha &c.

Ægyptij imaginibus & si in necessitatibus.

Eleazar in Nilo curatus
Energumens.

Imagines illas mirum in modum delusorias & fallaces esse, quarum Diabolus introductor: qui, ut fallacias suas pratexat, illas sibi pignoris instar vindicat, & maiorem facit fidem si Characteres sanguine maleficorum scribantur, si cum certis ceremoniis quid illis sacrosandum, ut de Chrismate, Sacramentis & Cruce, cum abnegatione tamen addatur: non omisis imaginum effectus varijs.

CAP. XII.

Qua de re & Theologi has, utpote occultas demonum fraudes, detestantur maximopere ac execrantur: nec profecto temere, cum, si virtutis aliquid his imaginibus a caelo influeret, non temporum longitudine harum virtutem, cum ipsae remaneant, nec viuunt, (ut nonnulli imaginantur) certo aliquo tantum tempore exolescere, experti forent, neque multa, naturam rerum excedentia, facta fuissent: sicut pater de Gygis, ac Paracelsi annulis, quibus alter inuisibilis pro arbitrio reddebatur, alter verò anulum digitis gestans hostibus magno terrori ac formidini fiebat, atque etiam de Theraphim, quibus inspiciendis Laban multa colligebat futura, nemòque eius potestatem, (ut Hebraei aiunt) euadere poterit. ac quibus Michas idolorum sacerdos utebatur, quibusque Hebraeos crebrius in idololatriam cecidisse eorum affirmant Rabini. cum multa ex his, eorum augerent diuitias. Ceterum eae, quibus sydus non inspicitur, industria ac arte quadam, quò malefici malè agendo strenuè pergant, à diabolo introductae sunt, (vt meminimus) nullis non execrandae, eò quòd suis quibuslibet demonibus sua etiam signa, instrumenta, characteresque adscripti sunt, quos sibi magnorum principum instar de industria vendicauerunt, grauiorum longè malorum causa sunt. cum aperta, quasi horum pignora sunt, crebrius à maleficis, vel proprio sanguine exarati: aliae ad lasciviam, discordiam, timorem, ac dementationem; aliae ad ægritudines occultaque homicidia fiunt. Rursus aliquae contra venena, morbos, fulgura, procellas, latrones, hostes, feras, odia, serpentumque morsus, vsurpatae. ipsae itaque

itaque varia morborum inferunt genera, ergastula frangunt, elementa ligant, & nulla non mala, perpetrant: vt ex parte videre licet, vel ex Nectanebi quibusdam summi Nectanebi i-
lactis, ex quibus quot cetere imagunculae aqua propriis imagines cerea
manibus submergebantur, tot hostium nauigia in mare submersa ad
perirent: deque Barhi Tartarorum Principis vexillo, cui quid.
character, X. Graecorum literè haud absimilis pictus erat, Barhi vexillu
terrà percussà ex templo, tali tantaque caligine Polono-
rum acies, quae penè Tartaros profligarant, obducta est, re X. profligat
vt eius causa victi & in fugam versi sunt. Atque de Duffi Polonos.
Scotorum regis ægitudine, qui dum eius imago à male-
fico igni adiuuereur, in sudorem soluebatur, carmini-
busque quibusdam mussitatis perpetuè detinebatur vi-
gilia, sicut etiam cera liquecente ad extremam reduce-
batur maciem. Quibus etiam horribilibus ac nefandis
imaginibus ac characteribus saepenumero adiungunt li-
sceleratissimi homines, in maiorem Dei contemptum
demonum instinctu, vel Chrismatis oleum, & alia id
genus pleraque Sacramenta, interque has terras diaboli
imagines, ac diras larvas, sanctissimam Crucem, antea S. Crucis ab-
tamen suo ore abnegatam, ac ter quaterque (horresco negario & cõ-
dicens) pedibus conculcatam interponunt, cum quibus culcatio.
dam grauis ligulis, vestiumque laciniis, ac eorum, in quos
veneficia eiusmodi struunt: quibus demones, quicquid
ex eis remanât, sic operantur, vt virtutis contactu mul-
ta pro eorum, qui hæc parant, desiderio efficiant.

*Malefici quadam excrementa vt ungues, capillos, ossaque sus-
pensorum serpentumque exuiuis nominibus Daemonum vs-
quid immisceant: quomodo inuoluunt: cur in tritibus sepe-
liant, & in ianuarum liminibus abscondant, Lamiarum
etiam superstitione non omittuntur imprecationes, Pharma-
corumque maleficia quibus mille incommoda hominibus
aduehunt: Vbi notanda Daemonum fallacia in promissis
praestandis.*

CAP. XII.

Praeterea occultis cum demonum nominibus mortuo-
rum ungues, capillos, ac ossa, addunt, praesertim eorum

*Anuli Gygis
& Paracelsi
inuisibilem &
victorem red-
diderunt.*

*Diabolus i-
maginum in-
trodctor.
Characteres
& signa qui-
busuis Damo-
nibus sua a-
scribuntur.*

qui, ut dæmonum propria mancipia, desperatione quorundam laqueo sibi mortem conseruere, quibus diabolus, non ob materiam tantopere delectatur, sed quod quæ Deus ei penam adscripsit, sibi honoris ergo, ab homine exhiberi videt. quamobrem & serpentum exuias addi vult, quæ tandem omnia membræ inuolua in truius sepeliunt & abscondunt: aut quod frequenter ibi, diuersi dæmones ex diuersis sibi obuiam fiunt locis, vbi & Sarnas olim Mercurij nomine colebatur, aut furtim sub ianuarum liminibus occultant, eorum scilicet, quibus hæc venæ præparantur quod facilius, quos volunt, transeuntes inficiunt: cum quod limina quondam sacra veteribus habebantur, propterea quod in iis Dagon, Syrorum Idolum ob Domini arcam cecidit. Mira profecto res Dæmonem clam eò loci diuinos honores sibi vendicare, vbi olim aut palam colebatur, aut certe ignominiam aliquam affectus fuerat. Quibus diis supradictis, & interdum in ollam iniectis nefanda mala iis, perpetrasse reperiuntur, ut & oppida, sicut paucis ab hinc annis Schilistadium apud Germanos, combusserint: nonnulla autem ex his mala propria pharmacorum virtute fiunt, quædam verò eis addunt, non quod sine his maleficorum vota non fortiantur effectum, cum hoc ipsi dæmones præstare possint: vel scilicet particularem impediendo influxum. Verùm id agunt, ut malefici vel suis manibus hæc consueciendo criminis loci magis fiant, Deumque contumeliâ simul cum ipsis afficiant atrociori, quod dehinc pœnas quoque grauioribus sibi attrahant accelerentque. Eius itaque generis malorum longè maximorum, ut diuionum, incendiolorum, auctores sunt Dæmones per maleficos, sua instrumenta operantes, sic ex aqua interdum, ingentem excitant imbrem; at non à contrariis, ut ab Helia factum legimus, qui ex aqua ipsa ignem suscitauit maximam: neque id mirum, cum Dæmoni necesse sit prius naturam, dies ac tempora obseruare, uti nuper à quodam mago animaduersum est, qui sub Martis horam (schedulâ, rante cuiusdam ori inditâ, ac in lacum vnde erepra fuerat immittâ, horrenda procurauit tonitrua, atque eiusmodi interdum mala hisce damnatorum figuris, vel etiâ absque vilo contactu corporeo operari, ut dictum est, in quos

Liminum susperlitio.

Dagon Syrorum Idolum.

Imprecationes obla iniecta.

Malefici à Dæmonibus docti.

quos structa sunt: cum tamè per Astrologicas id nequaquam efficiant, nec sine fraude solita: ne scilicet detecta fraude Astrologi in posterum astra colere desisterent: quod & forsitan magis in causa est, ut dæmon, in leonis forma apparendo, coram gallo evanescat, quàm quod sit, (ut Platonici volunt) plus solaris, cum propterea, & astris, numen quoddam adscribant & his necessitatem addant: quibus omnibus, hæc scelera committentibus, crebro dæmon multa, quæ in hoc vitæ curriculo, pollicetur, præstare posse nihil obstitit, nulla in altera potestate ei restât, quandoquidem his cunctis, quas ipse promittunt, rebus abuti possumus, ipsis nobis persuadere hoc satagentibus: hinc, quod ob crimina damnamur, nostra voluntate accidit, diabolo nonnulla potestate iure diuino in nos facta, quod nos exerceat, uti milites Christianos, ne ignavia quadam salutis æternæ iacturam faciamus. Inde huius vniuersitatis auctor & dominus auro & argento Mammona præesse inuit, cuius vsum verum amplectentes, honore & præmio: abusum verò sectantes, pœna & ignominia perpetuam afficiendi sunt, ut qui summo & æterno bono hæc creata & caduca prætulere, neque id iniuriâ, cum, si æternum viverent hæc, utique à peccando, & abusu rerum creaturarum hæud desisterent.

Aurum Diaboli instrumentum.

Qua ratione consistat Maleficos ea qua per se nequeunt Dæmones, mala hominibus accersere: Qua item alia bonis, ut & malis, & an pro arbitrio pœnas infligant: Qua denique humores nostros corrumpant, morbosque nobis Dæmoniacos an naturales concitent: & an ad id longo uti nos indigeant tempore.

C A P. XIV.

NEque cuiquam mirum videri debet, quod malefici tot tantaque mala, etiam quæ dæmones per se nequeunt, procurent, hominibusque accersant, cum qui in via reperiuntur, (ut Theologi dicunt) amplius quàm qui in termino existant, delinquere, ne arbitrij libertate

pruenter, optimo iure permittantur. Præterea quod demones & malos pœna nautarint, vt Mariam, sororem Moysis, aduersus eam susurrantem; & bonos, multis supplicis, vt Iob & Tobiam, affixerint, haud alienum censendum: cum interdum & in sanctis propter originis peccatum, quod ad pœnas has corporeas plectendis, iustitiam suam immutabilem ostendere consuevit, vtendo horum spirituum in ijs opera: quam proninciam idè eis demandat, vt bonis futuro bono ac præmio ampliori, ipsi verò diis ministris acerbiori malo ac cruciatu cedat. quod demones etiam subolsaciendo, non ita frequenter tantoque furiarum ardoris impetu ipsos Sanctos ac prauos aggrediuntur, quos tædio vt vincant crebè pertentant. mirum enim in modum, & supra quàm credi potest, beatorum merita timent, hæcque tantopere exhorrescunt, vt maximâ efficiantur tristitiâ, cum eorum nonnulla Ecclesiæ thesauris recondi non ignorent. Nec tamen quassibet corporeas pœnas sanctis, probisque hominibus, ita vt prauis ac malis, inferre in eorum est arbitrio: quando quibus, ab horum potestate eos eripi, aiunt, ne sibi præstringi sensus, nec exterius, nec interius, aliquo queant pacto: quod idè sit ne eis, ob hæc illusiones, merendi via intercludatur: eoque magis, quod maiora hæc in aliis, quàm in seipsis, pro Christi amore ferendo, præmia mereant, vt per Diuum patuit Macharium verissime, cui quadam oblata puella, quam in mulam vulgus conuersam esse existimabat, haud alia ac morata, quàm re ipsa erat, effigie apparuit. Verùm, vt quid intersit inter huc vel illum morbum, qui ex alicuius vel excessu, vel defectu humoris peccantis qualitate proueniant, ac quando à Dæmonibus proficiscuntur, clariùs innotescat, quod & dolorum plerique animaduertere potuerunt, hoc est, quod qui à natura, vel potius præter nature dispositionem, ob humorum intemperiam, vel continui solut enç, in hoc nature imperfectionis statu oriuntur, si sensim vires acquirunt, donec ad statum perueniant, adèo vt incipientes, vix sensu percipiatur dolor aliquis: huius tamen contrarium, à demonibus accersitis morbis, vsu venit, vbi vel statim initio, nullis peccatis humoribus in causa existentibus, eiusmodi morbi grauissimis sym-

ptomata

ptomatibus ac doloribus sese produnt, omnia remedium genera respicientes, ex quibus vix vnquam aliquis restituitur medicorum opera confusus; vti nec Asa Rex, quantumuis eis fidem haberet, è pedum dolore conuulsus, nec Cothei peste afflictus, ob alieno Deo à proprii loci consuetudine cultum exhibitum, liberari potuerunt, quod cum vel maximè sit, cum dæmonum nocendi potestas ab Angelis non imminuitur, peccatis nostris pœnas diuturniores commerentibus, vbi mala cunctas remedium vires exuperantia, morbósque in fligunt immedicabiles. Et hoc quidem vel interioribus nostris humoribus corrompendo, vel exterius, occulto tamen & qui sensus effugiat modo, pharmaca adhibendo, quorum vires vel singulorum singulas & minimas, applicandique modum ac tempus, ad vnguem callent, ac perspicillimas habent, longè in his naturalibus cognoscendis, omnem humanum caprum & intellectum excedentes, nec in ijs etiam conquirendis, & singulis ex suis locis petendis, aliquo longo, vt nos, indigent tempore, cum vel in momento ad manum sint omnia, non tamen hoc ita accipiendum, quasi per instans quod Dei solius est operari possint mira tamen celeritate cuncta eiusmodi efficiunt, operanturque tempore solummodo continuo, à discreto, quo eorum mensuratur vt Angelorum natura, interueniens adiones oppidè, quàm diuerso.

Dæmonum
potestas ab
Angelis im-
minuta.

Operari per
instans non
potest Dæmon.

De loci præscriptione: An, cur & quomodo cum
sunt incorporati, Dæmones loco præscri-
bantur.

CAP. XV.

NEQUE & hæc res, tanta admiratione digna est, quod dæmones, cum sint incorporati loco persistant, vbi non mole, at virtutis quantitate, obuersantur; quod fit, vt loca haud secus ac voces emissæ audientium corda contingant, quibus dolorem tristitiâque afferunt, aut etiam veluti Lunæ vigor cerebrum, morbum comitalem patientis, afficit hoc etenim modo ipsi locum continent, ac

I 5

Merita San-
ctorum cuius
sunt virtutis.

B. Machario
puella sese ob-
tulit.

Morbus naturæ,
alius.

*Spiritus cur
loco non in-
sunt.*

non à loco, vt cætera corpora, quæ ob quantitatem circumferibi necesse est continentur. Nec tamen hos Spiritus loco inesse, ob eorum operationem (vt aliqui voluerunt) dicimus; cum loco, vt sint, vel ob substantiam indigeant. quamuis alicubi consistere, ex actione eorum eterna percipiunt; nec eis quod hoc motu opus habent, quicquam ex eo imperfectionis contingit. cum non, vt propriam perficiant naturam, quam perfectissimam habent, loco moueantur: sed aut vt quod ipsos later adiscant, (cum facultate noua vtrique discendi minimè careant) vel quodpiam, cui potissimum rei intenti sunt, malum procurent, remque ex sententia conficiant. Neque enim omnes, medium prætereundo, ex æquo, vt ad certum ac destinatum locum appellant, suam ipsorum virtutem applicare valent. nam vt quantitas corporea diuersam, pro eius magnitudinis diuersitate, locum occupat: ita spiritalis etiam, quæ nihil aliud est, quàm ipsa virtus ac perfectio, maius spatium, vbi nobilitate ac excellentia præstat, sua virtute continere potest. Hinc fit, vt horum spirituum superiores citius ad locum propositum, quàm inferiores, proueniant: neque ex eo, quod corporibus carent, tres vel duo, vno in loco, esse possunt, cum omnes eundem, quo accedunt, modum sibi præscriptum habeant. nec obstat quod crebrius plures dæmones vno in homine inesse reperti sint, quoniam tunc neque quem occupant locus vnus est, nec ob quod opus accedunt vnum, at varia, vt corporum fecerunt varia loca, eorūque diuersa crimina, ob quæ septem eiectos à Magdalena dæmones, in Evangelica historia legimus.

*Quantitas
spiritalis
quæ.*

*Præscriptio loci
datur Dæmoni.*

Quibus.

quibusdam magis, & an ipsissima ratione, qua Strigimaga, Dæmones officiant, tantâque genera morborum accersant, interiores sensus opprimant, ita dementent, vt homines inuersa natura ordine sese in animalia & alia eius generis transmutatos merè somnient.

CAP. XVI.

Præterea hi Spiritus non omnes per maleficos equalia mala infligunt, cum magis per hos ac per alios noceant, damnumque dent: quandoquidem his, qui diutius ac cæteris arctiori ipsorum perfidie astricti sunt iuramento, maiora quoque damna noxalque inferre datum est. Ex quo consequitur, quod eorum aliqui vel solo oculorum obtutu (ne dicam) vt reliquæ sagæ, officiant carminibus, nudis verbis, sonis, suffitibus, ac odoribus, per quæ, non tantùm varia morborum genera (vt dixi) hominibus accersunt, verùm ipsos spiritus in corpora immittant, atque sic interiores sensus dementant, vt res, alia ac diuersa, quàm reuera sunt, figura, colore, ac quantitate, ipsis videantur, & ex eiusmodi stultis iam factis sic tandem insanos, quos opprimunt, efficiunt, vt sese metamorphosi quadam, quam tamen rerum naturæ ordo non admittit, vel in lupos transformatos esse somnient: antiquum profecto veneficium, in Arcadia primum Ioui Lycæo sacrificio peracto, quodamque lacu transmutato factitatum, vbi quædam Demarathum, degustatis immolati pueri extis, in lupum conuersum, veteres scribunt. Recentiores verò in Prussia, quod à testibus quasi oculatis etiã auditum, ex quibus vnus extitit Ioannes Faber Prutenus linguarum cognitione ac scientiarum varietate maximè perspicuus, vti & in Cypro Veneri olim dicatâ insulâ astitatum aiunt: nec ferè est mensis in anno aliquis, quod non eiusmodi ad ignis rapiantur supplicium in Liuonia, ac in Moscouia, vbi multos in animalia versos, propinatis poculis quibusdam, apud classicos authores legitur, & in Congo crebro, quod in lynces transformentur, quosdam castigari perhibent. sic & olim Caietæ à Circe Vlyssis socios mutatos scribunt: idemque in aliquos miseros patratum quibus, tanquàm iumentis vti, contigisse, meminit diuus Augustinus. quod Appuleius quoque se à quibusdam veneficis, passum affirmate non erubuit.

*Demarathus
in lupum.*

*Malefici igno
damnant.*

*Multi in ani-
malia versi.*

*Vlyssis socios
mutatio.*

An materia in eiusmodi hominum transformatione Damon obediat: ea vera sit, an verò prestigiosa: Prestigiosa arte unde ad nos pervenerint, & quibus carum usus frequens fuerit, cum Venefica sic transformata corporibus nostris non minima mala & non sine dolore ingerant: his malis an in omnes, & cur non in omnibus, ex caeli etiam facie praevalent nocere.

CAPVT. XVII.

QUAE quidem omnia, nihil nisi demonum illusiones ac praestigia esse, nemo est, vel leuiter saltem in Canonum ac Theologiae studiis versatus, qui ignoret, aut de hac re ambigere queat. Quoniam quamuis materia, (ut & dictum est) nullo pacto Satanae, quod ad rerum mutationem, nec quod ad augmentum obediat, cum formae eius potestati haud subiat, at Dei tantum Optimi Maximi, cuius quidem infinita virtus, tam ad materiam, quam omnium rerum formas, sese dilatat ac extendit; tamen non est, quod haud ei pareat, & mobilis (quemadmodum diximus) quod fieri potest, ut corpore aliter, quam sunt, praestigijs videantur iudicenturque quod non subdola manuum agilitate perficiunt, qua multa multum praeualere antiqui, & adhuc excellunt Hyberni, nouique orbis incolae, unde hanc artem, denuò nobis aduectam tradunt, nec naturalium rerum quadam applicatione, etsi possint, ac interdum agant, ut olim agebant Aethiopes, apud quos haec res in usu sunt frequentissimo copiaque maxima; at multò magis propria, quam habent, phantasmata conuertendi potestate. Quo quidem modo hi perfidi spiritus, sub aurea massa, Diuo Antonio apparuerunt ac sub lactuca cuidam moniali, qua etiam praestigiatrice ac Pythonica arte, Gractam Noruegicam magam, in vaccam conuersam, Frontonem cornibus, cum ferro occidi nequiret, petemisse, septentrionales perhibent historiae: in quam etiam vaccae formam, similem in mo-

Materia non obediat Damon.

Gracta magam in vaccam conuersa.

dum, transfiguratum quandam Augustinam, Cordubensem lenam ac veneticam, non ita pridem multa mala patrassè, Gaetionalæ, in quandam Beatricem Cuenam, eius regionis praesidem, non orbis scriptores referunt. Et, quamquam haec & hi similia possint hi profligatissimi hominum demonum nomine, non tamen omnibus ea inferre queunt, cum haud paucos mortalium reperias, in quos his spiritibus nullum est imperium, eos nempe, qui in eiusmodi demonum mancipia, Deum praeculis habentes, publicam animaduerent. ut poenâ factos sanctae iustitiae diuinæ. quod si potius curiositate aliquâ adducti faciant, crebrò à demonibus sic excipiantur ac imperuntur, ut & mortem interdum inferant, quemadmodum nonnullis accidisse aiunt. Quod verò probis iudicibus, & rectè munere suo utentibus, nocere non ita possint, ea de causa fit; quod si & in hos aliquid iuris haberent, in ipsam Deum, cuius officio funguntur, (quo nihil absurdius) id & habere viderentur, qui etiam manè iustrali se aqua, cum animi deuotione, consperferint, quique ab angelis aliquid beneficii consecuti sint, & orti (ut nonnulli produnt) sub certa quadam caeli facie, sicuti qui Martem in propria domo, aut in nona haberint, nec Iupiter in eorum horoscopo fuerit, horum enim aspectum Dæmones refugere volunt, ut serpentes, ob aliqua mustitata carmina incantantium, aut, ut *reliquis dicam*, praestantissimi cuiusdam exorcistae, efficacissima prolata verba. quod equidem dicerem, cum dæmones planetarum configurationibus, ut pote incorporati, minime subsint, summa id astutia effingere, quò caeli inspectores, astris numen adscribendo, vel ex hac re maioris erroris causa sint, aut quò eorum, quod percipiunt, maleficio minime hoc irradiati fidere subdantur, aut potius, inquam, quò hi illum diuino numine sortiti sunt terrorem, quem Hebraei pahat *אֶבְרָתָא* appellant, ut fortè, qui veram Cabalam cum Astrologia coniungere scuerint, bene norunt; de quo Iacob, ad Laban inquit; *Nisi terror Israhac patris mei mihi praesidio fuisset, forsitan nudum me dimisisses.* Ceterum, ut ad institutum

Malefici non possunt in omnes hac mala inferre.

Nocere cur non omnibus possunt.

Aspectus caelestes cur auferant Dæmones.

cutum nos revochemus, hactenus itaque hac de re, atque præstigiola rerum transformatione.

De vera & existenti Daemonum transformatione, an verè proprièque modo & in omnibus animantibus perfici possit.

CAP. XVIII.

Transmutatio
Daemonum.

Reliquum nunc est, ut de existenti ac vera transmutatione, quamvis cursim, morèque solito. In qua quidem etsi dæmones multùm ad constructionem materiae possint, non tamen formas imprimere, sed occultis motibus, occulta semina sub cælo addendo, magis naturam adiuuare dicuntur, ut quæ volunt succedant, quàm quòd verè proprièque modo hanc rerum mutationem ipsimet peragant. Neque id in omnibus animantibus agere queunt; cum horum potestas dumtaxat in his, quæ ex putri nascuntur materia, ac ex imperfecta quadam missione proueniunt, sese extendit ac dilatat. Quòd fit, ut quæcumque Pharaonis magi, Mambre ac Iambre fecerunt, nullo præstigio, nullaque delusione affecta, (ut aliqui asserunt) ac vera fuerunt; neque hæc res adeo peregrina est, ut credi non possit, his spiritibus tantam cælitus fieri potestatem, cum Deus & maiora, qua est prouidentia, magicis artibus perfici sinat, quòd pericula fratrum amantes, in eis decipiantur, & nisi respiciant, profusus pereant, simplices verò, ac si leles, cautiores fiant, taliaque venena fugiant, potiùs quàm admirentur, præsertim cum magi eiusmodi prodigia, non omni tempore, ex æquo, producere queant, vbi sapius, diuina pietate, angelorum ministerio impediuntur: qua etiam de causa, nihil eiusmodi malorum, in locis sacris operari possunt.

Deus cui
multa Magi-
cis artibus
perfici sinat.

Quid

Quod mira sit velocitas Magorum in prodigiis producendis, in metallorum conuersione inscrutabilis penè Daemonum notitia Alchimistica; in horrendis natura monstris & Chimeris præstigiola verè scientia, quibus & auguriis, quòd mali quid omnis portendere videretur, votis publicis aueribusur.

CAP. XIX.

In eiusmodi autem producendis, mira velocitate vtuntur, mille artifices, materiam iam pro cæli influxu sic dispositam, non ignorantes, adeò, ut non tantùm in procreandis muscis, ranis, ac cimicibus sint promptissimi et tempore: verùm & quæ longiori tempore naturæ modo circa materiae dispositionem requirent, eadem facilitate peragant, ut in anguibus, moribus, multisque aliis animantibus, quæ producunt, videre est, tam terrestriù, quàm in aquis degentium, quorum haud paucæ fieri ad Nilum ripas, asserunt. Hoc genus à limo solis calore effingit, atque animari, ut etiam in Hebridibus insulis nonnullas aues, asperibus non dissimiles, in Oceano, ex ligno putri, produci ferunt, quod, cum Philosophorum optimi, non inficias eant, non dubitandum, quin hæc & alia maiora dæmones, possint, cum rebus vites ad Jere, eaque pro cuiusque naturæ indigentia fouere optimè collcant, tum præsertim, cum horum forma è materia quasi gremio educendæ sunt, si quidem singulorum elementorum virium, quæque harum portio, ad compositionem reliquorum, maxime faciat, cõstellationumque sunt peritissimi, ac quasi, ut dicitur, articulos suos sciunt. Proinde equidem crediderim, eos, non modo metalla, in aurum conuètere, Mercuriumque fixum reddere posse, in quo tantopere conuinis actibus defudant nostri Alchimistæ: sed & alia monstra horrenda, Chimerae similia, quæ cum nullius propriæ speciei sint, Philosophi naturæ errore produci asseruerunt, nonnunquam his auctoribus fieri, velut non ita pridem in Brasilia factum scribunt, vbi quoddam monstrum, horrendum ac terribile visum est, altitudinis palmorum septendecim, rectum corio, lacerta haud dissimile, mammas prætumidis, ac dependentibus, branciis leonum,

Nili angues.

Natura vi-
res percallet
Daemonum.

oculis

*Resuscitatum
est in Bra-
silia.*

oculis rigentibus, flammisque scintillantibus, sicut & lingua, peremptum maximo cum stridore, Sathanae dominium, à Iesuitis, per quos Deus hoc ultimo saeculo, seu alteros Apostolos, sibi gentes colligit, inde expelli ostendit ac alterum in Saxonia, ad nemus Hasbergen- se, antequam Lutheri haeresis, euulgaretur, admodum prodigiosum ac horrendum non minus, conspectum, ac colatumque manibus elapsum, Catholicae fidei praesentis mutationem. Proinde, non ab re, Philosophus, monstra non parat alenda, cum raro apparere soleant, quin ingentia mala non portendant: ideoque antiqui augures, ac Romanorum aruspices, eiusmodi visis supplicationes publicas decernebant, ut mala impendentia Imperio Romano Iupiter placatus auerteret; non ignari, et si à natura prouenerent, nihilominus tamen, altioris numinis hgnata esse, scilicet ab antiquis patribus, qui eiusmodi ira commotorum numinum in dicia credebant à summo Iano, sic *Noha*, qui religionis cultum iis praescripsit, praecipitque ob vineam, quam plantauerat, Aramea lingua nuncupari, ceptum est: quem cultum postea, daemonum cum hominibus societate (vade & Ilias maiorum reliquorum) corruptum, ac exinde diabolo, qui summo Deo, ac vero Ioui dicatus erat, consecratum affirmant.

De gentiliam prodigijs, an miracula dici possint. & quid ab iis differant: deq; spiritu Dei prophetico, quod quidam infidelium eo pradii de nostra salute vaticinati sunt: An Dæmones veram Messia certitudinem habuerint, qui nimirum Deum verum & Christum saluatorem confessi sunt, precibus etiam sanctos, ut pro eis intercederent apud Deum sollicitarunt.

C A P. XX.

*Miracula
differunt à
prodigijs.*

HÆc autem gentium portenta, non miracula, ut aliqui volunt, sed prodigia potius, ac etiam miracula dicenda

dicenda sunt, eò quod miracula totius naturæ vires exuperent, Ecclesiæque propria ac peculiaria sint, quæ daemonibus, et quæ certis circumscripæ sunt limitibus, sunt adhibita, et admirabilia, et inimitabilia (quæuis non vnquam diuino iussu potius sumpturi, insigni praesentium de facinore, maiora etiam his facere non negauerim, ut in Loth patet vxore, quam in statuam salis eorum praeter naturam conuertendi, quod in naturam, ut *Glossa inquit*, peccasset, datum sit) hinc haud Prophetiæ dono dotati sunt, cum ea rerum cognitionem complectatur, quæ ad Ecclesiæ ædificationem spectant: quæ prædicta quò minus sortiantur suum effectum, fieri nullo potest pacto. Dei enim spiritu hoc proficisci, cuius ipsi sunt prorsus incapaces, sole meridiano clarius est. Nec facit ad rem, quod quidam infideles ac prauis angelico ministerio de nostra salute vaticinati sunt, ut Sibylle Balaam, Hydaspis, ac Cayphas: hoc enim eis contigit ob publicæ iustitiæ signa, quemadmodum neque hoc ab aliquibus oppositum valet, Dæmones fidem habere, Christosque credidisse dicentes. *Iesu, cur venisti ante tempus, nos torquere?* Erò enim Christum, dum prædicaret, verum Messiam, in lege promissum, cognoscerent, minimè tamen de eius vera diuinitate simul certi esse vnquàm potuerunt. Cùm in rebus supernaturalibus, nõ secus ac nocturnæ ad radios solis, in dies, magis magisque cæcutire soleant, ob eorum obstinatum confirmatamque malitiam, quæ seu callum ex tanti temporis diurnitate obduxere, ideo coniectura quadam, nõ sua sponte, Christum propria virtute, eiusmodi signorum auctorem, Deum ferebantur. Quo circa hæc earum confessio, laudis attributio, nullo bono ipsis cedere potuit, sicut nec, quod in posterum, interdum *Iesum*, verum legitimumque eorum iudicem esse confessi sunt. immò sæpe sanctos, ut apud Deum pro eis intercederent, precibus sollicitasse scribunt, ut diuum Antonium Paulum primum heremitam visentem, diabolus ei appareret, quò Deum sibi conciliaret, rogauit, id Dæmones agentes, ut salutem tantopere expectantes simulando fallerent, veluti & Origenem seducerent, qui Christum pro eis, in aere patientem, temere effatus; aut profecto serio id & dixisse & egisse credere par est, ob merum futurarum pœnarum

*Vaticinia Si-
byllarum &c.*

*Messia certitu-
dinem nõ ha-
buerunt Dæ-
mones.*

*Confessio Dæ-
monum.*

Christum nã-
quam rogasse
Damonos.

longè atrociorum, aut etiam ironicè, vel. vt natura prin-
cipium, quod non tanto prosequuntur odio, exoratum
voluerunt, etsi Christum, quem principio reiecere, nun-
quam rogasse legantur: nec mirum, cum nunquam non
omnis boni ac gratiæ auctorem, ipsi pessimi iamque de-
plorati spernant.

De spiritibus domesticis, eorum famulitiis operibus & familiari-
cum hominibus consuetudinibus, cuius beneficio commodi quib-
usiam externisque bonis affici videmur. Quod ij nos im-
minentia pericula præmoneant, auxiliisque præstent multis
modis, & instar famulorum operas suas locare & mercede
quædam pacisci pecuniaria soliti sint. Ad quid Damonos
pecunias cumulent. De alijs denique spiritibus, quos nuncu-
pant Cobalos, quod non minùs quam familiares alij nos
bonigè excipiant.

C A P. XXI.

AD hæc, non pauci sunt ex his rebellibus spiritibus,
forsitan non adeò vt cæteri enormibus criminibus
polluti, qui frequenter se domesticos quasi exhibent, vul-
gus propterea, *familiares spiritus*, vocat, quorum aliqui,
nonnullibi locorum & gentium cum hominibus, fami-
liarem quandam consuetudinem contrahunt, ob quam
sæpe eos externis bonis, commodisque afficere videntur.
quæ enim hinc inde variis ac distitis longè locis fiunt, ac
varia imminetia pericula prædicunt, & quasi præmo-
nent, alijs insuper modis hominibus auxilia præstantes.
hostium namque pro ea, qua pollent, facultate arma ua-
hebetar ac retundor, vt ter aut pluries, lethiferos ictus in
irritum cadere faciant, vt nonnulli septentrionalium hi-
storici insignes exempla referunt. Heterum quendam no-
mine vestem ab his spiritibus dono accepisse, quæ omnes
ictus sine punctum, seu cæsim illatos, sine omni noxa ac
læsione, exceperit, Zonamque auream victoriæ quæ cis-
ctus maximè concitatum in hostes impetum fecit, ad-
mirratione omnium, nunquam deuinci potuit. si etiam sæ-
pe sædus cum hominibus inire solent, ita tamen, vt in
necessitatibus urgentibus vocati, ipsi præsto sint, auxi-
liòque

Heterus veste
donatus à
Damone.
Zona victoriæ
à Damone
data.

liòque veniant, ventos scilicet nauigantibus quibusdam
magicis nodis vendentes, quorum opera nauigia, velis
remisque agitata, sic remotantur, vt nisi transis virgi-
num excrementis illitis minimè loco moueri queant; nec
mirum, cum hoc factore se ignominia affici intelligant.
hi etiam, instar famulorum, operas suas pecunia locare
solent, in quadam Noruegiæ regione, vt passim fide di-
gnis scriptores asserunt, frequentius tamen, apud Bircare-
los, eiusdem prouinciæ populos, magis tamen Boreales:
cum enim eius loci incolæ rura sua fodere in animo ha-
bent, in quadam profecti spatio sam vallem magno cla-
more sint ne aliqui operas suas locaturi, quaerunt, è ve-
stigio plures reperiri voce quadam, quasi Echo, resonare
audiunt, quibuscum sic paciscuntur, vt relictam supra la-
pidem constitutam mercedem actutum nemine vidente
torripiant, quæ in vsus eas conferant, mirum certè, cum
nulla indigeant pecunia damones, nisi vt eam AntiChri-
sto, iniquitatis filio, eiusque membris, opportunam sugge-
rant, id quod cuidam ariolo thesauros abditos inquiren-
tiam spiritu quodam responsum est, sicuti pro certo scio,
ærem noui. In quorum, præterea regione, & alios repe-
riti spiritus dicuntur, quos *Cobalos* nuncupant, qui nun-
quam apertè malefecisse, nisi prius cachinnis, aliisque
iniurijs laecessi; iter facientibus occurrentes salutant,
prætereunt hos, quandoque & gradum sistentes, collo-
quuntur, semper tamen quoadulque recedant incogniti.

Familia o-
pera Damo-
num.

Pecuniã qua-
re Damonos
cumulent.

De spiritibus alijs enormioribus pollutis criminibus, quos non
sine vita discrimine videre datum est: illi *Vmbra* & *ma-
li Genij* dicuntur, qui morituris inferioribus de plebe per-
spira aliqua & sub specie insularum animum ante am-
bulonamque nocturnorum ignium. Principibus autem per-
maiora signa in modum fulguris, vt Augusto, ignisq; cæli-
tus demissi Iuliano apostata; & cæteris eiusmodi apparent.

C A P. XXII.

Sunt & alij, quos non sine discrimine periculò que vi-
de cætere licet, hos vulgus nostratum muliercula-
rum, *Vmbra* appellat, Latini verò scriptores, *Genios malos*,

Vmbra dicti
Damonos.

qui etiam morituris per aliqua signa appareret, vti magnis terroribus, horrendis strepitibus, ac vocibus nocturnis auium specie infaustrarum, formarum terrorem incipientium; ac noctu antambulorum ignium, vt & ego in mea patria cum alijs plurimis vidisse satis memini, inter quos extitit Rotilius Poherius, tam natalium, quam doctoratus insignibus clarissimus, vir prudentia ac iudicio eximij, vt qui non cuiuslibet instabili famæ vento, in res subit, rapitor. In eminentia verò summa constitutus principibus, etiam per maiora signa, sese dæmones ostentare solent, vti per fulgura Cæsari Augusto, à cuius sterna flamma decideus, cum primam abstulisset literam, hac voce, *asur*, relictâ, sic Deum antiqui Hetruscij nominabant eius obitum intra centum dies subsequiturum, aruspice significauerunt, idemque Iuliano apostatæ accidit, demisso cœlitus igne, dum suis sacrificaret idolis; etsi interdam ingratas ac seruis principibus, sub humana specie, vili sunt quibus vt in suos benefactores, ingratorum nota inultibus horrida locuti sunt. ex his vnus reperiuntur est Dion in Dionysium admodum ingrato animo, alter Sylla in Marium, tertius Brutus in C. Cæsarem, atque idem Iulianus in Constantinum, quinimodò, vt alter Iudas, contra Iesum nostrum Saluatorem, cuius beneficio sacro baptizate ablorus erat, omnium longè ingratus, qui edicto publico in vniuersum cauit, vt omnes Christum, verum lumen, in quo cuncti vivimus, mouemur, & sumus horribiliter tamen contemnerent, contumeliâque afficerent: atque huic quem cernimus soli, quò nobis ferret, effecto hymnos, quos ipse impius condiderat, psallerent ac canerent.

De Argentifodinis Dæmonum, eorumque in fodinis reperitorum varijs generibus, & mineralibus: Deque illorum fraude & malitia in diuexandis hominibus & in tantum varijs machinarum generibus opprimendis & vimendis.

CAP. XXIII.

Argentifodina Dæmonum.

Ceterum, restant & alij dæmones, qui sapienter in argentifodinis conspiciuntur, quemadmodum

eis ab hinc annis Annabergæ in Germania factum, vbi horum quidam crebrius opus ibi sapientibus visus, tandem eorum duodecim venenato halitu interemit, perinde vt Eneborgij, in cuius fodinis, pluribus alijs occisis, habitu cuiusdam cucullati arreptum hominem in mineræ profundum præcipitavit. Neque silentio prætereundum duxi, diuersa dæmonum genera passim in his fodinis reperiri, quorum aliqui saxa confringunt, cauâque vris, ac titulis ingerunt, rotulas & cochleas, quibus tractoria machinæ sursum eleuantur, sæpe mouent, ac ceu solares radij è moto reflectuntur speculo micantes quolibet fodinarum loco, sese ostendant. Sunt & qui rixu, cachinnisque operas solummodo inflant: quidam horum præsentia solummodo perterrent: alij autem tantum videri cupiunt, cætera omnino exterius otiosi.

Astutia Dæmonum in fodinis.

Dæmones alij fodinas incoherentes.

De insatiabili in diuitijs cumulandis hominum cupidine: cur Deus permittat Dæmones nobis auri & argenti specie tantas insidias struere: deque thesaurorum inuentione & custodia, quomodo custodes illi nuncupentur & cuiam thesauri custodiantur, cum Malefici spe tantum illorum inani nutriantur, re autem ipsa, omnibus sacramentis etiam ipsis abutentes, extrema laborent egestate.

CAPVT. XXIV.

Verum enimverò non possum satis non mirari, dæmones adèd frequentes in his fodinis versari, vbi hisce in rebus, haud quasi Ophanim (vt Hebræi aiunt) consistere possunt, cum nullum bonum est, quòd hi malicia, qua sunt, potissimum studeant, nisi quòd Deus Opt. Max. vbi dæmones plus mortales auro & argento fallere soleant, infinita prouidentia sua vult, vt vel hac in sensus incurrenti imagine frequentius in terræ abditis thesauris, quàm alibi compareant, etsi omnibus in rebus, quæ gratiam continent, tantum exceptis, siue sint colores, siue soni, seu diuersa tam odorum quàm saporum genera, siue sermones, mira eorum astutia, clam subesse consueverunt. quò nos relicto & contempto rerum abusu, vetum amplectamur usum. Quo circa, res non suspitione

Dæmones cuius auro & argento Deus permittat homines fallere.

caret, quod omnes thesauri, aut humo, aut aqua, temporum iniuria, obruti, AntiChristo à dæmonibus custodiantur, Telchines, dæmones in thesauris custodiendis occupatos nominant, quos occiforum quorundam animas incantationibus victas, vulgas esse, sibi somniant, cum animæ, *vt & dictum iam est*, nullo pacto ligari queant, nisi à solo Deo creatore. Namque si animæ ibi vinculis constrictæ potiùs, quàm dæmones essent, quidam melesici haud tot visiones, quæ non nisi dæmonum esse possunt, apud thesauros experirentur, nonnullis hæc stultitiam sectantibus, quorum numerus est nõ exiguus, dæmonum dolis sic circumuerti, quibusdam vñ virgis magicis, nonnullis diabolo oblati sacrificiis, terram tremere, montes ruinam minari, aliàsque illusiones sentiunt, quique vt plurimum spe lactati inani vitam in extrema paupertate degunt, feliciores tamen quàm si his infelicibus diuitiis potiri fuissent. cum à malis spiritibus, nihil nisi malum, proficisci possit. Quæ verò execranda scelera hoc diabolicis cupiditatibus allectum genus hominum intentara reliquit, diuitiarum potiundarum ergò, cum vel Sacramenta ipsa, occlusa in delubris, violare non dubitat: dæmonibus his, ad hanc rem opus esse, secundum quietem, vel in vigilia ipsis persuadentibus, infelicissimi omnium animæ salutem tam turpiter, ob vanam spem exigui lucelli, prostituentes, vt haud ita pridem sacerdoti cuidam Norimbergensi vsa venit, qui sollicito studio huic rei incumbens à diabolo sub canis forma in arca interceptus est. simile quiddam & nuper Neapoli auditum: nonnulli enim, inhiantes eiusmodi falsis diuitijs, vt canis ille Æsopicus vmbrae, à necromante allecti, qui dæmonem mortui cranio, vt thesaurum demonstraret, se inuitasse fabulatus est, vbi tandem ad locum destinatum ventum est omnes, cum quatuor essent numero, vitam cum morte commutare coacti sunt. egregiam verò laudem, spoliisque ampla reporrantes. Quod & alij cuidam, diuersis tamen de causis, accidit: hic enim cum serpentes pluresque in quandam foueam, eductus à quodam Marso, quò ex horum animalium pulmento, vt alter Melampus ac Apollonius Thyaneus, voces calleret, magico initiatus Carmine, perreptare adigeret, à quodam omnium

*Virga Magica
experientis
thesauris.*

*Sacramenta
violantur spe-
cie diuitiarum
potiundarum.*

*Diuitiarum
cupidinis 4.
Neapoli inter-
empti à Dia-
bolo.*

magi-

maximo, ingredi reluctantè, angue cauda implicita ad foueam raptus, occisus est. denique nullum non moueat se potest Diabolus. lapidem peruersissimi dæmones, vt aliqua noceant, libera tamen voluntas. quò horum fraudibus, non assentiri possiat, hominibus haud ablata est.

E cuiuslibet nostrum i spectione, nocendi que auidissima occasione, vt Dæmones inclinationes nostras perspectas habuerunt, pro peccatorum demerito diuinoque permisso mille morborum generibus percutiunt nos, quorum multi agritudine tali affecti & exorcizati clauos, acus, capillos & catena eius generis enomere leguntur.

C A P. XXV.

Cumque in omnes nocendi occasiones, *vt & ante dictum est*, sint intentissimi, & inclinationes cuiusque habeant perspectissimas, Deo permittente, nostrisque peccatis id efflagitantibus, nunc hos mutos, eos sudos, cæcos illos, debiles ac membris mutilatis, manecos reddunt alios, nec aliquod ex omnibus agritudinum generibus reperias, quod non confestim ni ab angelis prohibeantur, inferre possint, vt patet ex Iob, quæ in tot flagellis percusserunt. Ex quo fit, vt multi patiantur morbum Herculeum, capiti dolores, paralyti, tormina, podagra, icterum, febrium, diuersa horum genera, lepra, animique (quod maximè exitiale) futorem, & quod nunquam varias res extrinsecus corporibus inmittunt, saepe fit vt exorcizando ijs affecti, acus, capillos, clauos, aliæque similia reiciant, quæ non semper apparentia (vt aliqui voluerit) existunt, vbi sepe numero vera fuisse repertum est; vt cernere licet in Piceno apud Sanctum Brandanum, in beati Iacobi æde, in qua hæc atque maiora, è laquearibus pendentia omnium conspectui sunt exposita. Nec mira res est, etsi hæc enomere, quæ antea in puluerem, contrita, iisdem ingesta sunt, intrasque vt rursus coalescant, ob imperium, quod in materiam habent, vt dictum est, nullo negotio, efficiant.

*Agritudines
omnes à Da-
mone immis-
sa.*

*De varietate linguarum, quas ignari aliquando ac frequen-
tius Energumeni missitant, quod diuersissimis semper, nisi
cogantur, à vernacula videntes quid incertum potius blate-
rare, quàm eloqui videantur, concinnòque eloquij ornata
& miris verborum ambagibus amulari spiritum Deita-
nentur: omnia non sine exemplis.*

CAP. XXVI.

Nec minorem meretur admirationem, quòd ab ijs
occupati energumeni diuersis linguis, nunquam
antèa edocti, garrunt, etsi quid dicant ipsi miseri haud
intelligant. hinc à veritate alienum apparet, quòd non-
nulli commenti sunt daemones rarò aliena ab obsessis
lingua verba facere, ob barbarissimos ac solacissimos, quos
loquendo incurrerent; quasi verò, quas occupant linguas
non pro arbitrio mouere vocèsq; reddere queant, cum
Diuus etiam Hieronymus testetur, quendam daemonia-
cum locutum admodum eleganter, lingua Graeca, Arabi-
ca, Hebræa, ac Chaldaea, omnibus ijs à sua vernacula, di-
uersissimis, ac Hieronymus Cardanus, rerum naturalium
haud indiligens, indagator expressè affirmat, se audiuisse,
quendam Philiarium, Vmbrum, Germanica, quam nun-
quam didicerat, locutum fuisse. & Pfellus, quamquam
Græcam mulierem Armenicè respondisse, inquit: Græca
eadem & vsu fuisse aliam quendam Gallum morbo
laborantem regio Fernerius asseuerat, quàmuis me non
later, hoc, pro more visitato daemones semper fecisse, vt
aliena à vernacula obsessi lingua vterentur, quo potius
incertum aliquid blaterare, quàm eloqui, apparerent:
quemadmodum non ita pridem accidit Panormi, mihi
ipsi Latinè ac Græcè loquenti cum puella rustica, idque
de industria, quam à daemone obsessam parentes eius ad
Diuæ Christianæ templum vinctam, magno labore, nec
minore vitæ discrimine, quòd hoc malo liberaretur, addu-
xerunt quæ, etsi nonnullis de rebus interrogata, non va-
na responderet, nò tamè id fecit, sine magna vocabulorum
strubiligine, quòd equidè factū crediderim, vt hi mēdaces
spiritus astantibus interfectorum animæ esse videantur,
lap

*Lingua Gre-
ca, Arabica,
Hebræa, &
Chaldaica lo-
quitur Da-
moniacus.*

*Puella rustica
Latinè &
Græcè respon-
det.*

sepe aliàs has mentientes; aut quòd dei spiritum, quòd
vtrique student, superbia quadam in hoc amulentur, qui
ita Prophetarum linguas in futuris populo predicendis,
vt præsens ferebat conditio, & flexit, & rexit, vt videri po-
test in Amos ac Esaiæ prophetis, quorum ille simpli-
citer absque vilo ornatu, hic verò admodum concinnè
disertèque locutus est. diuinum enim illud numen seu-
sim ac paulatim naturam, quam inhabitat, perficit, non
verò ita repentè immutat vt destruere videatur, nò quòd
energumenorū linguam ad libitum, quocunq; modo
flectere nequeat (vt nonnulli sinxerunt) in hoc decepti,
qui neque daemones id posse sibi persuaserunt. Hæc autè,
cuius modo facta est mentio, puella tandem huiusce
sanctæ intercessionè, (quam vt & reliqua in cassum ta-
men hæretici allatrant) libera ac superstes reddita, viri-
bus at enervata, vt antèa dicta omnia obliuioni tradide-
rit, misera tota attonita, nec pedibus consistere potens,
vsque ad eò, cum à spiritu corripere, exagitata, vt agrè
à duobus hominibus cathenis constringeretur. deplo-
randum profecto malum, tantam his nequam spiritibus
in hominibus miseris excarnificandis potestatem reli-
ctam ob nostra peccata. Ad hoc verò meum cum ener-
gumena hac habitum colloquium, qui mecum aderant,
professione Peripaterici, ita quidem obstupuerunt, vt pa-
lam professi sint, se haud Aristotelem posthac, hos ne-
gantem spiritus, re ipsa posse defendere in eo, cum nul-
lo pacto, quæ suis perceperant auribus, humori alicui pee-
canti sicut nec cuiquam exrasi, cœque influxui, cum à
particula procederet intellectili substantia, vt horum
moris est, adscribere posse.

*Puella Panor-
mitana. 5.
Christina in-
tercessione à
Dæmone libe-
ratur.*

*Aristotelis do-
ctrinam puel-
la Panormi-
tana Dæmo-
niaca professæ
est.*

*De modo fugandorum Daemonum, exorcismorum Iesu ad eos
fugando: tormentis inter exorcizandum: incommodisq; ho-
minum in excessu: Et an potionibus, herbis & alijs eius
generis expelli possint, varia Theologorum opiniones & ra-
tiones.*

CAP. XXVII.

Omirro nunc, quòd interdum inter expellendum di-
uersa possessorum membra tumefacere, expulsi fa-

ces extinguere, ac regulas fenestrasque vitreas, ubi eorum usus est, frangere visum sicut de regulis videre est in Sicilia apud Sanctum Philippum, ubi & aliqua visa sunt arrepticia cum lyra excellenter sonasse, dum rudes ac inexpertes essent, ut Sappho ac Cotinna harum quolibet videretur. Qui Dæmones etsi maximæ sint potentia, haud tamen uno & eodem tempore unus, & idem diversos obsidere potest. quàmuis, quod & in sua Panoplia Vilelmus Lindanus asserit, ut unum scilicet propria exercitat ac defatiget essentia; alterum verò quia sua spiritus vicerant malitia, affectu, de eodem tamen vitio, dum tentant, quod vel magno distantes intervallo euenire posse nihil discrepant in hoc Theologo. Ad hæc, hic spiritus malignus videns Salomonis arte quadam reperta thymiamata, vincula aquamque adhibendo, ab Hebræis, in *leouah* nomine, ut quos obsiderent dæmones expellerentur, cogi. ipse fraudis suæ non immemor, statim, quò superstitiones magis cumularentur, id Ægyptiis vicinis, ut imitarentur, persuasit. quo factum, ut non modò taurum ostendendo, ac *Bapv* (sic enim nauiculam in qua Osiridis reliquias asseruabant, vocantes) fugere dæmones, simulauerit: verum, & nonnullis minis verborum & iuramentis, ut cælum scindere, Serapis sacra diuulgare, eiusque occultum nomen, *Osir* patefacere, quod sibi, pro scelus ac nefas, arrogauit, execrando omniumque maximo piaculo: ex quo Deus, suum, quod idem sonat *leouah* Moysi, ostenderat. Quod etiam in aliis rebus naturalibus plurimis ab ijs olim f. editatum est. ut serico, aristologia, verbena, squilla, ruta, rhamno, ac sulphure; quæ omnia Platonici in hos nequam spiritus, aut abstrusa eorum virtute, quò corpore reclusos imaginati sunt; à quorum tamen opinione quodammo dissentire videtur Raimundus Lullius, dum Dei, quem infinitum dæmones læserunt, iustitiæ contemere ait, ut quoquo queat pacto poenas ab his conticis spiritibus exigat; & propterea id diuinæ obedientia potestati aperte adscribere videtur. Cæterum non pauci secretiores sapientes haud vllis hisce virtutibus dæmones perperci aiunt, sed quadam, quæ hæc inferiora, superioribus aduersantur; analogia, aut ex opposita intelligentiarum propria virtute, cunctis

Osiridis reliquia.

Pœna & tormentum dæmonum in exorcismis & fuga cui rei tribuantur.

rerum

terum generibus (ut secretiores volunt) præfidentium, quam tantum referunt, ut non modò his in rebus, quæ sensu percipiuntur, satis magna videri ex mustela, inquinat, quæ visæ rubetæ vel stridens hianti ori moribunda sese ingerit: verum etiam & in iis, quæ sensu carent, ut ex ouillis chordis, quæ ex lupi fibris in lyra è regione, concinnè aliâ sonorè quasi obmutescunt; id quod ex his quoque maximè elucere volunt, quæ altius in brutis, quàm eorum fert natura, fieri inspicunt: cum hoc, ni foret, quonam pacto, aiunt, canis quadam herba suis torminibus medetur? Quo etiam cancer, morsus ab angue, statim calaminto adhæret? Aut quis hiruadini cæcos pullorum oculos sanare ostendit? quis coruo, ut quodam excocta oua lapillo prolifica reddat, refrigerare demonstrauit? à quibus omnibus maior Theologorum pars dissentit, qui clariùs referunt, dæmones verè his rebus expelli, non quò sensu quique in se, aliâque virtute, seu obedientia potestate, possent; sed propter ea, quæ ex his animo percipiunt, ut agerent olim ob circulum apud Ægyptios, atque ob aquam apud ferè omnes gentes. horum namque alter, perfectioni sua forma & uota, Deum significabat; & alter futurum, quo ab eorum potestate eripi debebamus, baptismum inuebat. Quamquam non negauerim, hos interdum spiritus, cum eos Diuina ita plas affligere non sinit, harum propria rerum virtute, atro expulso quo vexabant humore, sponte, ubi non sit quò perturbent, non tamen quò ipsi afficiantur, cum hoc nequeant, obsessos relinquere, ut sacra

Contrariis naturalis oppositio.

Dæmones vò Scriptura perhibet, Sauli euenisse, his occupato spiritibus; David lyra, à Dei edoctum spiritu, dulcissimè canentem; ac Tobiam Saræ coniugi, iisdem admodum afflictæ, ab Angelo instructum, ex piscis iecinoris suffitu, ut etiam ostendit Iosephus, historicorum ob veritatem omnium laudatissimus, qui dæmonem expulsam à quodam energumeno, Baaræ filo flammæ non absumi, narrat. Et Cardanus quoque qui Panaceum medicum efficaci medela Phariam quendam demoniacam sanasse testatur, id quod equidem affirmare auserim. Cū. n. frequentiùs ab Ephialti noctu

opprimi

opprimi solitus essem, quadam vsus potione, quam mihi prompto animo communicauit Ioannes Baptista Capanzanus, vir haud vnquam satis laudari ingenij, su-
 riumque doctor eximius, nunquam postea amplius illam nocturnam oppressionem expertus sum: quibus certè re-
 bus & nostri sacerdotes, frequenter exorcizádo, vt pos-
 sunt, non tamen nisi ijs, prius benedictis. addi enim pre-
 cibus non exiguam propriae virtuti energiam, ob Christi
 sanctorumque merita, certum est: alioqui hi spiritus in-
 ter exeundum magis, quod saepe faciunt, nocere possent.

*De hominis iniqui frequenti conspectu: locis quibusdam ab
 eo infestatis: mulierculis etiam occupatis & familiaritate
 Daemonum corruptis, ruinæque illarum congestum subsé-
 quuta, cum historica rerum narratione mirabili.*

C A P. XXVIII.

*Mortem por-
 tendunt Da-
 monos frequen-
 ti conspectu.*

Dæmones porrò, rarò in locis consuetis, sese homi-
 nibus obijciunt, quin perniciem ac ruinam præ se
 ferant, quod vel hinc apertè demonstratur. Friburgi a-
 pud Carelos, vbi assiduus horum spectrorum conspectus
 repentinum præsidis obitum portendit; ac Parmæ apud
 Cisalpinos quadam in Totellorum turri, vbi rarò hæc
 phantasmata conspiciuntur, quin mors alicuius eiusdem
 familiae intra paucos menses subsequatur. Paucis quoq;
 annis ab hinc, in nostra vsu venit patria, in qua is ini-
 quus homo (sic enim scriptura dæmonem, ob humanæ
 similitudinis subreptionem, appellat) specie perpulchræ
 cuidam puellæ apparuit, persuasitque vt suis parentibus
 denuntiaret, ingentem thesaurum à maioribus in do-
 mus eorum angulo reconditum, terræque sepulcrum late-
 re, quocirca læto ac alacri animo effodiendo eruerent, fa-
 cturū enim sese recepit, vt eo quàm primùm poti'entur.
 Puella hæc, pro sexus ratione, plus satis credula, lætæque
 parentibus hæc gratulabunda refert, qui rei nouitate &
 admiratione ducti obstupefcentes fidem adhibent, vt
 rei non dubiæ (natura enim sic comparatum est, vt,
 quod impensè expetimus, facilius etiam credamus)

*Paupertas a-
 uida Thesau-
 ri reperendi.*

præsertim cum essent pauperculi, rumoréque quodam de
 thesauro illo antea sparso confirmari: nulla itaque inter-
 posita mora, hilari animo summis laboribus terram vs-
 que ad ima domus fundamenta effodiunt, cumque signa
 nonnulla primùm offenderent, iam multo certius & ip-
 sam thesaurum sperant, qua de re in dies magis magis-
 que terram effodiunt, sic Thelchinum versutia maiora
 indicta ostendentium deludebantur, vt tantum non do-
 mus non corrueret, eosque ad vnum omnes opprimeret.
 vt Floron, Dæmonis nomen est, quendam aureo num-
 mo cuiusdam parietis effossi fundamenti ruina oppressis-
 se fertur. Verùm cum primùm id spectrum, quod tenta-
 ret, hac via sibi non successisse vidit, alià aggressum est:
 tantis enim ac tam crebris horrendis strepitibus ac ter-
 roribus domum illam infestare cœpit, vt miseri incolæ *habitata &*
 ea de causa emigrare, eamque deferere, coacti sint, iam *crebris terro-*
 adhuc in hunc vsque diem inhabitatoribus destituta. *ribus infesta-*
 tiam transeuntibus formidabilem miratur ruinam. Solet *ta.*
 autem, *quod dictum est de hac puella*, diabolus frequen-
 tius iuuenilem sexum adoriri, non quod inter hunc &
 illum aliqua sit cognatio, aut naturæ aut voluntatum si-
 militudo, sed vt imbecillioris iudicij promptius fallant
 ac Deum, *in veteri testamento*, forma venustos iuuenes,
 sibi sortiri, mandantem, & hoc, vt in aliis multis, æmu-
 letur, contemnátque. Aliud porrò, ab hoc non tamen
 multum dissimile, ibidem alteri cuidam mulieri paulò
 post sese obiecit, cuius maritus ea de re multum me-
 cum, ac cum nonnullis Zenebotis, deuotisque sacerdo-
 tibus, contulit, ratus id spectrum animam esse cuiusdam *Spectrum sibi*
 suæ materteræ, nuper vitæ functæ, cum huius formam *forma mater-*
 habitumque simularet, eoque impensius hoc persuasus, *tera cuiusdam*
 quòd uxorem, quo pauperibus elemosynas largiretur, *defunctæ.*
 preces assiduas funderet, missasque celebrari curaret, ab
 hoc sollicitè moneri audiret, addens spectrum, mulierem
 hæc procurando. & sibi, suæque familiae vniuersæ, rem
 maximè vtilem facturam. Fraus tamen hæc latens tan-
 dem prodita est, illud nempe familiarem consuetudinem
 eum hac muliere, amplexibus eius fruendo, contraxis-
 se, ea etiam inuita & repugnante non abstinuisse, donec
 tandem pluribus religiosorum intercessionibus apud
 Deum

Deum, missarumque beneficiis, ab hoc turpissimo congressu, liberata fuit. quam tamen magna calamitas familiarique excidium statim subsequuta est. Annis non ita multis post, vel idem, vel æqualis spurcicie impurisque spiritus, nocte intempesta, in quodam virginum Deo saceratarum monasterio, apparuit, unam tantum, etsi plures ibi commorabantur, affectans, abscondito nobis forsitan Dei iudicio, ob parentam aliquod crimen commissum, ad quod & liberi soleat esse proni. hinc maximi excitati sunt rumores, per bimestre temporis spatium, hac re perdurante. cumque tandem misera, ac cæteris magis infelix, socias maximè fidas, hanc rem amplius non celaret, ego rogatus, haud inuitus eò me contulis obsessam vel ex primo aspectu statim agnoscens, subititem enim atrocitatemque subindicabat, commiseratione itaque motus animo forti ac præsentem ellet hortabat subicitans, ut omnino hoc spectrum, quod neminem nisi volentem trahere posset præ se contemneret. ad quæ subito & de improviso, nihil tale opinanti, in præsentia trium virorum, haud ita vulgarium, sanctimonialiumque frequenti numero, è quodam cenaculi foramine, quo funis campanæ propendebat, hic impurus spiritus, caput exerendo, truci aspectu mihi apparuit, capite nempe crispo, mento raso, vultuque tam foedo, ac horrendo, ut potius terribilem Cephum, quàm hominem referret; equidem sedens surrexi quid agerem nescius, in maximos clamores, minasque extemplo erupi, astantesque ac stupentes rei huius visæ certiores reddidi, non desistens à clamoribus, donec spectrum ijs in fugam agerem. quod paulò post abiuratum, signum aliquod, testimonij veritatis ergo, ostendere iussam est, sine mora miseram illam per scalas, more còsueti descendere postulat, quam ante imaginem sanctissimam crucifixi miseram ac horrendum in modum aggressum est, defatigauitque. Nec etiam me latet, præter hoc & aliud magis horrendum contigisse: spectrum enim quoddam, in domo apparens cuiusdam, tantas turbas, tamque frequentes dedit, ut cuncti inhabitantes, metu ac terrore percussi, eamque relinquere adigerentur. huius fama attractus, comitatus nonnullis ætate me prouectioribus, locum adij; hinc vnus cæteris audacior, in exponendo

*Admiratio
Dæmonis
cuiusdam.*

*Domus quæ-
dam à Dæ-
mone infesta
est.*

exponendo se periculis, in aulae medio in hæc verba clamore prorupit magnos: si verè inquit, spiritus es, nec res, uti credo, aliqua inanis ac frivola me lapide petas velim, cernuum interea sese desinxit, ex tempore quod iubetur facit, cotèque duorum pondo humerum eius tenuit, at ictu tam leui irritoque ut nihil mali periret, etsi lapis tanto cum strepitu proiectus videbatur, ut à pavimento resiliens in vasa quædam proxima, magno fragore, nullum tamen horum læserit, aut confregerit, summa astantium admiratione, variæque de huius lapidis ictu opinione. sanioris mea sententia iudicij, saxum illud per aërem, ut paleam à vento delatum fuisse, dixerunt: rumorem vero illum auribus vehementer obstrepentem, aut in nostra tantum phantasia resonasse, aut ex aëris collisione, alio tamen modo, quàm ex saxi ictu, resilientem. nec mirum dæmones in homines, peccatis præsertim præ cæteris magis pollutos, saxa iaculari posse. cum & à sanctis non abstinuerint, uti Romæ ad sanctam Sabinam grande cylindro non absimile saxum, quo Diuum Dominicum orantem perimeret, à Dæmone proiectum, magna videntium admiratione ostenditur: hoc & perfecisset, nisi manus angelica huius sancti capiti imminens auerisset malum. Præterea, idem spiritus cuiusdam, qui ioco exorcistam ageret, legebat enim abiurandi gratiâ Aristum poetam Hetruscum, manus, ac librum sibi foedari quasi spermate quodam liquore lenit, in eius forsitan quem paratrat errorem, tum enim hircuitallire, qui denique vasser spiritus, quò recederet, euidam seni domus herò apparuit in somno, atque ut hanc diceret superstitionem insinuat, agendum frater Niche fuge, sanctus adest Benedictus, manum si pollicem abstulit reliquit. quo profecto dicto, erat enim ignarus, neque hac de re doctiores consuluit, statim euauis: at non absque domus excidio.

De

De fascinationum causis, auctoribus & effectis: Veneticis omnium pestilentissimis nodis mathematicis, praestigiosisque & lethiferis interdum coningum ligationibus: Quod Maleficorum cupiditatibus Dæmones verbis signisque ex parte respondeant: Malefici praestigii sui: Dæmones ipsos vinciant Praestigiique suis praestigiarum vinculis prastringant: Concluditur denique specie cura morborum non adeundos alienigenos Maleficos, qui ex Ecclesie decretis omnino fingendi sunt.

CAP. XXIX.

AD hæc, dæmones ipsos sæpenumerò fascinationum & causas & auctores esse in confesso est: etiam emnes Philosophi hæc vel quadam occulta fascinoantis proprietate provenire asserunt, ob adiunctum cordis motum, quo corpus immutatur occulteque inficiuntur, vel ex eorum vehementi malitiosaque in fascinoandos imaginatione, aut à quadam animum natura superstitiam ob menstruam purgationem corrupta, qua transmissos ex talium oculis tenues virososque spiritus in aërem inficere aiunt, ut pertinetella puerorum lumina introeuntes, totum corpus tabe subitanea aliòque morbo commaculent, ac interdum ipsa specula frangunt ob oculos mentis laborantium; quin aliquem voce privari, quod prior à lupo visus sit, ac ab virulenti Basilisci oculis inspectos occidi ferunt. Quos enim verò omnes naturæ tantum hunc effectum adscribentes & errare & decipi vel hinc manifestum est; quod nemo, quantumvis animi ac voluntatis malignæ, reperitur, ut suo solum modò aspectu, vel occulta vi, Camelum in foueam visu præcipitet; ac verbis machinam, qua sericum colligitur, detrepente frangat; in pelui aquam in sanguineum colorem permuret; bouemque robustissimum quod in nostra accidit vrbe occidat; arbores (ut scribit Plinius) è vestigio aridas reddat: sicuti olim fecerunt Tribelli, & nunc fit à Biarmis, qui quidem homines nonnullis iaculis, nodisque magicis ita ligare consueverunt, ut neque sic vinculis corpore liberi, nec mentis compotes sint, ac ad extremam

Malicia purgationis superpressio.

Basilisci conspectus mortifer.

Ligatio mulisariis.

Nodi Magici.

manciam his fascino vinculis redacti, vitam tabescendo miserè finiant. Neque hoc à superiori anima in inferiorem, utpote ab intellectu in sensum imprimi villo potest modo, ut aliqui falso imaginati sunt, quorum Avicenna caput, qui vel in absentem, ne dicam presentem hominem, hoc malum ex forti imaginatione malitiosaque natura inferri posse affirmat: nec (ut aliis placet) ex quadam genij proprietate proficiscitur, ut hinc Augustum Marco Antonio formidabilem fuisse ferunt: nec à certa celi influenza, neque ab illa intelligentiarum virtute; non ab aliqua animæ potestate: quoniam si intelligentiæ cunctis animabus longè superiores, sine alterius agentis adminiculo, id prævalent, quomodo animæ omnium spiritualium substantiarum naturâ infimæ id prævalebunt absque medio, suis ipsarum tantum præuis imaginationibus, occulteque, (ut volunt) proprietatibus? hand verè prævalebunt, præsertim, cum nihil in natura, vel in accidentis formas transmutari, nisi per medium, contingat: neque à syderum vi, cum hæc sensim operentur, evenire possibile est. Cateroqui, naturæ si solummodo essent effectus, nec tam rarè acciderent, neque etiam ab angelis hæc mala patrari credibile est, cum his nihil cum præuis ac peccatoribus commercij existit, ut est hoc fascinoantum genus. Reliquum igitur est, ut hæc dæmonum versutia fiant, qui frequenter malorum cupiditatibus, diuino tamen permissu, respondent, cum diabolus eiusmodi malis hominibus, ut seruis mancipiis potius ac instrumentis suis utatur, eosque huc atque illuc impellat. quod videre est, in exemplo, cuiusdam mulieris Vestphalæ, quæ imprecationibus dirisque execrationibus effecit, ne filius ipsius loco moueri posset, immobilem iustar statuar reddens, quod & alia imprecata fecisse traduntur: ad hæc & alia facinora hi peruersi spiritus, per non minus instrumenta peruersa, homines Suetulas potissimum nonnullas efficere consueverunt; non per ea tantum, quæ vim à natura herbarum, radicum succis ac lufitu, gemmarumque virtute habent, de quibus multa scripsit Zoroastres. Bactrorum rex, Hermes Ægyptius, Gemma Babylonius, Orpheus Græcus, Euax Arabs, ac noster Albertus Magnus: licet possint ac interdum vtantur, verum

Augustus Antonio formidabilis.

Cupiditatibus malorum satisfaciunt Dæmones.

*Pueris lactan-
tibus nocent
Dæmones.*

*Passorum Da-
monum signa*

*Ligatio ma-
gna ligularū.*

*Ligatio Vene-
rea potentia
venefica &
lethifera.*

etiam per quæ nihil exteriori contactu efficiunt corpo-
reo, atque hæc agendo haud quicquam per se ipsos ma-
lefici suis viribus innixi peragunt, etsi suis manibus va-
rios infligant dolores ac infirmitates, quibus lactantes
puerulos crebro afficiunt, vt in Acheruntinos factum
perhibent infantes, quibus vtique vagientibus ac lactan-
tibus vix quatuor sufficerent mulieres: hos nostrates sic
famelicis in dies tamen nascentes pueros vagiones
appellitant: vincula etiam rumpunt, pestem inferunt,
auferuntque, vt Romæ egisse ferunt quendam Græcu-
lum, Ioui bouem litantem. At dæmonibus tantum, quod
optant, verbo aut aliquo signo, quibuscunque pacti sunt, si-
gnificant. Ex cunctis autem, quæ parrantur ab ipsis vene-
ficis, hoc pestilentissimum est, etsi frequentius, nexus il-
lud genus, quo nonnullis nodis magicis, quos in ligulis,
ter, in sanctissimæ Triadis contemptum nequunt, vel in
certis fabis lioeis, quibus lemures, si nigrae erant, domo
expelli sibi persuadebant antiqui, etiam in ferro, signis,
omnium maximè detestandum veneficium, quod dæmo-
nes ex pacto tandiu eorum prout desiderio præsto sunt
ac respondent, quandiu signa, vbi veneficia his nodis
mathematicis persistunt, durantque. Atque hæc, etsi non
sine maximo hominum cruciatu, diuersa in membra, &
nonnumquam totum in corpus, lethifero affligente dolo-
re, inferantur: nihilominus frequenter eius, absque ali-
quo, quem maleficio affecerunt, dolore, vel tantillo cru-
ciatu, in naturæ membrum, quò hoc debilitato, propa-
gatio hominum maximè impediatur, quod ij potissi-
mum in votis optatisque habent, quò prædestinatorum
numerus tardius expleatur, ob quem & intelligentiæ
caelos potius moueat, quàm vt Deo (vt Philosophi in-
quiunt) assimilentur, quorum causa, cuncta alia facta ap-
parent, cum hoc creandi modo actum, qui ad summam
Dei charitatem spectat, multum interturbant ac impe-
diunt: aut quòd, cum hoc membrum nostri ortus causa
aliqua sit, qui in peccatis & nascimur & concipimur,
Deus quoque ordine iustitiæ sicut magis alijs affici
malis concedit, Vnde plures in cubili Asmodeum, luxu-
riæ principem, quàm in conuiuio Mammonam, inter-
fecisse, ferunt. Maribus porro & foeminis hæc vene-
ficia

ficia struntur, quorum illi dupliciter ligantur, ad ere-
ctionem eius impotentes redditi, abominatione coniu-
gij et si erigatur aliquando, ad rem tamen Veneream,
prolemque suscitandam ineptum est. Vtroque modo
nonnullos ligatos fuisse, non me latet: has verò diuersis
impediti præstigijs, quas tamen omnes diabolicis illis tri-
cis, cum philtis eiusmodi non semper perpetua sint, con-
stat solui aut à Deo, aut angelo propria, quæ præualet, vir-
tute, modo dæmone vincente, superiore, sin enim fuerit
inferior, nihil contra enim, vt propria vi præualeat, quo-
niam, & intelligendo, & mouendo, haud parum natura
excellencia nobilitasque præstat. atque etiam ab homi-
ne, vel hac cælitus sibi facta potestate, vel precibus im-
perrata, aut & eorundem dæmonum astutia ac fraudi-
bus, ab ipsis maleficis magico ritu ad hoc inuitatorum,
qui hoc genus nunc vincula, aliæque cetera, quæ ipsis
infliguntur mala: quo quidem pacto Iſchaticos carmine
conualecere Theophrastus memoriæ prodidit, ac etiam
nonnullis verbis luxatis membris Cato auxiliari tradi-
dit; & sanguinea sisti Homerus inquit, quædam verba
in scheda collo appensa febrem fugare Serenus Sani-
monicus ait, ac Fernelius chartula quadam vna nocte icte-
tum, à toto isterici cuiusdam corpore abstersum, narrat:
nosque quadam aquæ phiala, solaribus radijs exposita,
in agroti cuiuspiam capite submissantis carmina non-
nulla, à periculoso morbo ereptum, vidimus, vt & alios
plerosque crucis signo aliquibus verbis sæpius missa-
tis sanari conspeximus, ac etiam tela lanæque quibusdam
vulneribus vel periculosis nonnullas foeminas mederi
perhibent, nec propterea hos maleficos, quò eius-
modi tollant mala, adire permissum vnquam fuit,
quantumuis id interdum licitum esse nonnulli asse-
rant, quod vel ex hoc quod sequitur clarè patet, cum nus-
quam ab his magis seu maleficis huiusmodi quicquæ per-
tutū ac securum sit, nec, quin eo ipso magno nos pollua-
m^{us} peccati errore, fieri possit: nec sūt faciēda mala vt eue-
niat bona. Fernel^{us} tamē auctor fide dign^{us} asserit se vidisse
eiusmodi modo dæmonū ope à morbis liberatos, paulò
post in eosdem ac etiam seuitores multò recidisse. Nulla
etenim nobis cum dæmonibus intercedere debet aut i. e.

miliaritas aut consuetudo, cum in sacro baptisate, Deo nomen dantes, & obstringentes fidem nostram, diabolo eiusque instrumentis aperte renunciauerimus. manifesta enim ac animæ corporiq. perniciosissima fraus est, quic. quid dæmones agunt, quamuis prima fronte aliquid boni promittant, in ipso tamen recessu, nihil nisi extremum hominum excidium, æternumque exitium & habent & querunt. ipsa veritate, & attestante, quod diabolus non sit, nisi mendax & homicida. hæc eius nota propria. hinc & Saul, Pythonissam consulens, morte ob id mulctatus est à Deo. Quæ impia facinora, enormiæque scelera, haud cum pluribus vno actu fieri vlli succedit malefico, non quod Diabolus id minimè efficere possit. Verùm hoc accidit, aut quod nisi in vnum innitantur, aut quod Deus id plures, vt Dæmonum videatur impotentia, nequaquam sinit. Atque hæc dixisse de his spiritibus nequam, ac immundis, eorumque malitia, quàm breuissimè potuimus, satis est. Deoque Opt. Max. siquid laude dignum videtur, laus & honor in sæcula, à quo & nostrum esse, & scire dependet: cum nos nihil proprium à nobis præter peccatum.

Diabolus non nisi mendax & homicida. Saul & Pythonissam consulens morte damnatur.

FINIS.



R. P. F.

BERNARDI COMENSIS

ORDINIS PRÆ-

DICATORVM

TRACTATVS DE

STRIGIBVS.

*Cum annotationibus Francisci
Peñæ Sacre Theologiae &
I.V. Doctoris.*

CAPVT. I.

Striges vnde dicta. Quo tempore congregentur. Quid diaboli promittant, cum scilicet isti ascribuntur. Quam horrenda facinora committant.



Est quædam abominabilis virorum videlicet. & præcipue mulierum, à pluribus annis citrà, in partibus Italiae, factore omnium malorum diabolo procurante, damnabiliter insurrexit, quas *Musca* quæ alij *Muscas* appellant: nos autem in dicta Lombardia *Strigias* nuncupamus, à *Styx* *Strigia* quæ, Stygiis vocabulo Infernum seu paludem infernalem si. & vnde.

gnificante, quia tales personæ diabolicæ sunt & infernales, vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, quod est tristificare latine, eò quòd plurimos faciant tristes maleficiis suis.

Striges ubi & quando congregantur. Striges quid diabolo promittant,

Illæ personæ congregantur in certis locis per oppida & villas certis temporibus, præcipuè de nocte diem Veneris præcedente, apparente eis demone in forma humana visibili: & quando huic sectæ initiari seu adscribi volunt, primò & ante omnia coram ipso diabolo & ad iussum eius abnegant sanctam fidem & sanctum baptismum, ac etiam Dominum Deum & B. Virginem Mariam, & postea conculcant crucem aliquam ibi ab vna illarum Strigum factam in terra: quibus omnia peractis fidelitatem spondent in manibus ipsius diaboli, acceptantes eum in dominum suum, & promittunt ei in omnibus se velle semper obedire: & in signum horum omnium tangunt ei manum cum ipsarum manu sinistra post earum tergum versa, offerentes eidem diabolo aliquid in signum subiectionis: & ita abundè citra semper reputant ipsum diabolum esse, rem etiam & Dominum & Deum suum: Deinde quotiescunque vadunt ad illam cõgregationem, quam ludum bone faci: ratis appellant, semper capite indicato profundè adorant, ut verum Deum suum: quæ omnia clarissimè patent per earum confessiones. in processibus contra eas per inquisitores formatis.

Francisci Peñæ.

Annotationes in Bern. Comensis Tractatum de Strigibus.

Illæ impuræ fœminæ multis nominibus à multis appellatur: Quippe *Φαρμακίδες* *Φαρμακείτριες* dicuntur à Græcis, idque ἀπὸ τῆς *Φαρμακείας*, quo vocabulo ars earum exprimitur: à Latinis autem promiscuè & confusè vocantur *Lamie*, *Striges*, *Maga*, *venefica*, *Incantatrices*, & *Malefica*: vulgò item in Italia *Streghe* dicuntur & *Strigeni*: Hispania interdum *Bruxos* & *Bruxas*: interdum
velò

verò *Hechizeros* & *Hechizeras*: alias etiam *Xorquinos* & *Xorquinas* nominat: quarum appellationum ratio breuiter tradi non potest. Auctor in hoc tractatu *Strigis* nominat, vulgatam ferè Italiae appellationem secutus. Idem autem in principio huius tractatus minùs verè loquitur, dum de origine dictionis *Strigis*, differens ait, dictas fuisse *Striges*, vel à *Styge* Inferni palude, vel à voce Græca *Στρίγειν* quæ tristificare significat, eò quòd multos mæstos & tristes efficiant. Id enim verum est quòd *Alphonsus* & *Simancas* tradiderant, videlicet eas *Striges* esse appellatas ad similitudinem *Strigis* nocturnæ & importunæ avis: Inde siquidem dicuntur *Striges* mulieres istæ, quia noctu præcipuè versantur in maleficiis & infantium sanguinem sugunt: in quam sententiam appositè recitantur carmina quædam *Quidiana* à præritatis relata, quæ gratiâ breuitatis consultò omittuntur à nobis.

C A P. II.

Striges corporaliter deferuntur, Diabolus incubum & succubum se exhibet Strigibus.

AD quam congregationem seu ludum præfata præstiteræ personæ vadunt corporaliter & vigilantes, ac in propriis earum sensibus: & quando vadunt ad loca propinqua vadunt pedestres, mutuò s. inuicem inuitantes. Si autem habent congregari in aliquo loco distanti, tunc deferuntur à diabolo, & quomodocumque vadant ad dictum locum siue pedibus suis, siue deferantur à diabolo, verum est, quòd realiter & veraciter & non phantasticè, neque illusoriè, abnegant fidem catholicam, adorant diabolum, conculcant crucem, & plura nefandissima

Striges quomodo adiant conuenticula.

Opprobria
Strigum.

opprobria committunt contra sacratissimū corpūs Christi ac alia plura spurcissima perpetrant cum ipso diabolo eis in specie humana apparente, & se viris succubum, mulieribus autem incubum exhibēte. Ac, ut omnimodam delectationem veneream eis impendāt, ad omnem profus earum appetitum se per omnia coaptante. Quæ quidem pestifera personæ firmiter affirmant se prædicta omnia & singula corporaliter & realiter ac veraciter perpetrare, narrantes quomodo aut occultè recedunt de domibus habitationis earum, aut fingunt se exire domos operis alicuius gratia faciendi, & ita vadunt ad dictam congregationem seu ludum absque eo, quod sui de domo id sciant vel perpendant, quæ omnia & singula clarissimè patent per earum spontaneas confessiones factas & scripturas in processibus contra eas per omnes inquisitores nostros per totam Italiam formatis.

Confessio Strigum.

Franc. Peña.

Institutum huius auctoris, ut apparet ex serie disputationis, fuit docere Lamas siue Striges ad nocturnos ludos siue choreas corporaliter deferri: quæ sententia communis est omnium scribentium, eaque verissima, multis quidem rationibus, & euidētibus signis, atque experimentis comprobata.

Sed Francisc. Ponzinibius nescio quo spiritu ductus hanc communem sententiam, solus (quod ego sciam) in dubium reuocans tractatu de Lamijs, conatus est defendere eas, non ferri corporaliter.

Ponzinibius
resellit: r.

Cæterum huic Ponzinibio vsque aded egregiè respondit Bartholomæus Spinæus, ordinis Prædicatorij Theologus non vulgaris, ut ora ei obstruxisse videatur, ac docuisse ignorasse Ponzinibium, quæ scripserit.

C. AP.

C. AP. III.

Argumenta multa probant Striges corporaliter deserti. Exempla de Strigibus refert auctor à se cognita, quibus idem probatur. Potestas cuiusdam oppidi à Strigibus baculo percutitur cum notario & moritur.

Sunt autem plura & magna argumenta firmam fidem faciētia, quod istæ Striges corporaliter & realiter, & non phantasticè, nec in somniis vadant ad ipsum suum ludum seu congregationem, & quod realiter & non illusoriè prædicta omnia committant.

Vnum est, quod omnes huius pestiferae sectæ, siue 1. Argumēta-
mares siue foeminae, quasi vno ore, & vna lingua fatentur, se eundem modum per omnia & vniuniformiter obser-
uare vbique locorum, in abnegando fidem, ac baptis-
ma, & Dominum Deum, ac Beatam Virginem Ma-
riam, ac in conculcando cruce[m] & adorando ipsum dia-
bolum, & faciendo fidelitatem eidem, tangendo ei ma-
num cum manu earum sinistra post tergum versa, &
in omnibus alijs & singulis, quæ in tali ludo seu con-
gregatione fieri contingunt, ita ut omnes in idem con-
ueniant, & semper conueuerunt à principio illius se-
ctæ neque in præsens tempus, ut ex earum omnium
confessionibus vbique locorum per totam Italiam in
manibus inquisitorum nostrorum factis & scriptis in
processibus contra eas formatis liquidè constat, quod
esse non possent, & non ita in omnibus se conforma-
rent, si phantasticè & in somnijs eis ista contingerent,
præcipuè cum phantasmata & somnia secundum varie-
tatem causarum & qualitatem personarum pro loco &
tempore variarentur.

Confessio Strigum.

Aliud argumentum est, quia tales personæ pluries
pluribus in locis, cundo vel redeundo de dicto suo ludo,
per personas catholicas sunt realiter & veraciter visæ,
cognitæ, & deprehensæ: nam (ut de his quorum ego cer-
tiorē habeo notitiam loquar) cum ego superioribus
annis in valle Telina, in terra scilicet de Ponte, diocesis
nostræ Comensis, contra harum Strigum pestiferam

Delatio Strigum
realis ex
processibus.

2. Argumēta.

*Maleficus
Comensis de-
prehensus in
ludo Herodias
dis.*

genus inquirendo procederem, est mihi à fide dignis quòd cum quadam vice paulisper ante lucem quidam fuisset à duabus personis catholicis visus, & cognitus in prædicto Strigum ludo, iuxta quasdam vineas prope dictam terram de Ponte, versus Abduam, relicto dicto ludo, veniens cum illis duabus personis domum, rogabat eos ne eum apud me accusarent, neque quòd in tali ludo vidissent eum propalarent, ut in processibus quos ibidem tunc feci legitime constat, quòd quidem non phantasticè neque in somnijs, sed realiter & corporaliter fuisse euidenter apparet.

*Bern. Comen-
sis inquisitio.
Puella confes-
sio de delin-
tione & con-
gregatione
Strigum.*

Quandam insuper puellam octo vel decem annorum Antoniam nomine pater & mater eius ad me conduxerunt in dictam terram de Ponte, quæ in præsentia eorum & plerumque aliorum retulit mihi, qualiter quadam nocte vocata à quadam amica sua, nomine Magdalena, surrexit de lecto, & portata fuit cum ipsa amica sua ad certum locum, à dicta terra de Ponte satis distantem, ubi vidit & cognouit plures personas in vno prato choreizantes cum prædicta amica sua, cum qua postea iterum reportata fuit ad dictam terram de Ponte in domum habitationis suæ: quæ omnia seriosè confessa fuit mihi postea prædicta Magdalena existens in manibus officij mei, & interrogata à me, an personam aliquam ad ipsum ludum conduxisset, prout ex processu contra eam formato legitime constat.

Plures etiam aliarum personarum, & in dicta terra de Ponte, & in terra Barbeni dictæ vallis, ac etiam in terra Clauenæ prædictæ nostræ diocesis cognitæ & deprehensæ fuerunt à diuersis personis in præfato ludo cum diabolo existentes, prout hi qui viderunt mihi iuridicè retulerunt, & ipsæmet visæ, & deprehensæ confesse sunt in processibus contra eas formatis, ut in eis apparet. Quæ omnia si quis benè consideret, nequaquam videri, neque deprehendi ita clarè potuissent ab alijs, si in somnijs aut phantasticè ipsis Strigibus contigissent.

4. Argumen.

Aliud argumentum est, quòd interdum contigit quasdam personas deferri per diabolum ad aliquem locum distantem, ubi talis ludus seu congregatio Strigum fiebat, & dum essent in via rundo vel redeundo, Deo volente

lente dimissæ sunt, & inuenta extra patriam suam & extra terras suas, quòd esse minime potuissent, si prædicta eis phantasticè contigissent, aut se deferri somniasent.

4. Argumen.

Aliud admirandum valde, & nullo modo postergandum argumentum adduco, quòd in Mendrisio oppido Comensi contigit iam fere annis quinquaginta elapsis, quòd quidem vulgatissimum est Comi & in prædicto oppido Mendrisij, & adhuc supersunt plures in ipso oppido huius rei memores. Nam cum ibi quidam inquisitor nomine magister Bartolomæus de Homate, dominus Laurentius de Concoretione Potestas, & Ioannes de Fossaro notarius contra has Striges procederent, vna die ipse Potestas, quadam curiositate ductus, volens experiri an verè & corporaliter illæ Striges irent ad ludum, facta conuentione cum quadam Strige, ut eum ad videndam talem ludum conduceret, accessit quodam die Iouis in sero cum notario suo & quodam alio extra oppidum ad quendam locum, sicut ei illa Strix prædixerat, & dum ibi iam prope essent omnes hi tres viderunt plures personas congregatas coram quodam, qui erat diabolus in forma humana, ad modum cuiusdam magni domini sedente, & ecce subito omnes illæ personæ ibi congregatæ, iussu diaboli adeò illum officialem & eius socios, Deo ob eorum curiositatem permittente, baculis percusserunt, quòd ex talibus percussibus, & ille officialis, & notarius, & ille alius infra 15. dies mortui sunt. Quis ergo dicere velit hoc in phantasia aut in somnijs contigisse?

*Die Iouis
Striges congregantur.*

Aliud magnum argumentum est, quòd istæ tales Striges sæpe, postquam crimen suum confessæ sunt coram inquisitoribus, reuertuntur ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ, abiurata huiusmodi hæresi & apostasia sua, iuxta notata in cap. ad abolendam. de hæresi. in prin. in cap. officium. §. Si quis verò eo. tit. 6. & plures earum non reuertuntur amplius ad vomitum, & in bona fide catholica perseuerant, nec amplius ad talem ludum vadunt, quæ tamen longo tempore illa perfidia immoratae fuerant, quòd nequaquam esse posset, si tantummodò phantasticè & in somnijs eis ista contingerent: nam manifestissimum est quòd somnia & tales phantasiæ non sunt in potestate

*5. Argumen-
tum ex con-
uersione Stri-
gum & abis-
uratione Stri-
gatum.*

potestate hominis vt ei accidant aut cessent quando voluerint.

Cognitio
pena ignis in
Strigiatum.

Præterea plurimæ personæ huius perfidæ sectæ, transactis iam plurimis temporibus, per inquisitores hæreticæ prauitatis fuerunt traditæ brachio sæculari, exigentibus id demeritis suis, & combustæ; quod minimè factum fuisset, neque summi Pontifices hoc tolerassent, si talia tantummodò phantasticè & in somnijs contingerent, & tales personæ realiter & veraciter hæreticæ non essent, & in hæresi realiter & manifestè deprehensæ: nam Ecclesia non punit crimina nisi sint manifesta & verè deprehensa. 32. *dis. c. erubescant.* 32. *quæst. 5. Christiana.* 2. *quæstion. 5. consulisti.* 6. *quæst. 1. non omnia.* per hæc ergo omnia quæ dicta sunt, & per plura alia quæ adduci possent, liquidò constat quòd tales Striges ad præfatum ludum non in somnijs neque phantasticè (vt quidam affirmant) sed realiter & corporaliter, ac vigilando vadant.

Francis. Peña.

Verissimam ergo Bernardus, in hoc tractatu sententiã amplexus, docet Lamias corporaliter deferri, quamquam aliquando dormientes, multa earum mentibus phantasmata rerum occurrant, quas illæ potiùs vigilantes quàm dormientes propter vehementissimam impressionem cernere opinentur.


C A P. IV.

Argumenta dicentium Striges non deferri corporaliter
Cap. Episcopi. 26. qu. 5. qualiter intelligendum,
Sectæ Strigum an esset exorta tempore
dicti cap. Episcopi.

Sed ecce contra hæc, quæ iam dicta sunt, quidam insurgunt, & prædictam veritatem destruere satagentè dogma

dogmatizando affirmant, quòd huiusmodi Striges nullo modo vadant ad illum ludum corporaliter & realiter, sed quòd phantasticè, ac illusoriè, ac in somnijs eis omnia prædicta contingant, & in huius opinionis suæ fomentum adducunt *text. c. Episcopi. 26. qu. 5.* quòd quidem cap. omnibus, contra nos inquisitores occasione harum Strigum purgare cupientibus, communis est materia dimicandi, cuius quidem canonis verba, si quis omni passione semota diligenter & medullitùs ponderare voluerit, videbit ac luce clara cognoscet, quòd illud cap. non militat contra prædicta: neque obstat quin contra huiusmodi Striges, tanquam verè hæreticas, procedere valeamus: nam si quis bene considerat & bene aduertat, istud cap. *Episcopi.* non loquitur de ista secta Strigum, quæ nondum insurrexerat tempore quo celebratum fuit illud Ancyrense concilium, ex quo sumpta sunt illius cap. verba, sed neque tempore quo compilatum fuit decretum per dominum Gratianum, quia decretum fuit compilatum anno Domini 1150. vt habetur in *glos. 2. qu. 6. c. post appellationem. 6. forma verò appellationis,* prædicta autem Strigum secta pullulare cœpit rãtummodo à centum quinquaginta annis citrà, vt apparet ex processibus inquisitorum antiquis, qui sunt in archiuis inquisitionis nostræ *Origo Strigiarum Comensis*. Hæc ergo secta Strigum non est illa, quæ proficitur & credit se cum Diana dea Paganorum, vel cum Herodiade equitare super quasdam bestias, prout loquitur illud cap. *Episcopi.* *ab annis 150.*

Franc.



Franc. Peña.

NVmero 4. siue §. 4. Auctor multa commemorat ad intelligentiam *cap. Episcopi. 26. q. 5.* quod ex Concilio Ancyrensi desumptum esse opinatur, secutus Gratiani inscriptionem, sed vere in gratiam Decreto nuper Romæ edito annotatum est, id cap. neque in Concilio Ancyrano Græco, neque Latino inueniri. Nihilominus tamen non est eius auctoritas contemnenda. Et quod ad eius intelligentiam attinet latè tradunt Alphonsus à Castro, Syluester, & Spinæus multis in locis facilitatis tamen gratia hîc ascribi visum est.

CAPL.

CAPITVLVM EX
Concilio Ancyrano iuxta
exemplar Libelli cuiusdam
sexdecim librorum Partia-
lium lib. 6. cap. 7. desum-
ptum: quod etiam refertur
in decreto Gratiani 26.
quæst. 5.

*Ut Episcopi de Parochijs suis sortilegos & maleficos
expellant.*

VT Episcopi, earumque ministri, omnibus viribus elaborare studeant, ut perniciosam & à diabolo inuentam sortilegam & maleficam artem penitus ex suis parochijs suis eradicent. Et si aliquam virum aut foeminam, huiusmodi sceleris sectatorem inuenerint, turpiter dehonestatum, de parochijs suis eiciant. Aut enim Apostolus; *Hereticam hominem post secundam & tertiam* Tit. 3.
corruptionem deuiare, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi
est. Subuersi sunt, & à diabolo capti tenentur, qui derelicto
creatore suo à diabolo suffragia quarunt. Et ideo à
tali peste mandati decet sanctam Ecclesiam: Illud etiam
non est omittendum, quod quedam scelerata mulieres,
retro post Saranam conuersæ, demonum illusionibus &
phantasmatibus seductæ, credunt & profitentur se nocturnis
horis cum Diana Paganorum Dea, vel cum Herodiade &
in numerâ multitudine mulierum, equitare super quasdam bestias &
multa terrarum spacia inter pestem noctis spatio pertransire, cuiusque illusionibus velut
Domine obedire, & certis noctibus ad eius seruiturum

*Lanciarum
secta.
Diana &
Herodiadis
alios.*

euocari. Sed vinam hæc sola in sua perfidia perissent, & non multos secum in infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo, hæc falsa opinione decepta, hæc vera esse credit, & credendo à recta fide deuiat, & in errore paganorum reuoluitur, cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deum arbitratur. Quapropter sacerdotes, per Ecclesias sibi commissas, populo omni instantia prædicare debent, vt nouerint hæc omnimodè esse falsa, & non à diuino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari.

*Hæresis
magiarum.*

2. Corint. 11.

Si quidem ipse *Sathanas*, qui transfiguratur se in angelum lucis, cum mentem cuiusque mulierculæ ceperit, & hæc tibi per infidelitatem subiugauerit, illud transformatur se in diuersarum personarum species atque similitudines, & mentem, quam captiuam tenet, in somnis deludens, modò læta, modò tristia: modò cognitas, modo incognitas personas ostendens, per deuia quæque deducit. Et cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hæc non in animo, sed in corpore opinatur euenire. Quis enim non in somnis & nocturnis visionibus extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis verò tam stultus & hebes est, qui hæc omnia quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur, cum Ezechiel Propheta visiones Domini in spiritu non in corpore vidit? Et Ioannes Apostolus Apocalypsis sacramentum in spiritu, non in corpore, vidit & audiuit, sicut ipse dicit: *Statim*, inquit, *fui in spiritu*. Et Paulus non audeo dicere se raptum in corpore. Omnibus itaque annunciandum est publicè, quod qui talia & his similia credit fidem perdit. Et qui fidem rectam in Domino non habet, hic non est eius, sed illius, in quem credit, id est, diaboli: Nam de Domino nostro scriptum est: *Omnia per ipsum facta sunt*. Quisquis ergo credit posse fieri, aliquam creaturam aut in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit & per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est, & pagano deterior.

*Transforma-
tio in aliam
speciem à solo
Deo.*

CAP. V.

Intellectus dicti cap. Episcopi 26. qu. 5.

SI quis autem pertinaciter adhuc affirmare velit hæc *Straigiam* strigiacam esse illam, de qua loquitur illud *cap. Episcopi*, dico quod adhuc canon ille contra nos non obstat, neque militat contra prædicta, quia si quis bene considerat sensum canonis illius, videbit clarè quod non negat quin sit possibile tales personas pedestrè, & corporaliter ire ad prædictum suum ludum; sed neque negat, quin sit possibile easdem deferri verè, realiter, & corporaliter à diabolo de loco ad locum: nam daemones, permittente Deo, possunt virtute sua naturali mouere, & portare materiam corporalem de loco ad locum, vt innuit *Aug. in 18. lib. de ciuitate Dei cap. 18.* vnde legitur in *legenda beati Petri Apostoli* de Simone mago in aëra à daemone portato, & in *legenda beati Iacobi Apostoli*, de Hermogene ad ipsum Iacobum portato, & de multis aliis legitur de loco ad locum realiter & corporaliter à diabolo delatis.

Si ergo possibile est tales personas ire vel deferri corporaliter & realiter à diabolo, & possibili posito in esse, nullum sequitur inconueniens, secundum regulam Logicalem: nullum ergo erit inconueniens, si dicatur tales *Striges* pedestrès corporaliter ire, vel deferri realiter & corporaliter ab ipso diabolo, & ita clarè patet, quod prædictum capitulum, *Episcopi*, contra prædicta non obstat, prout aduersarij nostri probare conantur.

*Dæmones pos-
sunt natura-
liter mouere
corpus aliquod
de loco ad lo-
cum.*

Franc. Peña.

IN summa eius decreti vera intelligentia talis mihi esse videtur: ibi enim non agitur de *Lamijs* sed de quibusdam hæreticis, qui credebant, quod *Diana* fuit in deam conuersa, & quod creatura mutari, aut transformari potest ex vna

CAP.

substantia in aliam, vel de vna specie, in aliam speciem, ab alio, quàm à vero Deo: quòd bestiis vehebantur, vt Herodiadi seruirent. Quæ omnia falsa sunt, erronea, & hæretica, & à Lamiarum secta longè diuersa. neque illi patres, quorum est decretum illud, negant Lamias posse corporaliter à dæmonibus transferri per longa regionum spatia: neque illum hæreticum, aut stultum esse decernunt, qui credit ea fieri posse, quæ sæpe à dæmonibus cum Lamiis perpetrantur. rectè ergo Bernardus hic ait in *dicto c. Episcopi*. non haberi sermionem de secta Strigum, siue Lamiarum.

CAP. VI.

Multa eorum, quæ de Strigibus narrantur, illis in somnijs contingere an possint.

NOs autem non negamus quin interdum huiusmodi Strigibus siue somniando siue phantasiando, procurate diabolo, appareat, quòd ad prædictum ludum accedant, & præcipuè postquam iam ad ipsam ludum corporaliter & realiter accesserunt, & verè & realiter ac corporaliter fidem abnegarunt, & crucem conculcarunt, ac dæmonem in suum deum acceperunt, & pro suo deo adorauerunt, possibile est quòd aliquando sensibus ipsarum Strigum multo grauius, ac vehementius, quàm somno virtute dæmonis obseratis, dæmon talia somnia causando, vel phantasia immutando, faciat quòd ipsæ Striges corpore quidem dormientes, seu etiam nil sentientes, & velut mortuæ alijs appareant, & ipsis Strigibus in spiritu seu in phantasia videatur, quòd prædicto ludo inter sint, & alia faciant, quæ alijs vigilantes corporaliter & veraciter facere consueuerunt, & aliqui dæmones earum formas assumentes videantur ab alijs in ipso ludo

corpo-

corporaliter adesse, vt id alteri per phantasticam apparitionem exhibeatur vigilanti, quòd alter vidit in somnis, vt dicit Augustinus in *dicto lib. 18. de ciuitate Dei cap. 18.* per quem modum id dicimus contigisse, quòd in *legenda beati Germani* narratur de illis mulieribus dæmonibus earum formas assumentibus, quæ cernebantur in hospicio cenare, & tamen quæ sitæ in domibus proprijs verè sunt inuentæ.

CAP. VII.

Vna creatura in aliam verè non transmutatur.

Nullo autem modo dicimus, neq. aliquando opinati sumus id quòd mædacier & falsò aduersarij nostri nobis imponunt, videlicet quòd aliqua creatura, aut in melius, aut in deterius possit immutari, aut in aliam speciem vel similitudinem realiter & verè transformari, nisi ab ipso Creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia sunt facta: & propterea nullo modo dicimus, nec aliquo pacto aliquid numinis, aut diuinitatis extra vnū Deum arbitramur.

Sed neque ea, quæ in solo spiritu sunt, arbitramur etiam in corpore accidere, sed dicimus & prædicamus, quòd quemadmodum legitur de socijs Vlyssis, quos illa famosissima magica Circe in bestias arte sua vertit, vt dicit Augustinus in *lib. 18. de ciuitate Dei. cap. 17.* & habetur *26. q. 5. cap. nec mirum.* & de socijs Diomedis in aues vertit, & de quibusdam alijs, qui versà in iumenta videbantur onera portare, & de alijs similibus, quæ omnia illusorie & phantasticè, ac quadam præstigiola apparitione arte dæmonum fiebant, vt Aug. declarat egregie in *cap. 18. prædicti libri 18. de ciuitate Dei.* Ita etiam non negamus quin interdum arte dæmonis illudentis fieri possit, quòd aliqua Strix per aliquam phantasticam apparitionem videatur transmutata in selem vel in aliam bestiam, seu speciem, quæ tamen non erit veraciter transmutata, sed hoc fiet quadam apparitione præstigiola: & qui aliter credit, infidelis est, & Pagano deterior, vt dicit dictum *cap. Episcopi.*

M

Deluduntur aliquando Striges in somnijs.

Nihil potest in aliam speciem transformari nisi ab ipso Deo. Quæ in spiritu solo sunt, ea vel in corpore occurrunt.

CAP. VIII.

*Multa apparere possunt Strigibus arte Daemonum,
quæ vera non sunt.*

Imò dicimus & confitemur plura alia ipsis Strigibus illusoriè & phantasticè arte daemonum posse contingere & apparere, quæ tamen minimè sunt vera, ut puta, quòd vitulos comedant, qui postea daemonum virtute resurgant: nam si verè illi vituli fuerunt cocti & comesti, nullo modo fieri potest, vt demon aliquis, in à omnes demones simul cum tota eorum potestate eos valeat suscitare: quia resuscitare mortuum est potentia infinita, quæ soli Deo conuenit, & diabolo nullo modo potest conuenire. quare si illa comestio fuit vera & realis, necesse est dicere, quòd resuscitatio sequens fuerit phantastica & illusoria: aut quòd & comestio fuerit appatens & phantastica & etiam resuscitatio fuerit illusoria: & ita cum diabolus semel ipsas Striges sibi per infidelitatem subiugauerit, deludens eis in somnijs seu cum phantasticis apparitionibus, modo læta, modo tristia, modo cognitata, modo incognitata personas interdum ostendit, vt textus illius cap. *Episcopi*. loquitur de secta illarum mulierum, quæ cum Diana, vel cum Herodiade se equitare, eiusque insonibus obedire credebant.

Resuscitare mortuum est potentia infinita.

Cap. episcopi explicatio.

CAP. IX.

Striges vt apostatae an rectè puniantur, etiam si corporaliter non deferantur: ex quo habent rata, quæ sibi in somnijs contigerunt.

Postremò, vt aduersariorum ora ex toto concludam, posito sed non concesso, quòd (vt aduersarij ipsi affirmant) istæ Striges nullo modo vadant corporaliter ad iudicium, & quòd numquam realiter ac veraciter vigilantes abnegauerint fidem, & conculcauerint crucem, & alia fecerint, quæ in tali ludo facere dicuntur, sed quòd in somnijs tantummodo seu phantasticè & illusoriè eis

semper

semper ista contingant, tamen ex quo postea, quando sunt in vigilia & in proprijs sensibus constituta: credunt & firmiter tenent se prædicta fecisse & habent ea rata & firma, ac ea confirmant, & contentæ sunt quòd sibi talia acciderint, ac eis omnibus consentiant cum quadam animi complacentia, credentes firmiter se fidem catholicam abnegasse, & daemonem pro suo vero Deo habere, tenentes firmiter se non peccare, sed potius se benefacere talia perpetrando, & alia similia multa faciendo, vt ex earum confessionibus coram inquisitoribus factis euidenter apparet, liquidò & clariùs luce meridiana constat, quòd sunt verè & propriè apostatae, idololatæ & hæreticæ: nam sicut ille qui somniando se committere fornicationem cadit in pollutionem nocturnam, si postea in vigilia constitutus est memor talis somnij, & consensit & placet sibi de illa fornicatione somniata propter delectationem habitam in ea, licet talis non peccet ratione somnij in se, quia nullam ibi potest esse peccatum, eò quia ibi non fuit iudicium rationis, peccat tamen mortaliter ratione complacentiæ cum delectatione sequenti in vigilia cum deliberato consensu, vt dicit B. Thomas in quarto sententiarum dist. 9. art. 4. & etiam habetur 6. dist. 8. 1. in glossa circa si sibi, Si ergo in nocturna pollutione, & cap. testamentum ead. dist. & Augustinus in 18. li. de ciuitate Dei. c. 12. in fine dicit, quòd delectati etiam falso crimine, crimen verum est: ita dicendum est de istis Strigibus, quòd sint verè & propriè apostatae, idololatæ, & hæreticæ, non quidem eâ ratione, quia prædicta contingant eis in somnijs, vel phantasticè, seu illusoriè, sed propter complacentiam quam habent de prædictis cum deliberato consensu postea, quando sunt extra prædicta somnia, & extra prædictas phantasticas illusiones in vigilia & in proprijs sensibus constituta, & credunt ea esse vera, & ea habent rata, tenentes firmiter in mentibus suis se fidem & Dominum Deum abnegasse, & credunt Daemonem esse suum verum Deum, & eum vt Deum suum adorant, vt dictum est supra: & ideo textus dicti cap. *Episcopi* dicit tales personas sceleratas retrò post Satanam conuersas, & quòd daemonum illusionibus, & phantasmatis seductæ, credunt se & profitentur cū Diana nocturnis

Striges ex ratione phantasticae apparitionis apostatae & hæreticæ sunt.

Diana nocturnis ludis.

horis dea Paganorum, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multarum terrarum spacia intempellæ noctis silentio pertransire, eiusque iussionibus obedire velut dominæ: & quia credunt & profitentur prædicta esse vera, quæ in somnijs, seu phantasticis illusionibus eis contigerunt, idèò textus iterum appellat eas perfidas & infideles, dum sequitur: *Sed utinam ha sola in perfidia sua perisissent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent.* Quare sunt veraciter & propriè hæreticæ, & idèò sequitur in textu, quòd *qui hæc vera esse credunt, credendo à recta fide deciant, & errore Paganorum inuoluntur, cum aliquid diuinitatis aut numinis extra unum Deum arbitrantur:* quia quando solus spiritus ista patitur, infidelis est, qui hæc non in animò, sed in corpore euenire opinatur, vt textus subdit ibidem: & idèò in fine illius canonis bene subditur: *predicandum esse, annunciandum populis hæc omnino falsa esse, & cum qui talia credit fidem perdere,* quòd & nos inquisitores dicimus, & constanter prædicare & annunciare populis non cessamus.

C A P. X.

Ex dicto cap. Episcopi an probetur Striges non deferri corporaliter.

ECce ergo quàm bene ex verbis huius cap. *Episcopi* concluditur, & clarè probatur id quòd superius dixi, videlicet, quòd dato, quòd in somnijs, seu phantasticis illusionibus arte dæmonum procuratis videatur ipsis Strigibus quadam præstigiola apparitione se ad ludum dictum accessisse, Dominum Deum & fidem catholicam abnegasse, Dæmonem vt Deum adorasse, & alia superius enumerata perperrasse, ex quo tamen transactis illis somnijs & phantasticis illusionibus retinent ea in mente, ac firmiter credunt ea esse vera; & constanter in tali credulitate perseverant, sequitur quòd sint veraciter & propriè apostatæ quia verè secundùm suam opinionem recesserunt à catholica fide & etiam sequitur quòd veraciter sint idololatæ, firmiter tenentes se adorare dæmonem vt Deum, & creaturam pro creatore se colere, ac de facto adorant & colunt: & credentes aliquid diuinitatis

Striges perfide & infideles.

Striges verè apostatæ & idololatæ quo modo sint.

nitatis seu numinis extra unum Deum esse, inuoluntur errore Paganorum idola adorantium: ac etiam sequitur quòd deciant à fide, & fidem perdunt, & idèò veraciter sunt hæreticæ, eredendo quòd ea quæ fiunt in somnijs & phantasticis illusionibus arte Dæmonum procuratis, sint vera, & quòd quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidant, & insuper credendo se posse dæmonum virtute transmutari in feles vel alias species: Quæ omnia cum sint contra determinationem Ecclesiæ, proculdubio sunt hæretica, & idèò textus hic appellat tales personas infideles & Paganis deteriores; infidelitas autem in homine baptizato est hæresis, & ita clarissimè patet quomodo dictam cap. *Episcopi*: nullo modo contra prædicta militat, neque contra nos obstat.

Epilogando itaque omnia prædicta, dico quòd illud cap. *Episcopi*. non militat contra ea quæ dicta sunt, neque obstat quin prædictæ Striges vadant corporaliter ad illum ludum, & quin realiter & veraciter fidem abnegent & diabolum adorent, & ex consequenti non obstat quin veraciter sint hæreticæ, tum quia illud c. non loquitur de ista secta Strigum, de quibus nos loquimur, & hoc est quia tempore quo celebratum fuit illud concilium Ancyrense, ex quo sunt sumpta verba illius cap. sed neque tempore quo fuit compilatum decretum, nondum insurrexerat ista Strigum secta: tum quia si quis bene consideret sensum illius cap. non negabit quin sit possibile tales Striges ire corporaliter & pedibus suis in proprijs sensibus & vigilantes ad ipsum ludum, sed neque negabit quin sit possibile eandem interdum verè, corporaliter, & realiter de loco ad locum à diabolo deferri: tum quia etiam nos non negamus, quin interdum possibile sit, quòd ipsis Strigibus appareat in somnijs aut in phantasticis illusionibus, procurante dæmone causatis, quòd vadant ad ipsum ludum, ipsæ verò veluti dormientes, seu velut nihil sentientes, vera ceter intueniantur in domibus suis: imò etiam dicimus plura alia posse Strigibus arte dæmonum illusorie apparere: nullo modo autem dicimus, neque aliquando opinati sumus, aliquam creaturam virtute dæmonum

Striges hæretica.

Concilium Ancyrense.

in aliam speciem verè & realiter posse transformari: sed neque dicimus verum esse, quòd ea quæ sunt in solo spiritu, accidant realiter in corpore: Tam postremò, quia dato, sed non concessio, quòd nullo modo vadant corporaliter ad ludum, sed quòd tãtùmmodo in somnijs & phantasticis illusionibus virtute dæmonum videatur eis quòd vadant ad ludum, & Deum ac fidem abnegent, & dæmonem vt Deum adorent, & alia sic illusoriè ipsis Strigibus accidant, quæ in dicto ludo facere dicuntur: tamen ex quo postea quando sunt in vigilia & in proprijs sensibus constitutæ, credunt & firmiter tenent se ea fecisse, & habent ea rata, ac eis omnibus cõsentiant cum animi complacencia, credentes firmiter se fidem catholicam abnegasse, ac dæmonem pro deo adorasse, & eum tanquam Deum surm habere, & se nullo modo peccare, sed potius se benefacere talia perpetrando, & in hac credulitate firmiter perseverant, adhuc clarè constat quòd sint veraciter apostatæ, idololatræ, & hæreticæ, & idèò textus nominat eas sceleratas, perfidas, & infideles: & dicit quòd erudentes talia phantastica & illusoria esse vera, deuiant à recta fide, & fidem perdunt, ac inuoluuntur erro re Paganorum, & sunt ipsis Paganis deteriores: infidelitas autem in homine baptizato est hæresis. Et ita per hæc omnia clarissimè patet quomodo dictum cap. *Episcopi* totiens allegatum, nullo modo militat contra nos inquisitores, neque obstat quin ista Striges veraciter dicantur apostatæ, idololatræ, & hæreticæ quomodocunque dicatur, siue quòd vadant corporaliter & realiter ad ludum, siue quòd tantummodò in somnijs & phantasticis illusionibus arte Dæmonum causatis eis talia contingant.

CAPVT. XI.

Ad inquisitores hæretica prauitatis an spectet Striges punire.

Cum ergo prædictæ Striges veraciter sint hæreticæ & idololatræ ac apostatæ quomodocunque dicatur seu quòd realiter vadant ad ludum, seu quòd tantummodò in somnijs aut phantasticis illusionibus, vt dictum est,

est, sequitur quòd ad inquisitores hæreticæ prauitatis pertinet contra eas procedere, & eas sicut alios hæreticos punire, quòd quidem patet:

Et primò in quantum dicuntur hæreticæ, patet per cap. *vt officium de hæreticis, lib. 6. in prin.*

Patet hoc etiam in quantum dicuntur idololatræ, offerentes sacrificia Dæmonibus, & eis nefarias preces emittentes, vt in glos. in verbo, *supra* cap. *accusatus, eisdem in. & lib. 5. Sanè* ac etiam ipsos dæmones adorantes: nam si hæreticus punitur adorans hæreticum, vt dicto cap. *accusatus. §. ille quoque*, quomò magis Dæmonè adorans? Est enim contra illud domini mandatum, *Dominum Deum tuum adorabis. Matthai. 4. cap.*

Postremò hoc patet, in quantum dicuntur apostatæ: quia apostata à fide punitur vt hæreticus, quia verè hæreticus est, *de quo habes in verbo, Apostata. §. primo, secundo, & tersio.*

Franc. Peña.

Vide Nostram Lucernam Inquisitorum.

CAP. XII.

Quomodo cognoscuntur Striges & sectatrices: Per confessionem sociarum deteguntur Striges: Sociarum depositio valet contra alias Striges: Inquisitor ne interroget de socijs, eas singulariter nominando: Inquisitor non faciliè credat depositionibus Strigum contra alias.

Manifestantur autem seu deteguntur illi qui sunt de hac secta Strigiaca, & ad notitiã eorum peruenitur duobus modis, videlicet per confessiones sociarum, & per coniecturas & præsumptiones.

Primò ergo per confessiones & inculpationes sociarum: cum enim mutuo se cognoscant in dicto ludo, ex consequenti possunt etiam mutuo se detegere & manifestare, & hoc præcipuè quando plures separatim, & vna seorsum ab altera, imò nesciente quid alia dixerit conueniunt de eadem persona & de tempore quo eam vide-

1.
Quòd sint hæretica.

2.
Quòd idololatra.

3.
Quòd apostata.

Striges quomodo sint verè apostata, idololatra & hæretica.

rint, & in quibus locis, & maxime quando tales incul-
pantes aliquam de earum societate dicunt idem & af-
firmant coram facie illius quam inculparunt, & ita vna
post aliam separatim, & altera nesciente, idem affirmat
in facie eius.

Et quod talis inculpatio seu manifestatio facta per so-
cias faciat fidem contra illam quæ inculpatur, patet per
ea quæ notantur in cap. in fidei fauorem. de hæretico. lib. 6.
Facit ad hoc glos. fin. cap. quoniam aliqua. de testi. vide de
hoc in verbo, testes. §. 17. & in verbo. tortura. §. 19.

Aduertas tamē & sis benè cautus, tu Inquisitor, ne in-
terrogando de complicibus & sociabus vnaquam inter-
rogas an aliquando viderint talem, vel talem, specifican-
do aliquam vel nominando, neque permittas ab aliqua
specificari vel nominari, sed interrogas in communi &
generali quas socias habet, vel quas viderit in tali ludo,
& quid eas ibidem facere viderit, & ei dicas quod nullo
modo aliquam nominet nisi pro certo eam in ludo viderit
& cognouerit, & nisi pro certo viderit vel sciverit eam
abnegasse fidem, & alia fecisse quæ ibi fieri consue-
runt.

Aduertas insuper, & sis benè cautus, ne de facili facias
aliquam detineri propter inculpationes talium Strigum
tantum, quia posset contingere quod dæmon assumeret
personam alicuius, & se sub forma illius presentaret in
ipso ludo, vt illam personam infamaret, & tamen illa
persona erit innocens, & de tali crimine nullo modo
culpabilis: quare cautiùs securiùsque procedes, si ex so-
lis inculpationibus seu manifestationibus sociarum noti-
facies aliquam personam detineri, sed vltra illas
inculpationes factas per socias habeas aliqua
alia indicia, seu coniecturas, vel præ-
sumptiones, seu suspensiones
contra eandem quam
volueris deti-
nere.

C A P.

C A P. XIII.

Qualiter ex hac Strigiaca secta esse detegantur aliqui per con-
iecturas & præsumptiones: Indicium seu argumentum, à
communiter accedentibus sumptum validum est: Quales
coniectura seu indicia prodant Striges.

De reguntur etiam, & ad notitiam eorum qui sunt de
hac secta veniunt alio modo, videlicet per coniecturas & præsumptiones: quia in his, quæ in secreto fieri
consueverunt, proceditur ex coniecturis & præsumptionibus, vt dicitur in l. fin. C. de procur. tuto. vbi glos. not. & Bal. in l. quicumque. C. de ser. fugi. & in rubrica. C. de proba. nam
indicium sumptum ex experiētis & coniecturis quæ
communiter accedere solent, est validum: vnde vt dicit
Panor. in cap. Ofus. de elec. in fine. argumentum à commu-
niter accidentibus tenet, & quando tali coniecturæ fre-
quenter contingit adesse veritatem, tunc est graue indi-
cium, & æquiparatur præsumptioni iuris, vt notatur per
Cynum in l. metum. de dolo. siue agatur de probando verò
hominis actu, siue de probando animo, ff. de sic. l. 1. §. sed
si clausa. & c. significasti. de homic. nam præsumptio non est
aliud, quàm quædam suspicio, quæ causatur in animo iu-
dicis, vel cuiuscunque ex variis coniecturis, vel argumē-
tis seu indicijs, vt dicit Panor. in cap. quanto. de præsum. col. 3.
in fine. Ad omnia ista vide in verbo, indicium. §. 5. & §. fin. &
in verbo, præsumptio. §. 5.

Cum ergo abnegatio fidei, adoratio diaboli, con-
culcatio crucis, & alia quæ faciunt tales Striges in ipso
ludo, & alibi cum ipso diabolo, omnia fiant in secreto
& seorsum à fidelibus Christianis, idèd necesse est, quod
contra eas procedamus ex coniecturis & præsumptio-
nibus.

Et istæ coniecturæ seu præsumptiones sunt aut fasci-
nationes puerorum, vel maleficia causantia infirmita-
tes, aut alia nocumenta circa homines vtriusque sexus,
& etiam circa terræ fruges, vinearum vuas, arborum fru-
ctus, ac etiam circa iumenta & alia diuersorum generum
animalia, vel etiam medicationes & curationes talium
infir-

Coniecturæ &
præsumptiones
contra Striges.

1.
Inquisitorum
cautela in in-
terrogationi-
bus.

2.
Inquisitorum
cautela de nō
detinenda in-
nocente.

Striges mani-
festantur per
coniecturas &
præsumptio-
nes.

infirmorum, & nocementorum, quae omnia sunt virtute diaboli, aut ipso cooperante; vt per singula patebit.

CAP. XIV.

Per fascinationes puerorum deteguntur Striges, & quid sit fascinatio: Mulier menstruata inficit visum speculum, & Basiliscus interficit visum hominem.

Fascinatio quid sit.

NAM fascinatio puerorum, vt ab ipsa incipiam, vt dicit B. Thomas in prima parte, questione centesima decima septima, articulo tertio in responsione ad secundum argumentum, & super epistolas Pauli ad Galatas, tertio capitulo, lectione prima, est infectio procedens ab oculis infectis propter malitiam animae, cooperante daemone, & Deo permittente: & hoc praecipue accidit in vetulabus, in quibus ex malignitate quadam, contracta ex familiaritate vel pacto daemorum, fit immutatio noxia & venenosa per venas ad oculos earum, & ab oculis ad rem inspectam per spatium determinatum, & ita aspectus earum venenosus & noxius inficit pueros, habentes corpus tenerum & de facili receptiuum talium impressio- num, & sic infirmantur & cibum vomunt, vt dicit Beatus Thomas, vbi supra.

Menstruata mulier inficit speculum.

Per quem modum dicimus, quod mulier actualiter menstruata, si aspiciat in speculum purum & mundum, subito inficit & deturpat ipsum, & Basiliscus videns hominem interficit ipsum, vnde glos. super illud Pauli ad Galatas tertio: O insensati Galatae, qui vos fascinavit? dicit: quidam habent oculos videntes, qui solo aspectu inficiunt alios maxime pueros.

CAP. XV.

Striges inferunt multa nocementa, & impediunt actus coniugales.

Quod autem per has Striges realiter & verè inferantur nocementa diuersis personis: & primo, impediendo

dicendo actus coniugales seu matrimoniales, patet per hoc, quia realiter inueniuntur effectus reales impedi- tes illos actus, vt patet per totum titulum de maleficiis, & per Panor. & alios doctores ibi scribentes, & per cap. si per for- tiarios. 33. quest. 1. & qualiter fiant maleficia circa actus istos matrimoniales, declarat Petrus de Palude in quarto sent. dist. 34. dicens: quod, quia daemon ex eo, quod est spi- ritus, habet potestatem super creaturam corporalem ad motum localem prohibendum vel faciendum, ideo po- test corpora impedire ne sibi appropinquent directe vel indirecte interponendo se quandoq; in corpore assupto. Alio modo, quia potest refrigerare hominem ab actu illo, adhibendo occulte virtutes rerum, quas optime no- uit ad hoc validas.

Coniugales actus impediuntur a Strigibus & ligantur quin- quo modis.

1.

2.

3.

4.

5.

Tertio modo turbando extimationem & imaginatio- nem, qua reddit mulierem exosam, quia potest in ipsa imaginatione imprimere.

Alio modo, quia potest reprimere rigorem membri, sicut etiam motum localem reprimere potest.

Quinto potest impedire illos actus matrimoniales, prohibendo missionem spirituum ad membra in quibus est virtus motiua, quasi intercludendo vias seminis, ne ad vasa generationis descendat, vel ne ab eis recedat.

CAP. XVI.

Striges inferunt nocementa causando infirmitates hominibus & iumentis: Qualiter iudicetur morbus per maleficium illatus.

INSUPER iste Striges nocementa inferunt viris ac mulie- ribus & iumentis ac bestiis cum maleficiis suis, causan- do diuersas infirmitates, cooperante diabolo in quan- tum istae Striges accipiunt ab ipso diabolo aliqua noci- ua, & ea praebent viris ac mulieribus vel iumentis, aut in cibo aut in potu, vel tangendo, aut ipsemet diabolus oc- culte applicat aliqua maleficia vel nociua in lectis vel vestibus, sicut saepe numero inueniuntur in lectis vel ve- stibus aliqua, quae arte humana minime aut vix fieri vel coeponi possent; ex quibus sic applicatis aut in lectis, aut in

vesti-

vestibus, aut tactu, aut in cibo & potu, sequuntur dolores capitis, torsiones viscerum, exsiccationes membrorum, stomachi destructiones, & alia plures infirmitates, ex quibus saepe plures moriuntur.

*Animalibus
ingeruntur in-
firmitates à
Maleficiis.*

Idem etiam de iumentis & alijs animalibus, quae ex talibus nociuis seu maleficiis sic in cibo aut potu vel tactu eis applicatis saepe infirmitantur & moriuntur, aut lacte priuantur: & hoc est quia, ut tangit Beatus Thomas in secundo libro sent. distinctione septima, tales infirmitates, quae generari possunt virtute alicuius agentis naturalis, possunt etiam causari à daemonibus applicantibus talia agentia naturalia ad causandas illas infirmitates: possunt autem discerni istae infirmitates causatae per Striges, cooperante diabolo, per maleficia, ab illis quae causatae sunt naturaliter iudicio medicorum. Nam sicut dicitur 16. quae. 2. cap. illud. ad genus superstitionis pertinent omnes ligaturae, & omnia remedia, quae medicorum disciplina condemnat, in quibuscunque rebus suspendendis atque ligandis.

Ita dicimus, quod ubi medici periti ex aliquibus coniecturis vel circumstantiis iudicant illam infirmitatem non ex defectu naturae, neque ex aliqua causa naturali intrinseca, sed ab extrinseco accidisse, ubi non fit ex venenosa infectione, quia sic sanguis vel stomachus malis humoribus esset repletus, tunc ex sufficienti diuisione iudicant effectum esse maleficalem.

Cognoscitur etiam quando medici periti & bene practici vident infirmitatem esse incurabilem, ita ut nulli medicaminibus vel remedijs naturalibus xger possit releuari, imò potius cernunt ipsum in dies aggrauari.

CAP. XVII.

*Striges nocumenta inferunt terra fructibus: Malefica
quadam maleficia curant ope
Damonum.*

*Striges male-
ficij destruunt
terre fructus.* Inferunt etiam plura nocumenta cum suis maleficijs procurando grandinae & alias aëris tempestates ad destruendum terrae fruges, vinearum vuas, & aliorum arborum

arborum fructus: & haec omnia faciunt ac procurant cooperante ipso diabolo. Nam ut dicit Beatus Thomas super Iob primo c. necesse est confiteri quod Deo permittente daemones possint perturbationem aëris inducere, ventos concitare, & facere ut ignis de caelo cadat. Quare igitur cum grandines & similes aëris intemperies procedant ex motu aliquorum naturalium, puta vaporum elevatorum à terra, sequitur quod etiam diabolus sua virtute, nisi impediatur à Deo, possit tales vapores mouere, & illas grandines seu ventos ac pluias causare.

Sunt insuper aliqui viri, & aliquae mulieres, quae ignorantes artem medicinae, talia supra dicta maleficia destruant, & infirmitates causatas à talibus maleficiis curant, & infirmos sanant, quae quidem omnia cooperante daemone faciunt, quod sic patet: Tum quia talia curant prius daemones inuocando & consulendo, ac ab eis responsa expectando, vnde communiter taliter medicantes nolunt subito remedium dare, sed aliquo tempore expectato, ut interim consilium diaboli requirant, postea adhibent remedia: tum etiam quia destruunt talia maleficia in vna persona, sed illud maleficium alteri inferre coguntur: vel quia saltem illud tale maleficium non possunt remouere nisi aliud maleficiunt vel aliquid illicitum aus superstitiosum perpetrando.

*Maleficia ma-
leficijs destru-
ta.*

CAP. XVIII.

*Aliud signum ad cognoscendas Striges, sumptum à v. iis fa-
ctis effectu subsecuto: Aliud signum desumptum
ab irreuerentia erga cor-
pus Christi.*

Cum ergo istae Striges faciant talia maleficia & nocumenta, vel ea curent non nisi diabolo (ut praetatum est) cooperante, & ipse daemon cooperetur eis in talibus propter abnegationem fidei catholicae, & etiam quia ipsi diabolo seipsas ex toto dedicarunt, ut communiter ipsae Striges confitentur, cuius signum est quia antequam abnegent fidem, & diabolum adorent, nunquam possunt talia perpetrare, sequitur ergo de necessitate quod

*Striges ex fa-
miliaritate
Damonis ego
effectus cogno-
scentur.*

quod talia maleficia, seu eorum curationes factæ modis supradictis euidenter probent aliquam personam Strigem.

Quare quotiescunque aliqua persona, aut rixando, aut etiam non rixando, facit aliquas minas contra aliam personam, dicens: quia tu mihi fecisti sic vel sic, ego faciam taliter quod senties si bene fecisti vel non: vel faciam quod eris malè contenta de me, vel quod nunquam de tali re lætitiā habebis, & alias similes minas; & postea sequitur effectus: signum est, quod talis effectus sit causatus opera diaboli, præcipuè quando non potest sciri quomodo aliter talis effectus sit secutus, & ideo tales minæ cum effectu sequente faciunt magnā præsumptionem & vrgentem coniecturam, quod talis minans Strix, est diabolo per abnegationem fidei dedicata, & erit indicium sufficiens ad torturam: sicut de eo qui minatus est alteri de percutiēdo eum, & demum fuit percussus & nescitur à quo, præsumendum est quod fuerit ille qui minas intulit, de quo habes diffusè in verbo, tortura. §. 26.

Ecce ergo quomodo per has coniecturas deteguntur illi qui sunt de hac secta, & hoc maximè quia talibus coniecturis contingit frequenter imò quasi semper, veritatem adesse, prout continua & cotidiana experientia docet, ideo faciunt magnum & graue indicium, *ut habes in verbo, indicium. §. quinto.*

Deteguntur etiam per aliqua signa, puta si faciunt fidas quando elevatur corpus Christi, vel auertunt faciè à cruce, & similia quæ faciunt communiter illi qui sunt de hac secta: & sic finitur iste tractatus ad laudem Dei.

Signa manifestationis Strigum.

PARA

PARALIPOMENA AD BERNARDVM

Comensem addenda.

QUESTIO VNICA.

An ad solos iudices Apostolicos, non autem seculares cognitio Lamiarum spectet.

An etiam iudices fidei possint compellere iudices seculares ad exhibendos processus Maleficarum, & vice versa possint seculares compellere Apostolicos in secularibus delictis ut sibi reos exhibeant & puniant.

Vltimo loco illud explicadū occurrit, quod hic auctor videtur omisisse in hac disputatione, an videlicet Lamiæ ab inquisitoribus Apostolicis seu alijs iudicibus Ecclesiasticis relinquere possint curiæ seculari, si confessæ fuerint infanticidia, homicidia, aut alia grauissima crimina, aduersus quæ per leges ciuiles mortis pœna statutata est.

Et Iacobus Sprengertius in *Malleo Maleficarum parte 1. quasi. 4. circa finem*, ait, satis probabile videri, ut, quantumcunque pœniteant, non debeant sicut alij hæretici carceribus perpetuis mancipari, sed vltimo supplicio puniri.

Arnaldus tamē Albertinus *tract. de agnoscent. aff. q. 2. nu. 66.* quem sequitur Simancas *de cath. insti. tit. 37. de lamiis. nu. 17.* verè sentit non posse inquisitores, de iure, huiusmodi delinquentes

Malefici non carcerantur sed morte dānandi.

curiæ sæculari tradere ultimo supplicio afficiendas, sed eas corde puro redire volentes recipiendas esse ad Ecclesiæ gremium: nihil enim habet commune causa hæresis cum infanticidiis, aut aliis criminibus à Lamiis perpetratis, quorum quidem criminum cognitio ad inquisitores minimè pertinet, quare iniquè mihi agere viderentur iudices fidei, si Maleficis huiusmodi penitere volentibus beneficium misericordiæ & abso- lutionis denegarent.

Sed ab hac sententia sequentem casum excipimus: nam si maleficæ, à iudicibus sæcularibus primùm captæ, inquisitoribus fuerint consignatæ propter incidentem hæresim, cuius iudices sæculares cognitionem non habent. *cap. vi inquisitionis. §. prohibemus. de heret. lib. 6.* ut cum verbi gratiâ, aliqua malefica capta fuit à sæculari magistratu pro infanticidio, aut alio delicto sæculari & dum eam interrogaret, constitit sibi de hæresi, vel de alio delicto hæresim sapiente, tunc peracto iudicio hæresis eidem iudici sæculari restituenda malefica est, ut is aliorum criminum conceptum iudicium legibus civilibus peragat: tunc enim non dicitur propriè curiæ sæculari relinqui, sed potius priori iudici restitui, qui ratione criminis sæcularis super malefica illa legitimam habet iurisdictionem, atque hæc sententia verissima est, & in praxi penitus observanda, sicut & observatur iuxta constitutionem sanctissimi domini nostri Pij V. Pontificis maximi, cuius verba ita habent: *Necnon carceratos quoscunque pro quibusvis delictis, & debitis etiam atrocibus*

Constitutio Pij V. de reis ad iudices sæculares remittendis.

bus apud dictum inquisitionis officium quomodolibet delatos, vel denunciatos, suspensa aliorum criminum inferiorum cognitione, ad eosdem Cardinales, & inquisitionis carceres, ibidemque ad criminis hæresis totaliter cognitionem, & expeditionem remittendos, & postea ad eosdem officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos, sine mora transmittant. Hæc enus ibi. Habetur autem hæc constitutio inter litteras Apostolicas pro officio sanctissimæ inquisitionis in sine Directorij inquisitorum.

Scitu dignum est, an iudex fidei, ad cuius aures seu tribunal legitimè peruenit maleficam aliquam, quæ in carceribus iudicis sæcularis continetur, hæreticam esse, aut de hæresi suspectam, possit compellere magistratum sæcularem, ut eam, sibi consignet pro causa hæresis iudicandam; Et certissimum ac vetissimum est, id posse facere: nam ratione criminis Ecclesiastici eam ream vel reum iudices fidei petere possunt, & debent omnino sæculares magistratus eis obedire, nec vlllo pacto de hoc crimine, cum merè sit Ecclesiasticum, directè vel indirectè cognoscere possunt, aut iudicare. *cap. vi inquisitionis. §. prohibemus. de heret. lib. 6.*

Inquisitor potest compellere iudicem sæcularem ad exhibendam hæreticam.

Immo amplius possunt magistratus sæculares quicumque compelli per fidei iudices ad exhibendum eis processus, & quilibet scripturas, ut possint intelligere, an in eis quicquam contineatur aduersus maleficam, aut maleficos cuiuscunque sexus, quod fidei causam tangat, & iudicium inquisitorum iuuare possit. *argumen. textus in c. vi*

commissi, de heret. lib. 6. ibi: Necnon faciendi à quibuslibet assignati nobis libros seu quaternos, & alia scripta. &c. conferunt tradita per Ioannem Rojam in singularibus fidei, singul. § 4. incipien. Edere instrumenta.

Index secularis potest ab Inquisitore compelli per excom. &c.

Possunt autem isti magistratus seculares compelli ad supradicta exhibenda & consignanda per censuram Ecclesiasticam, excommunicationem videlicet, suspensionem, aut interdictum: hæc enim nomine censuræ Ecclesiasticæ continentur, cap. querenti. extra de verb. signif.

Sed numquid poterit vice versa magistratus secularis compellere iudicem fidei, ut sibi exhibeat aliquas reas, resolve, qui secularia delicta commiserunt, ut eos possit iuxta legum civilium sanctiones punire? Equidem non potest, quia nulla ei in iudicem Ecclesiasticum competit iurisdicção, cum verò iudex ecclesiasticus in suo tribunali delinquentes punierit, tunc iudex secularis pro criminibus ad suum forum pertinentibus eosdem punire poterit. ad quod faciunt tradita per Antonium Gomezium tomo 3. variar. resol. cap. 1. nu. 40.

Atque hæc quæ breuiter tradidimus sunt in hac causa Lamiarum ad praxim iudicantium magis necessaria, quæ propterea addere huic Bernardi tractatui visum fuit opportunum.

Plura suggerit author Lucernæ Inquisitorum verbis: *Damones inuocare. Diuinatio. Implorare auxilium à Demonibus. Inuocare Damones. Secta Strigia. & Sortilegia.*

Franc.

Franc. Peña.

Cum verò idem hic auctor in hoc tractatu, numero, siue §. 1. asserit ad inquisitores hæreticæ prauitatis pertinere de lamiarum secta cognoscere, contra eas procedere, & sicut alios hæreticos punire, id quidem verissimum est, & multis Romanorum Pontificum, sanctionibus constitutum, videlicet Innocentij VIII. cuius initium est: *Summis desiderantes affectibus.* quam refert Iacobus Sprengerius in principio *Mallei Maleficarum*, & Bartholomeus Spinaeus in libro de *Strigibus* c. 3. Item Adriani Sexti, quæ incipit: *Diuidim ut nobis.* quæ refert idem Spinaeus præcitato loco. Item Alexandri Sexti, cuius principium est: *Cum acceperimus.* quæ refertur inter litteras Apostolicas pro officio sanctæ Inquisitionis in fine Directorij inquisitor. & hæc est communis nostrorum sententia, quam optimæ confirmant rationes hoc loco ab auctore allatæ.

Lamia ut hæretica ab Inquisitoribus punienda.

Quod si quæras an soli inquisitores in causis Lamiarum procedere possint secus ac fiat in causis hæreticorum, ut in cap. per hoc. de heret. libro. 6. extranag. ex eo. de heret. clement. 1. de heret. respondebo tutius quidem esse ac decentius, ut inquisitores perinde in causis Lamiarum ac in causis hæreticorum procedant, & processus conficiant requisitis diæcesanis secundum iuris dispositionem in locis proxime citatis; nihilominus tamē si soli velint procedere, id quidē facere possunt, &

Quomodo solorum Inquisitorum sit cognoscere de Lamij.

N 3

quod soli procedentes fecerint ac decreuerint, siue condemnando siue absoluendo, id validum erit, sicut constat ex præcitata constitutione Alexandri Sexti, cuius verba hîc inferere placuit, habent autem ita.

ALEXANDER PAPA

Dilecto filio Angelo de Verona ordinis Prædicatorum sacre Theologiæ professori in prouincia Lombardiæ hæreticæ prauitatis inquisitori, & successoribus suis, Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem.

*Lombardiis
Lamiarum
hæresim secta.*

Cum acceperimus in prouincia Lombardiæ diuersas vtriusque sexus personas diuersis incantationibus, & diabolicis superstitionibus operam dare: suisque veneficijs & vanis obseruationibus multa nefanda scelera procurare: homines, & iumenta, ac campos destruere, & diuersos errores inducere, magnâque inde scandala exoriri: Decreuimus, pro pastoralis officij nobis ex alto commisso ministerio scelera huiusmodi compescere, ac scandalis & erroribus præmissis, quantum cum Deo possumus occurrere; Et propterea tibi, quàm etiam successoribus tuis per Lombardiam constitutis, de quibus in his & alijs plenam in Domino fiduciam obtinemus, committimus & mandamus, vt etiam soli, honesto tamen comitatu per vos eligendo associati, contra easdem vtriusque sexus personas diligenter inquiratis: easque iustitia mediante puniatis & compescatis. Et vt melius commissionem huiusmodi exequi possitis, contra illas vobis plenam & omnimodam hanc serie concedimus facultatem. Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon indultis & concessionibus ordinarijs forsan pro tempore factis, ceterisque contrarijs quibuscunque non obstantibus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die, & cetera.

AMBR

AMBR

AMBROSII

DE VIGNATE

Laudensis I. V. D. famosissimi elegans ac utilis quaestio in duos articulos diuisa.

QVAESTIO VNICA.

De Lamijs seu Strigibus, & earum delictis. Cum commentarijs Francisci Peñæ Sacrae Theologiae & I. V. Doctoris.



VID + ergo dicemus de mulieribus, quæ consentur nocturno tempore ambulare per longa locorum interualla in momento temporis, & intrare cameras alienas clausas, coadiuantibus earum magistris Dæmonibus, (vt dicunt) cum quibus loquuntur, + quibus præstant censum, & cum quibus (vt dicunt) habent copulam carnalem, & quibus persuadentibus (vt dicunt) abnegant Deum & Vix-

*Lamiarum
nefaria scelerum.*

N 4

Transformatio.
 ginem Mariam, & cum pedibus conculcant sanctam Crucem, & quæ Daemonibus coadiuuantibus (vt dicunt) interficiunt pueros, & interficiunt homines †, & faciunt eos cadere in infirmitates diuersas, & quæ dicunt se multa his similia facere; & aliquando se transformare in formam muscipule; & Diabolum dicunt se aliquando transformare in formam canis, vel alterius animalis. An hæc & his similia sint possibilia, vel verisimilia, vel credenda?

Depositi inculpata de Lamiarum transgressio.

Hunc casum habui sepius de facto; & inter ceteros occurrit mihi casus talis; Quidam inculpatus, quod esset de secta Matorum seu Maleficorum de se confessus, multos alios viros & mulieres inculpauit, quod essent de eadem secta, de nocte ambulantes, & quod in triuis vel quadriuis, vel consiniis viarum ibant discurrentes, & multa mala facientes: ad depositionem istius Inquisitor hæreticæ prauitatis aliquas mulieres cepit & incarcerationi: quarum aliqua sponte confessæ sunt prædicta & similia huiusmodi; aliqua vero negantes ad torturam positæ sunt, & in tormentis confessæ sunt.

Dimissio præsentis questionis.

Circa casum istum putavi de duobus principaliter esse inquirendum, dum accideret de facto: primo inuestigandum, an prædicta confessa sint possibilia, & verisimilia; & credenda, vel non.

Secundo, nunquid depositio illius de se confessi, & etiam vnus, vel alterius, vel trium, vel quatuor mulierum similia deponentium, sit indicium sufficiens ad torturam.

Franc.

Francisci Peñæ

Notæ in Ambrosij de Vignate quæstionem de Lamijs.

** Vid. ergo dicemus de mulieribus, &c.]*
 Hic incipit tractare Ambrosius de Lamijs, seu Strigibus; quam tractationem diuidit in duos articulos, vt ipse mox ostendit, vers. *Circa casum istum*, & vers. *Secundo nunquid*. In hac disputatione obscurus videtur Ambrosius, & sententiæ eius intricata; nihilominus ex antecedentibus & consequentibus colligimus quid sibi velit.

De Lamijs & earum impietatibus multi & graues doctores scripserunt: vt Iacobus Sprenger, Syluester de Piesio, & Spina, & Franciscus Ponzinibius integro tractatus: Alfonso à Castro, cap. 16. *Et alijs præcedentibus libro 1. de iustis hæreticorum punitione* multa quoque de his disseruit, secutus magna ex parte Paulum Grillandum tract. *de sortilegijs. quæst. 7.* Alberrius tract. *de agros. officio. q. 24. & 25.* Bernardus Comensis in *disputatione de Strigibus*, & alij; & nouissime prodijt in lucem, *Repositio disputationis de Lamijs seu de Strigibus*, auctore Thoma Erasto.

Illud hic in primis præfabor, videlicet communem *Depositi Lamiarum.* sententiam esse, Lamijs corporaliter posse deferri per varia locorum interualla, quo Dæmones permittente Deo eas duxerint. Solus Franciscus Ponzinibius Placentinus (quod ego sciam) hanc communem Doctorum sententiam reuocans in dubium, conatus est defendere, eas non ferri corporaliter: sed quæ dicuntur de illis, accidere eis in somnijs, non autem re vera in corpore euenire. Eius tamen sententiam non modò communis opinio tot illustrium virorum, verum etiam ipsa quotidiana experientia grauissimè refellit; de quo etiam suo loco dicitur.

Huiusmodi autem nefariæ scemina, de quibus nunc agimus apud Græcos & Latinos variè nominari videntur: Quippe *Maleficarum varia appellatio.* *Quæ quid sit, & quæ sit natura*, dicuntur à Græcis:

idque *ἄνθρωποι*; *ἄνθρωποι* quo vocabulo ars earum exprimitur: à Latinis autem promiscuè & confusè vocantur Lamie, Striges, Magæ, Veneficæ, Incantatrices, & Maleficæ. vulgò item in Italia, Strighe dicuntur, & Strigoni: Hispania interdum Bruxios, aut Bruxias, alias Xorquinos, vel Xorquinas nominat. harum appellationum ratio breuiter reddi non potest, & ob id omittetur à me consultò, alibi fortassis copiosè relaturò: tantillùm tamen supra ad Bern. Comensis cap. 1. tetigimus.

Homagium & obedientia Dæmoni à Maleficis præstita.

† Quibus præstant censum.) Id est, quibus faciunt homagium, seu exhibent obedientiam & reuerentiam, quoniam inter alia lamiarum scelera, id est grauissimum & valde horrendum, vt cum primùm in hanc sectam cooprantur, coram Dæmone, ipsis visibiliter in assumpto corpore apparente, abneget Deum, & fidem Christianam; & cultum omnem diuinum, & beatissimam Virginem Mariam, & sacramenta Ecclesiæ catholicæ, & ipsi Dæmoni promittant perpetuam reuerentiam, cultum, & obedientiam: qualiter verò soleat hoc nefarium scelus iniri, docent in primis Iacobus Sprenger in *Malleo Maleficarum* par. 2. q. 1. c. 2. Arnaldus Albertinus tract. de agnos. assert. cathol. q. 2. 4. m. 3. & Alphonsus Castrus lib. 1. cap. 16. de iusta heret. punit.

Infirmittates à maleficis illata.) Et faciunt eos cadere in infirmitates diuersas.) Quòd à maleficis Deo permittente inferri possint varia infirmitatum genera longa posset à nobis oratione demonstrari: sed eum articulum latissimè disputat Iacobus Sprenger in *Malleo Maleficarum* par. 2. quæst. 1. cap. 11. eum videto.

ARTI

ARTICVLVS PRIMVS.

An præcedens Lamiarum depositio sit possibilis, verisimilis & credenda.

Circa † primum articulum arguitur, † & videtur, quòd sint possibilis prædicta, scilicet, quòd cum Dæmonibus loquantur, cum illis ambulent, responsum præstent, & similia huiusmodi maleficia illis cooperantibus faciant. Nam primò supra est visum per Sanctum Thomam in 2. 2. quæst. 95. art. 4. quòd possibile est pacta inire cum Dæmonibus tacita vel expressa.

Colloquium cum Dæmonibus possibile.

Secundò, dicit Augustinus in 2. lib. de Doctrina Christiana: quidquid procedit ex societate Dæmonum & hominum, superstitiosum est, & cetera, ergo possunt huiusmodi fatuæ mulieres habere societatem, & commercium cum Dæmonibus.

Societas Dæmonum cum hominibus superstitiosa.

Item, quòd Dæmones inuocentur habetur per Sanctum Thomam in dicta quæst. 95. artic. 2. & per gloss. in dicto c. accusatus. §. sane. supra eod. tit. & in inribus in illa gloss. allegatis.

Dæmones inuocantur à Maleficis.

Item, quòd sit possibile Dæmonè loqui mulieribus talibus, vel viris inuocantibus eum, † probatur, quia Dominus interrogauit Dæmonem, quòd tibi nomen est? qui respondit, Legio mihi nomen est: quia multi sumus, &c. vt habetur Marci 5. cap.

Inuocantibus Dæmon colloquitur.

Item, quòd Diabolus loquatur, habetur 3. Regum, ultimo cap. ubi dicitur: Egre diar, † & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.

Diabolus loquitur mendacium.

Item

Item, & Ioan. 8. cap. dicitur, Quod cum Diabolus loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius. ergo mulieres prædictæ non sunt confessæ impossibilia.

Cur daemones interdum verum dicant. Item, dicit Ioannes Chrysostomus super Mattheum, quod interdum concessum est Diabolo verum dicere, ut mendacium suum rara veritate commendet. & habetur per Beatum Thomam in 2. 2. q. 172. art. 6.

Apparitio bonorum Angelorum in assumptis corporibus. Item, quod Damon possit loqui talibus mulieribus probatur, quia Angeli boni locuti sunt & conuersati sunt cum hominibus: nam ut scribit Augustinus in lib. 16. de ciuitate Dei, Angeli boni assumptis corporibus apparuerunt Abraham, & visi sunt à tota familia. † Apparuerunt etiam Angeli Loth, & ciuibus Sodomorum: scilicet duo Angeli in specie duorum iuuenum, prout scribitur in Genesi. Similiter Angelus qui apparuit Tobie ab omnibus visus est, † prout scribitur in Tobia. Et de Angelis bonis, qui apparuerunt Abraham dicitur Genes. 18. capit. cianque comedissem, dixerunt ad eum: ubi est Sara uxor tua, &c.

Ex quo patet, quod Angelus non solum potest assumere corpus, sed etiam assumpto corpore exercere opera anime vegetatiuæ, quæ sunt viuere, nutrire, generare, augmentare: hoc enim totum comprehenditur sub nutrire. Si igitur Angeli boni hæc possunt, sic & Dæmones.

Coitus Dæmonum cum mulieribus. Et si dicat & confiteantur tales mulieres prædictæ, aliquando coire Diabolum cum eis, non videtur hoc omnino impossibile: † pro quo adduco, quod scribit Sanctus Augustinus in 15. de ciuitate

ciuitate Dei dicens, se audiuisse à fide dignis, Sylvanos & Faunos, quos incubos & succubos dicimus, mulieribus improbos extitisse: nam sicut Angeli lucis assumunt corpora ex aëre, ex superiori & puriori parte aëris, ita Angeli tenebrarum assumunt corpora de inferiori parte & de fetida, ut dicit Aegidius super octaua distinctione. 2. lib. sent. & Isid. in c. 1. li. 7. de summo bono. & plerimi Theologi consentiunt. Iacobus de Voragine etiam recitat, Dæmonem sub forma Angelica venisse tentatum sanctam Iulianam.

Item, quod Dæmones assumant corpora aëreæ substantiæ, & fallere possint istas mulieres, probatur in istis versibus Claudiani Poëtæ eximij loquentis de Dæmonibus, sic dicentis:

Dæmones varias inducunt formas ad decipiendum.

Hi velut aëreo vestiti corpore, nostram
Mentiti speciem, multos phantasmate ductos
Deludunt homines falsi verique Propheta,
In tenebris lucem simulant, in lire quietem,
Abscondunt sub pace dolos, in felle figurant,
Sub dubia specie recti vitata reponunt.

Et Hieronymus in vita & legenda beati Antonij dicit:

Quandoque Dæmones terrent nunc mulierum nunc
bestiarum, nunc serpentum formas sumentes, &c.

Ergo possibile est Dæmonem apparere mulieribus prædictis, † aliquando in forma magni magistri, vel amasij sui, aliquando in forma canis, vel alterius animalis, ut dicunt: ergo non viden-

dentur confessa impossibilia, si dicunt se conuer-
fatas cum Dæmonibus, & eos vidisse in forma
humana, & cum eis habuisse concubitum, & ab
illis portatas esse de vno loco ad alium: puta à
ciuitate Parisiorum vsque Romam, &c.

Exemplum de
Dæmone obtē-
perante inuo-
canti ipsam.

Accedit ad hoc quòd scribit Beatus Gregorius
in 8. lib. *siuorum moralium*, † Quòd quidam sacerdos
reuerfus domum mancipio suo negligentius ve-
nienti dixit: *Veni Diabole, disfulcea me*; quòd mox
ceperunt caligarum cortigiæ in summa velocita-
te dissolui, vt aperte demonstraret, quòd ipse qui
nominatus fuerat, scilicet Diabolus, ad extrahē-
dum caligas obediret. Et dicit ipse Sanctus Gre-
gorius, quòd tunc presbyter pauescens, magnis
vocibus exclamauit dicens: *Recede miser, recede
miser, non tibi, sed mancipio meo imperabam*, &c.
ergo non videtur impossibile, quòd Dæmon præ-
dictis mulieribus, seu viris eum inuocantibus
appareat.

Maleficia ma-
uerfus coniu-
gatos, & alios.

Item pro ista parte facit, † quia videmus quo-
tidie maleficia fieri aduersus coniugatos & alios,
vt habetur in cap. *fraternitatis. supra de frigid. & ma-
leficiat. & 3. q. 1. cap. si per foriarius.* patet per illud
Vergilij (Si Poëtæ credimus) de socijs Vlyssis,
quos mutauit Circe in formam animalium, vnde
dicit ipse Vergilius:

Ecloga 8.

Carminibus Circe socios mutauit Vlyssci.
Carminibus, id est, incantationibus.

Et † dicit Isidorus in 8. *Etymologiarum lib.* quòd
illa transmutatio sociorum Vlyssis non fuit fa-
bulosa.

Et † in Exodo legitur, quòd Magi Pharaonis
coram

coram Moyse & Aaron verterunt virgas in dra-
cones, & aquam in sanguinem, & cætera.

De † Arcadibus legitur, quòd Arcades transeū-
tes stagnum quoddam in Arcadia vertebantur
in lupos.

Et Apuleius sectæ Platonice philosophus
scribit historicè, † se ipsum in asinum fuisse con-
uersum, dum auis fieri conaretur per artem ma-
gicam; sed tractu temporis in hominem fuisse
restitutum.

Apuleius
in asinum.

Et iterum, vt ad sensus historicos redeamus,
Augustinus in 18. *de ciuitate Dei*, scribit quendam
Demenetum nomine fuisse versum in Lupum,
sed post annum decimum in hominem restitu-
tum: & subdit *ibidem* ipse Augustinus: & cum
essemus in Italia audiuius, quædam mulieres
imbutas his malis artibus, dato caseo statim ho-
mines vertere in iumenta, quæ necessaria quæq;
portabant: & finita opera, iterum fieri homines:
mens tamen seruabatur humana. & idem dicit
Apuleius prædictus de se ipso scribens: *quamquã
essem perfectus asinus, sensum tamen reinebam huma-
num.*

lib. 18. cap. 18.
de ciuitate
Dei.

† In contrarium facit secundum verita-
tem, quòd prædicta non sint possibilia, quia vt
dicit Damascenus in 3. *cap. lib. 2.* † Angelus &
Diabolus sunt substantia incorporea, ergo bestia-
le est dicere, quòd Dæmones habeant manus vel
pedes.

Item; † quòd Dæmones coire non possint,
etiã si ex permissione diuina assumant corpora
aërea, patet per physicam rationem: quia dicunt
physici

physici, semen esse superfluum vitinae digestio-
nis, & cetera: sed quibus non competit mutatio
alimenti, non competit emissio seminis, ergo &
cetera.

Item, quod non possit Diabolus loqui, & sic
non possit petere censum à mulieribus istis, nec
precipere ipsis, quod abnegent Deam, probari
videtur; quia etiam si libere assumerent corpora,
in corporibus assumptis non sunt illa, quae requi-
runtur ad formationem vocis, & ideo dicit Phi-
losophus in primo Politicorum, quod soli homini
natura dedit sermonem: & Aegidius super 8. dist. 2.
lib. sentent. vult Dæmonem non habere os, linguam,
dentes, palatum, pulmonem, & sic mutum: & ca-
etera. & ideo licet aliquando Dæmones videan-
tur loqui in assumptis corporibus, non est ille
sonus propriæ vocis, nec propriæ vox, sed voci si-
milis.

Et licet etiam dicamus, quod aliquando co-
medant, quod illa non est vera comestio: quia & an-
geli boni & lucis, si aliquando comedisse legan-
tur, ut dicit Aegidius super dicta octava dist. 2. lib.
sentent. non fuit vera comestio, quia in illis assumptis
corporibus virtus digestiva aberat.

Sed præterea licet dicamus Angelos lucis &
Angelos reprobos; assumere quandoque corpora
ex permissione diuina (quia illis non est pote-
stas nisi à Deo, iuxta illud Euangelij Ioannis.
Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi
datum esset de super. & Paulus ad Rom. 13. cap. Non
est enim potestas nisi à Deo.) quod tamen regulariter in
tenebroso aëris carcere detinentur Dæmones
vsque

vsque ad diem iudicij, scribente Augustino in li.
3. super Genesim ad litteram, & Magistro sententia-
rum in 2. lib. distinct. 6. si ergo aliquando Dæmo-
nes corpora assumant ad nocendum, hoc ex spe-
ciali permissione procedit: cum scribat Grego-
rius in 2. lib. suorum moralium, quod nec aërem, in
quo habitant, nec alia possunt elementa conu-
tere, nisi permittat Deus. de hoc etiam legitur
Matth. 8. Marci 5. vnde satis patere videtur,
quod Diabolus non possit facere mulierem, vel
masculum abnegare Deum, committere homi-
cidium, vel aliud malum facere, nisi ex speciali
permissione diuina.

Probatum etiam hoc aliunde: quia, ut scribit
idem Gregorius in 18. suorum moralium: omnis vo-
luntas Diaboli iniusta est: tamen Deo permittente om-
nis potestas iusta: &c.

Et idem Gregorius in 3. Dialogorum inquit:
Malignus spiritus cogitationi, locutioni, atque operatio-
ni nostræ semper assistit, si forte esse quid inueniat, unde nostris assistat
apud examen æterni iudicij accusator existat: &c. Dæmon.
† Et sic spiritualiter, non corporaliter assistit
nobis Dæmon.

Sed præterea ratione probatur, quod non libe-
ro voluntatis arbitrio adest Dæmon aduocanti: Dæmones non
ad sunt aduo-
canti pro ar-
bitrio.
quia si pro libera voluntate possent Dæmones
nocere, & malè persuadere in corporibus assum-
ptis, quod non solum mulieribus, sed etiam viris
persuaderent hæreses, & sanctæ fidei nostræ ab-
iurationem, & omnia mala: quod tamen regu-
lariter non contingit.

Item quod viris bonis, & pijs, nocerent, quod ta-

Angeli qua-
siter dicantur
comedere.

Ioan. 10.

Qui detinentur
Dæmones
vsque ad diem
iudicij.

men non faciunt: quia certum est bonos, pios, & iustos securos esse ab incursionibus Dæmonum: nam vt dicit Hieronymus *in vita B. Anonij*, iustus non subiacet Dæmoni.

Et generaliter concludo, quòd licet de potestate Diaboli scribat Iob *in 41. c. 3.* † *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei:* tamen ista est signata à potestate diuina & bonitate. Et dicit Augustinus *in 11. lib. super Genesim*: *Habet Diabolus magnam cupiditatem nocendi: facultatem autem non, nisi quæ datur à Deo.* Ex paulò post subiungit Augustinus: *Deus singulos malos supponit bonis, & malorum improbitas, non quantum nititur, sed quantum fuit, potest.*

Magna est Dæmonis potestas, & magna eius cupiditas ad nosendum.

Vnde non semper quando vult Dæmon potest assumere corpus humanum, ad persuadendum ea, quæ fatuæ mulieres confitentur.

Et illud est certum: quòd etiam si liberè & absolute assumerent Dæmones corpora, & formam humanam (quod negatur) † tamen numquam apparerent, quin terrent: & sic non libenter & faciliter inuocarentur: quia etiam Angeli boni siue Angeli lucis terrent. Patet in Angelo, qui apparuit Zachariæ patri Ioannis Baptistæ stante à dextris altaris incensi, quo viso turbatus est Zacharias: quem confortans Angelus dixit: *Ne timeas Zacharia.*

Et similiter mulieres euntes ad monumentum, prout scribitur Marci ultimo cap. *Cum viderent inuenem sedentem in dextris, cooperitum stola candida, obstupuerunt valde: qui dixit illis: Nolite expanescere.*

Simi-

Similiter etiam Angelus, qui comitatus est filium Tobiae, compulit Tobiam & filium eius admirari, & ab illis recedens dixit (prout legitur Tobiae 12.) *Pax vobis, nolite timere:* si sic est in Angelo lucis, multò magis, & multum maiorem timorem incutit Angelus reprobus & tenebrarum: scribit tamen Iacobus de Voragine *in vita Ioannis Baptistæ*, quòd bonorum Angelorum est proprium ex sua visione terribus verbis benignis consolari: mali autem Angeli illis, quos terribus senserint maiorem timorem incutiunt; vnde non facile est, nec possibile, etià nisi ex speciali permissione diuina, Dæmonem assumere corpus, & apparere indoctibus illam.

† Ad illa autem quæ dicebam heri per artem magicam socios Vlyssis versos à Circe in belluas: & per artem magicam homines verti in bruta: Domini mei, sciendum, quòd beatus Augustinus *in præallegato 18. lib. de ciuitate Dei* multa & multa miranda dicit de his transmutationibus: tandem tenet ibi & concludit, quòd ista non fuerunt facta realiter: & illæ transmutationes non fuerunt veræ essentialiter, quamquam illusionem Dæmonum demonstrarentur esse.

per artem magicam homines non possunt conuertere in bruta animalia.

Idem concluditur in vitis Patrum vbi agendo † de miraculis sancti Macharij dicitur, quòd quedam puella fuit ducta ad sanctum Macharium, quam parentes eius dicebant arte magica factam equam sic & taliter, quod omnes videntes eam dicebant esse equam: his respondit amicus Dei, quòd ipse non videbat equam, sed puellam: non enim poterat ipse à Dæmonibus illu-

B. Macharius Dæmonis fallaciam soluit.

di: post hoc introduxit vna cum parentibus puellam in cellam suam, orans deuotissime Deum, vt ipse talem monstraret parentibus, qualis sibi videbatur, & repente fugata Dæmonum fallacia, omnibus apparuit puella ipsa in forma sua propria hominis: ex hoc aperte demonstratur, quod non realis mutatio illa fuerat, sed illusio oculorum per Dæmonum fallaciam causata.

Transmutationes, quas narrant historici & Poeta, qualiter factæ intelligi debeant.

Quotiescumque igitur huiusmodi transformationes & mutationes leguntur apud historicos poetas, semper intelligamus apparenter, non essentialiter factas: sicut videmus in furiosis & ebriis, qui sepe & sæpissime aliud pro alio existimant: non enim est difficile Dæmoni, vt Theologi volum, ex speciali permissione diuina demonstrare, quod homo sit bos, vel lupus: quia non sinit veram rem ad oculos peruenire.

Et ¶ Cæcus Esculanus super tractatam sphaera, qui plene incantationes Dæmonum dicitur nouisse, & potentias ipsorum, cum fuerint ei valde familiares, profuerit, quod Dæmones nequeunt humanum corpus vertere in brutum: nec possunt facere quod mortui resurgant: ¶ sed miracula possunt facere Dæmones per virtutem rerum naturalium nobis occultam, ipsi verò nouissimam.

Et ¶ alia etiam, quæ miracula videantur, possunt facere Dæmones: & hoc potest contingere duobus modis; vno modo ab intra: ¶ quia Dæmones possunt phantasiam hominum, & etiam sensus corporeos alterare, vt aliquid appareat aliter quam in veritate sit; & hoc etiam interdum

dum fieri dicitur per virtutes aliquarum rerum corporalium.

¶ Alio modo possunt Dæmones hoc facere ab extra, quia Dæmō potest ab aere corpus aereum sumere, & formā alicuius mortui, & sub tali forma apparere viuus: & istis modis contingit fieri illusiones à Dæmonibus.

Respondendo igitur ad propositum, cum dictum est, quod Circe transmutauit socios Vlyssis in belluas, dicendum est, quod hoc fuit apparenter, non realiter nec essentialiter: & id eo iure merito ¶ ars magica gentium illa diu fuit à Romanis exclusa & prohibita: nam in lege duodecim tabularum fuit prohibita, prout etiam refert Plinius in lib. naturalis historia, & iure merito: quia scribitur etiam 19. cap. Leuitici, ubi Dominus dixit: non declinetis ad Magos, nec ab arboribus aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos. Et sequitur in 20. cap. Vir sine muliere, in quibus Pythomeus, vel amirantibus fuerit spiritus morte moriantur, lapidibus obruens eos; sanguis eorum sit super illos.

Magica ars Romanorum lege prohibita.

Et iterum redeundo ad transmutationem sociorum Vlyssis in belluas, dicitur secundum sensum allegoricum, quod Circe fuit formosa meretrix, quæ hominum mores sua puichritudine variabat, adeo quod etiam modesti viri capiabantur, & declinabant in bestiales mores propter quod dictum est id esse fictum, quod Circe homines transformabat in belluas; id est, in bellunos mores; idem mutauit socios Vlyssis: quia in variis voluptatibus eos tenuit, quouique facundus Vlysses sua oratione eos reduxit ad notum

Circe dicitur socios Vlyssis in bestias conuertisse.

iter virtutis: nam vt Aulus Gellius dicit in primo lib. noctium Atticarum: in pecudum ferarumque numero habetur quisquis corporeis voluptatibus pressus est. Et Philosophus in 1. Ethicorum inquit: omnino bestiales sunt, vitam pecudum eligentes, & ita est: nam eos, qui dediti sunt passionibus corporeis & voluptatibus, dat Deus omnipotens in reprobum sensum 23. q. 4. ca. Nabuchodonosor. sed vt supra dictum est, † in talibus tamen semper remanet mens humana, hoc est, synderesis, id est, morsus conscientie semper repugnat quantum in se est, contra bestiales sensus seu contra bestialitates huiusmodi.

Synderesis
quid sit.

† Et nota, quod synderesis secundum Augustinum est naturale iudicatorium in quo sunt vniuersalia iuris diuini: & est quadam vis anime suprema secundum Hieronymum, quae semper remurmurat & repugnat contra mala: vt etiam hoc habes per Archidiaconum 26. q. cap. Episcopi.

Concludo itaque quod impossibile est per artem magicam mutari hominem in aliquam bestiam, seu in animal brutum. † Et qui credit aliquam creaturam posse transmutari in aliam creaturam, stultus est, & Pagano infidelior: dicto c. Episcopi.

Transmuta-
tiones vera
per miracula.

Sed per miracula vera & sancta verae sunt transmutationes. 1. q. 1. c. teneamus. † vt de vinga coram Moyle transmutata in draconem, quod non fuit illusio, sed fuit mutata natura; vt de consec. dist. 11. re vera, nam miraculum dicitur, quia mirum: quia est supra vires naturae, vel quoad factum,

factum, vel quoad modum: quoad factum, vt quod ad preces Gregorij Neocæsarien. legitur quidam mons retractus, & locum dedisse basilicæ ædificandæ: vt refert Archidiaconus 26. quest. 5. capit. nec mirum. quod mortuos etiam legitur resuscitasse beatum Petrum, vt habetur in actibus Apostolorum 9. capit. in fin. & 1. quest. 1. cap. teneamus, præallegato, & 23. quest. 8. cap. Petrus. & Luca 7. & 8. & de penit. dist. 1. §. Ex his itaque, aliis. §. denique. vers. in Evangelio. † Hæc sunt miracula, quia sunt super vires naturæ: quoniam de priuatione ad habitum non datur regressus via naturali.

Bizarium pos-
sunt fieri mi-
racula.

Miracula ve-
ra sunt supra
vires nature.

Fiunt etiam miracula quoad modum, vt in infirmis, quos in instanti Deus sanauit. & habetur in Evangelio Ioannis, Mathei, Marci, & Luca in multis locis. & Archidiaconus refert in dicto c. nec mirum. hæc sunt miracula bona.

Miracula
quoad modum
qualiter fiunt.

Sed redeundo ad propositum, † & concludo, plurima ex his, quæ continentur tales mulieres, de quibus supra, sunt impossibilia, vt putà quod conuertantur in mulcipulas; plura alia sunt verisimilia.

Franc.

In Ambr. de Vignate art. 1. quest. de Strigibus.

† *Circa primum, & cetera.*] Summa huius
Cpici articuli hæc est. Tria hinc po-
tissimum nititur concludere: primum, non
posse Dæmones liberè, & pro nutu, & arbitrio
suo exercere cum Lamis ea maleficia, quæ ab
ipsis narrantur secundum, ea tamen posse facere
Dæmones permittente Deo: tertium, impossibile
esse virtute Dæmonum vnâ creaturam in aliâ
transmutari: sed eas transmutationes, quæ à ple-
risque factæ narrantur, apparantes fuisse, non
veras. Quæ omnia ex disputationis serie suo loco
manifesta fient.

† *Et videtur, quod sint possibilis prædicta, &c.*] Ex his
argumentis non colligas protinus contrariam senten-
tiam profiteri Ambrosium, quoniam vt paulò antea
dicebam *commentario 1. seu num. ad quasi. Ambrosij no-*
stri sententia eius est Dæmones liberè, & pro nutu, & ar-
bitrio suo non posse hæc scelera exercere, nisi ex permis-
sione diuina.

† *Probat, quia Dominus interrogauit Dæmonem, &c.*]
De intellectu seu expositione huius auctoritatis vide B.
Thomam. 1. 2. q. 95. art. 4. *ad primum argumentum.* quam
etiam recitat Ambrosius *Tractatu de hæret. in responsione*
ad primum argumentum questionis septima, num. 34.

† *Et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.*]
Hoc permittit Deus optimus maximus. cum placet suæ
prouidentie, ob peccata hominum, qui veritatem in-
telligere non merentur.

† *Apparuerunt Abraha.*] Hoc habetur *Genesis cap.*
18. Vbi apparuerunt Abraham tres Angeli in forma
trium virorum.

† *Appa*

† *Apparuerunt etiam Angeli Loti & ciuibus Sodomorum.* Id habetur *Genesis cap. 19.* Vbi duo Angeli à Loti
hospitio suscipiuntur.

† *Prout scribitur in Tobia.*] Id habetur *Tobia cap. 5.*
Vbi Angelus Raphael Tobiam iuniorem ducit in Rages
ciuitatem Medorum

† *Pro quo adduco quod scribit Sanctus Augustinus, &c.*
De hoc dubio breuiter scribit B. Thomas 1. parte quest.
51. art. 3. *ad sextum argumentum,* vbi ait, impudentiæ vide-
ri, negare huiusmodi experimenta: cum multi hæc vera
esse fateantur. Plenius hæc prosequitur Iacobus Sprenger
in *Malleo Maleficarum* part. 1. quest. 1. & 4. & dicam paulò
post, *vers. item quod Dæmones corpe non possunt.*

† *Aliquando in forma magni Magistri.*] Id est in for-
ma præsidis siue regis: nam quisquis hæc diabolicam
sectam proficitur, adducitur ab eo, a quo instituitur an-
te tribunal Dæmonis, qui in solio quodam ad similiru-
dinem regis sedet. Dæmon enim se illi in figura quadam
visibili, & corporea ostendit, vt falsam maiestatem suam,
& imperium, emeatito quodam signo illis persuadeat.
ita Alfonso Castrus lib. 1. cap. 16. *de iusta hæret. p. 111.*

† *Quod quidam sacerdos reuertens suam domum, &c.*]
Pessima est eorum consuetudo, qui vel ob iram, vel ob
quamlibet aliam causam facile Dæmones vocant, exclamantes,
vt sibi præstent vel auxilium, vel aliquid alicui
nocuentum inferant: Dæmones enim cum habeant
obstinatâ voluntatē in malo, vt grauius & verè docet B.
Thomas 1. par. q. 64. art. 2. paratissimi sunt ad nocendum:
quare cauendum est ab hac incauta Dæmonum inuoca-
tione, ne forte permittat Deus ob peccata nostra, vt Dæ-
monis potestas soluat, & grauius inuocantibus no-
ceat.

† *Quia videmus quotidie maleficia fieri aduersus coniu-
gatos, & alios, &c.*] Hoc est verissimum, & quotidiana
experientia comprobatur, adeo vt maleficium inter im-
pedimenta matrimonij numeretur à Theologis, lib. 4.
Sentent. dist. 34. & a canonistis in *tit. de frigidis & malefici-
ciatis in Decretalibus, & in cap. 1. per sortiarum. 33. q. 1.* qui-
bus locis latè de hoc maleficij genere disputant docto-
res. adde Iacobum Sprenger in *Malleo Maleficarum* part. 2.

quæst. 1. cap. 5. & seq. Paulum Grillandum tract. de Sortile-
gijs quæst. 6. & Alphonsum Castrum lib. 1. cap. 15. de iusta
hæret. punit.

*Maleficis con-
tra coniuga-
tos multis mo-
dis sunt.* Hæc autem maleficia, quæ aduersus coniugatos & a-
lios sunt, ne possint actiua venereum exercere, multis
modis permittente Deo fieri possunt tam ex parte De-
monum, quam ex parte Maleficorum, qui Dæmonum
potestate funguntur. Ac Dæmones quidem variis hæc
artibus perpetrare possunt: primò mouendo hominis
phantasmata ad illusionem: vti tale phantasma scæminæ
obijceret ut, quod sibi redderetur horrificum vel tactu vel
visu membrum genitale viri. Secundò possunt per ean-
dem specierum alterationem inuisam & exosam vxorem
viro reddere, & virum scæminæ. Tertiò possunt per solâ
motum impedire virile ne erigatur, aut erectum relaxa-
re, ne opus venereum possit vel inire, vel absoluerè. Quar-
tò possunt tempore breuissimo & actu citissimo appli-
cando actiua passiuæ, & instrumentum scæmineum indu-
rare, & iunbos viri in frigidare, & spiritus illos, quibus
instrumentum erigitur, exufflare & dissipare. Possunt itè
permittente Deo; per venena vel aliam herbarum appli-
cationem, generatricem virtutem in viro exsiccare, &
conceptricem in scæmina. Denique multis alijs incogni-
tis modis hæc maleficia perpetrare possunt.

Ad hæc verò maleficia, exercenda Malefici credunt
se posse compellere Dæmones, cum in eo valde deci-
pantur: homines enim nisi diuina virtute muniti, nulla
arte valent inuitos Dæmones trahere, aut tenere, aut ad
aliquod opus faciendum compellere. Dæmones autem
vt facilius homines ad se alliciant, fingunt se eorum oble-
quio esse addictos, & imperio eorum premi ac cogi. sed
de hoc vide omnino quod scripsi lib. 2. commentariorum
in Directorium super quæst. 42. §. Annulum, vel speculum.

Iam illud hoc loco breuiter inquirendum est, videli-
cet quo pacto hæc maleficia dissolui possint. Et cum ma-
leficiati hæc sæpissime, Deo permittente, patiantur ob-
peccata sua, idèd optimum remedium est, vt contrito
corde sese ad Deum conuertant, precibusque tam ipsi
pro se, quam alii pro ipsis diuinam misericordiam im-
plorent: item exorcismorum beneficio vtantur. de quo

1 in dicto

in dicto cap. si per fortiaris. 33. q. 1. ita scriptum est: Si per
fortiaris atque maleficus artes, occulto, sed nunquam
inuito Dei iudicio permittente, & Diabolo preparante,
concupiscit non sequitur, hortandi sunt: quibus ista eue-
niant, vt corde contrito, & spiritu humiliato, Deo & sa-
cerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem
faciant, & profusis lacrimis, & largioribus elemosynis,
& orationibus atque ieiunijs Domino satisficiant: &
per exorcismos, sc. cetera ecclesiastica medicina munita
ministri Ecclesiæ, tales quantum Dominus annuerit, qui
Abimelech ac domum eius Abrahæ orationibus sanauit,
sanare procurent. Hactenus ibi Refertque suo in Decre-
to par. 8. cap. 194. & de hoc articulo vide plenè per Iaco-
bum Sprenger in Malleo Maleficarum par. 2. quæst. 2. cap.
2. & seq.

Postremò sciendum est in hac causa, nullo pacto lice-
re vnum maleficium per aliud maleficium dissoluere.
hæc est communis sententia Theologorum lib. 4. de ven. et.
dist. 34. vbi B. Thomas quæst. 1. art. 3. & Ioannes Mator
quæst. 2. Syluester in summa verbo, maleficium quæst. 8. Al-
fonsus Castrus lib. 1. cap. 15. de iusta hæret. punit. & alij quos
gratiâ breuitatis omitto. quamobrem nullo pacto licet
Dæmones invocare, aut magicos seu incantatores adire,
vt illi illata iam maleficia per alia maleficia dissoluant.
Primum quoniam hoc sponte natura malum est, nullo
ergo pacto id admittere licet. Rursus Dæmones hostes
nostri sunt, nullamque nobis fidem nisi in nostram per-
niciem seruant. Præter à non sunt faciendâ mala, vt in-
de inueniant bona: huc spectat cap. qui sine saluatore. 26.
q. 2. hæc verò propositio quod maleficia liceat dissolui per
alia maleficia, tamquam erronea fuit damnata per facul-
tatem Theologicam Parisiensem anno Domini 1318.
in hæc verba: Sexid quod licitum sit aut etiam permittendum,
maleficia maleficijs repellere, error. Hæc ibi.

Tandem vt nihil in hac causa parum explicatum re-
linquamus hoc etiam omnino addere oportuit, non mo-
do non licere vnum maleficium per aliud repellere (vt
hactenus ostensum est) sed nec licere vti opera malefici
ad tollendum aliud maleficium, etiam si paratus sit male-
ficus ille ad excecendum maleficia, hæc est etiam com-
munis,

munis,

Genes. 20.

Maleficium
maleficia dis-
soluere non li-
cet.

munis, vera, & omnino tenenda sententia, quam profertur Alfonso Castrus *lib. 1. cap. 15. de iusta heret. pmi.* Dominicus Sorus *lib. 4. Sentent. dist. 34. quest. 1. art. 3.* Iacobus Vngarellus apud Angelum Clauasium *in summa*, verbo, *superstitio*. §. 13. & alij, quos studio breuitatis omitto. hæc inquam est communis & vera sententia, quam preteritati sequuntur aduersus Aureolum *lib. 4. Sentent. dist. 34. q. 2.* & Angelum Clauasium *in dicto* §. 13. Rationes validissimas, quibus hæc sententia nititur, vide apud doctores proximè citatos.

Ex his omnibus refertur verissimè decisio textus *in l. corum. C. de malef. & mathemat.* Bartoli & aliorum interpretum iuris civilis *ibidem*, Baldi *in l. 1. C. e. tit.* assentire licere vti maleficijs ad alia maleficia auerrenda. Immo verò præcitata *l. corum C. de malef. & mathemat.* velut iniquam iam olim iusto iudicio condemnauit Leo Imperator cognomento Philosophus per constitutionem quandam Græco sermone conscriptam, quam nunc latinam habemus. estque mihi inter constitutiones huius Imperatoris *nu. 65.* cuius initium est: *Qui propter temulentorum, &c.*

† *Et dicit Isidorus in 8. Etymolog. lib. (9c.)* Id habet Isidorus *lib. 8. Etymologiarum. cap. 9.* cuius verba ita habent: Fertur & quædam Maga famosissima Circe: quæ socios Vlyssis mutauit in bestias. hæc tamen Isidorus Ambrosius verò paulò post copiosè demonstrabit has non fuisse veras transmutationes, sed tantum apparentes, & illusionibus Dæmonum fabricatas.

† *Et in Exodo legitur quod Magi Pharaonis, (9c.)* Hæc historia habetur *Exo. li. cap. 7.* ea verò notissima est, & ob id à me omittetur. qualiter autem Magi Pharaonis illa per incantationes suas fecerint, quæ Scriptura commemorat præcitato loco, copiosè exponunt Theologica speculatio non est præsentis loci, nec nostræ breuitatis vide B. Thomam *par. 1. q. 110. art. 4. & 2. 2. q. 178. art. 2. & lib. 3. aduersus Gentiles cap. 104. & multis sequentijs.*

† *De Arcadibus legitur quod Arcades, (9c.)* Hoc scribit B. Augustinus *lib. 18. de ciuitate Dei. c. 17. & 18. c. eiusdem lib. ait ita: Mandatum quo est litteris à dijs vel potius Dæmonibus Arcades in luxus solere conuerti.* Hæc ibi. De Arcadibus

Strigibus hoc etiam reperio apud Isidorum *lib. 8. Etymologiarum. cap. 9.* Legitur, inquit Isidorus, de sacrificio, quod Arcades Deo suo Lyceo immolabant, ex quo quicumque sumerent in bestiarum formas conuertebantur. Hactenus ille.

† *Seisum in astrum fuisse conuersum (9c.)* Tam monui paulò antea Ambrosium, paulò post ostensurum has non fuisse veras transmutationes, interim videto quid de hac re scribat Alfonso Castrus *lib. 1. cap. 14. de iusta heret. pmi.* ubi & hæc refert, & qualiter sint intelligenda, declarat.

† *In contrarium facit secundum veritatem (9c.)* Reuocandum est in memoriam, quod dixi supra *num. 1. sub initium questionis nostræ de Lamis*, ut hæc quæ nunc subsequuntur intelligantur: nam hic iam videtur Ambrosius ostendere Dæmones re vera non posse pro nutu & arbitrio suo ea maleficia & opera cum Magis exercere, quæ ipsi commemorant: posse tamen ea perpetrare ex permissione diuina: excepto, quod paulò etiam post demonstrabit, videlicet eos non posse vnâ creaturam in aliam transmutare. Hæc est sententia huius auctoris, ut aperitissimè colligitur ex serie totius disputationis; quæ & communis est, & vera, & communi theologorum consensu recepta. non ergo negat Lamias posse corporaliter deferri per longa locorum interualla, aut alia quæ cum ipsis geruntur: sed cuncta hæc non posse liberè per Dæmones exerceri, nisi Deus optimus maximus id permittat.

† *Angelus & Diabolus sunt substantiæ incorporeæ.* Vide B. Thomam *1. par. quest. 51. art. 1. & ibi. Caietani.* & Theologos scholasticos *lib. 1. sent. dist. 8.* Burchardus *lib. 1. decretorum. cap. 88.* ex dialogo Gregorii hoc affert decretum: *Dic quæso te, apostatas spiritus à celesti gloria delectos, corporeos an incorporeos esse suspicaris? Petrus. Quis sanè sapiens, esse spiritus corporeos dixerit?* Hactenus ibi.

† *Item, quod Dæmones eire non possint etiam si ex permissione diuina, (9c.)* Hoc quod Ambrosius refert hic, ad incubos & succubos Dæmones referendum est, de quo magna est controuersia inter graues auctores, videlicet an sit verum quod Dæmones actus venereos exercent in assumptis corporibus, nunc forinam viro-

Dæmones incubi & succubi an coeant & quomodo.

virorum, aliis formam seu figuram foeminarum assumptas. & Ambrosius hic significare videtur omnino esse impossibile, ut Dæmones coeant, etiam si ex permissione diuina corpora crassa assument: hoc ipsum sub dubio videtur relinquere Beatus Augustinus *lib. 15. de ciuitate Dei cap. 23.* & alij. Sed Beatus Thomas *par. 1. quæstio 5. art. 3. ad sextum argumentum.* & Iacobus Sprenger *in Malleo Maleficarum par. 1. quæst. 1. cap. 4.* & Bartholomæus Sybilla *in Speculo peregrinarum quæstionum, quæst. 2. secunda tertia Decada,* & Alfonso Castus *lib. 1. cap. 16. de iusta hereticorum punitione,* & alij de hac re non ceasent dubitandum. quodiam verò res hæc ad credendum videtur difficilis, propterea quid de hoc articulo sentiendum videatur libenter explicabo, iuxta mentem præcatorum doctorum.

Dæmon ergo qui harum rerum inferiorum proprietates bene notas habet, potest aërem condensare, & ex illo aut ex aliqua alia materia corpus conficere, illudque in figuram hominis, aut alterius animalis disponere. Quo corpore confecto licet illi nullam animam dare possit, potest tamen circa motum localem omnia illa operari, quæ operaretur anima si esset in illo: nam potest mouere manus, pedes, linguam ad locutionem, erigere membra genitalia, ut apta esse videantur ad coitum, & totum denique corpus mouere, sicut viri cum mulieribus coeantes mouere solent. tamen verò hæc omnia fecerint, semen tamen ex corpore illo emittere non possunt: quia semen illud (ut physici & medici docent) est pars substantiæ, quæ ex cibo optimè digesto remanet, illa scilicet quæ proxima est, ut convertatur in sanguinem: corpus autem illud phantasticum cum sit præter animatum, non potest cibos concoquere, nec vllam illorum facere digestionem: vnde consequitur, ut nec semen vllum habeat, quod emittere possit, dum coite nititur cum foemina: Necessarium est igitur, ut cum Dæmon coit cum foemina mediante illo corpore phantastico à se; Deo permittente, fabricato, ex alio corpore humano semen illud extorqueat, ut illud in vas muliebri emittere possit. Foemina verò præstigijs Dæmonis illa putat semen illud à Dæmone incubo ex proprio corpore emit-

ti. Dubium autem non est, quin foemina possit ex illo semine concipere, ut præcitati vno ore admittunt. Si verò contingeret concipere, proles inde nata non esset dicenda filius illius Dæmonis concubentis, sed potius filius illius hominis, à quo Dæmon extorsit semen, quod in vterum foemine immisit, ex quo conceptus ille subsecutus est. ita docent præ ceteris B. Tho. & Alfonso Castus proximè citati. Ambrosius verò hic non negat hanc communem sententiã, sed idem profus sentit, ut eius ratio demonstrat.

Incubum Dæmonem vocant doctores eum, qui in figura viri concumbit cum foemina; succubum verò appellat eum, qui in forma & figura foemine supponitur viro coeunti, à quo accipit semen, quod cum sit incubus transfundat in vterum foemine. Larvæ autem sæpe experiuntur huiusmodi Dæmones incubos & succubos, ut constat ex earum confessionibus, & ex his remanet apertus hic Ambrosij locus.

† *Item, quod non possit Diabolus loqui, &c.* Hic locus eodem modo intelligendus est, ac proximè præcedens: nam cum Dæmones sint spirituales substantiæ corporibus carentes, manifestum est, quod ex proprietate sue nature non possunt eos actus exercere, qui exercentur per instrumenta corporis organici, & propterea consequitur, ut si in assuptis corporibus loquantur, palpent, emittant semen, & similia faciãt, tales actus naturaliter nec sunt Dæmonum, nec eorum corporum, à quibus mediante Dæmonibus exercentur. Angelus ergo bonus, vel malus propriè non loquitur per corpora assupta, sed est aliquid simile locutioni, in quatum format sonos in aëre similes vocibus humanis. Ita dicit B. Thomas *par. 1. quæst. 51. art. 3. ad quartum argumentum.* & iuxta hanc doctrinam accipienda sunt quæ hoc loco tradit Ambrosius; immò ipse etiam se ipsum explicat *in fine huius nu. ibi: Non est ille sonus propriè vocis. &c.*

† *Ulla non est vera comestio, &c.* In sacra scriptura Angeli aliquando comedisse leguntur, ut *Genesis cap. 18. ibi: Cumque comedisent, &c. & Tobia cap. 8. ibi: Et post hæc epulati sunt benedicentes Deum.* Qualiter autem intelligendi sint comedisse dubium est, & Ambrosius illam non fuisse veram comestionem apertè declarat hoc loco; cui omnino

Dæmones
coeantes non
possunt ex cor-
poribus assum-
ptis semen e-
mittere.

Semen ex alio
corpore assu-
mant Dæmo-
nes ad coitum

Incubi & suc-
cubi Dæmo-
nes qui.

Comedere non
conuenit An-
gelis.

nino consentit B. Thomas in 1. par. quæst. 51. art. 3. ad quin-
 tum argumentum cuius hæc sunt verba: *Ad quintum di-
 cendum, quod nec etiam comedere, propriè loquendo An-
 gelis conuenit, quia comestio importat sumptionem
 cibi conuertibilis in substantiam comedētis. Et quantum
 in corpus Christi post resurrectionem cibus non conuer-
 teretur, sed resolveretur in præiacetam materiam: tamen
 Christus habebat corpus talis naturæ, in quod posset ci-
 bus conuerti: vnde fuit vera comestio. Sed cibus assump-
 tus ab Angelis neque conuertebatur in corpus assump-
 tum, neque corpus illud talis erat naturæ: in quod pos-
 set alimentum conuerti: Vnde non fuit vera comestio,
 sed figuratiua spiritalis comestionis. Et hoc est quod
 Angelus dixit Tobia 12. Videbar quidem vobiscum ma-
 ducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab
 hominibus videri non potest, vtor. Abraham autem ob-
 tulit eis cibus, existimans eos homines esse, in quibus
 tamen Deū venerabatur, sicut solet Deus esse in Prophe-
 tis, vt Augustinus dicit: 6. de ciuitate Dei. hæcenus ibi
 B. Thomas: ex quibus apparet veram esse Ambrosij sen-
 tentiam hoc loco, quæ etiam lumen declarationis acci-
 piet ex traditis per eundem B. Thomam quodlibet. 3. q. 2.
 art. 5.*

Christus post
 resurrectionē
 qualiter co-
 mederit.

Dæmones ad
 quem locum
 detrusi sunt
 post lapsum.

† Tamen regulariter in tenebroso aëris carcere detinentur
 Dæmones vsque ad diem iudicij, &c.) Adhuc persulit Am-
 brosius in suscepto instituto, vt videlicet probet Dæmo-
 nes non pro libero voluntatis arbitrio perpetrare que-
 cumque malicia, quotiens & quando volunt: id autem
 probat hoc medio; quia Dæmones, inquit, tamen compe-
 ra assumere possunt ex permissione diuina, non prop-
 ter liberrimè quicquid cupiunt eos facere concluden-
 dum est: quoniam regulariter in tenebroso aëris carcere
 detinentur vsque ad diem iudicij. In his Ambrosij verbis
 hæc vertitur quæstio, An Dæmones omnes cum primùm
 peccauerunt, detrusi fuerint ad infernum, an verò reman-
 serint in superiori aëris regione, seu in aëre caliginoso
 de hac quæstione agit Magister sentent. lib. 2. dist. 6. §. 2.
 enim. & ibi doctores scholastici, & B. Thomas in 1. par.
 quæst. 64. art. 4. & alibi. horum conclusio est, Dæmones
 vsque ad diem iudicij remansisse prope nos in hoc aëre
 cali-

caliginoso ad nostram exercitiam; licet eorum aliqui
 nunc in Inferno sint ad torquendum eos, quos ad malum
 induxerunt, post diem verò iudicij omnes mali tam ho-
 mines, quàm Dæmones in Inferno erunt. Hanc senten-
 tiam videtur comprobare illud Iudæ Apostoli in Epistola
 sua Canonica cap. unico, vbi hæc sunt verba: *Angelos
 verò qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquē-
 runt suum domicilium, in iudicium magni Diei, vinculis
 æternis sub caligine reseruantur.* hæcenus ibi. Item illud
 Petri Apostoli in Epistola canonica 2. cap. vbi ita scriptum
 est: *Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed
 videntibus inferni detractos in Tartarum tradidit crucian-
 dos in iudicium reseruari.* hæc ibi. tamen ergo in hoc aëre
 caliginoso remanserint ad exercitiam nostram, non ta-
 men liberam habent nocendi potestatem: sunt enim
 quasi alligati vinculis & constricti, nec nisi ex permissio-
 ne diuina dissoluuntur. atque hoc nititur Ambrosius do-
 cere hoc loco.

† Et sic spiritualiter, non corporaliter assistit nobis Dæmon.] *Assistentia*
 Hoc dictum iuxta præcedentia, & consequentia intelli- *Dæmonum*
 gendum est: nam spiritualiter assistit nobis Dæmon ex *spiritualis &*
 propria natura, corporaliter autem ex permissione diui- *corporalis.*
 na, in assumptis corporibus, eo modo quo hæcenus di-
 ctum est.

† Non solum mulieribus, sed etiam vivis persuaderent, &c.)
 Et re vera certum est non modo feminis, sed etiam vi-
 ris persuadere Dæmones hæc scelera quæ numerat hic
 Ambrosius, & quæ copiosius retulit supra num. 1. & 2. sub
 initium quæstio. & ingenuè tamen fatendum est, plures
 esse sceminas, quæ hanc diabolicam sectam profiteantur,
 quàm viros. Cuius rei multiplex causa assignari potest.
 prima est nimia & facilis mulierum credulitas, ob quam
 sexus muliebris non difficulter decipitur, quam cum op-
 timè intelligat Dæmon, frequentius sceminas per fraudes
 & fallacias aggreditur, quàm viros: nam Euam primam
 omnium matrem Dæmon seduxit: & ob hanc causam B.
 Paulus 1. ad Timot. 2. non permittit mulierem docere. &
 in concilio Carthaginiensi 4. cap. 99. scriptum est ita, *Mulier,
 quamuis docta & sancta viros in consuetu docere non presu-
 mat.* hæc ibi. Refert Iuo in Decreto part. 8. capituli. 234.

& Gratianus in cap. mulier. dist. 23.

Altera causa esse potest earundem mulierum fragilitas, & ad libidinem pronitas: sunt enim mulieres proniores ad libidinem, quam viri. præcipuus autem scopus Maleficarum dum eam damnatam artem profitentur, est carnis voluptas, quam dicunt se experiri maximam cum Dæmonibus incubis, dum in figura virorum seu amatorum suorum cum ipsis nefarie commiscantur. Ambrosius verò hic non dicit nullos decipi viros, sed regulariter nō tot viros decipi ac faminas; quod & verum est ob causas relaxas.

Maleficarum
scopus carnis
voluptas.

Ultima reddi potest de hac re causa illa, quam tradit Tiraquellus in nona lege connubiali, num. 30. 31. videlicet, quòd faminae sint multum superstitiosæ, & ad novas sectas promptæ. id quod latè demonstrat ibi more suo Tiraquellus, eam videto.

† Item visis bonis, & pijs nocent, &c. Nituntur equidem Dæmones omnibus modis nocere viris pijs, & iustis, ut eos à via recta deturbent, sicut historiae de vitis sanctorum virorum plenissimè testantur: illi tamen auxiliante Deo, immoti manentes perferunt Dæmonum tentationes, & eas superant. quòd si Dæmonis potestas soluta esset & libera, non dubium quin gravissimè pijs viris & sanctis nocerent Dæmones: exemplum extrat in Iob & alijs sanctis.

† Non est super terram potestas, qua comparetur ei. Integra periodus huius auctoritatis ita habet: Non est super terram potestas, qua comparetur ei, qui factus est, ut nullum timeret. hæc ibi, huius loci variae sunt versiones, variae quoque expositiones: sed de Dæmonis potestate communiter solet accipi. B. Hieronymus, siue quisquis ille est, cuius sub B. Hieronymi nomine commentarij in Iob circumferuntur, in hunc locum pulchrè scribit in hæc verba: Nulla creatura est tanta potentia, siue peccatrix creatura tanta malitia: & ideo in utraque re nullus ei poterit comparari. Propria voluntate liberi arbitrij sui in superbiam elatus factus est: id est, ita sui malitiâ depravatus est, ut nullum timeret, nec ipsum Dominum Deum creatorem suum. Timet quidem ut malus servus & peccator, sed non habet in se dilectionis Dei timorem. hæc ibi.

Potestas Dæ-
monis.

† Tamen

† Tamen nunquam appareant, quin terreant. Hoc dictum verum videtur omnino; quoniam Dæmones aut nunquam, aut perquam rarò apparent inuocantibus; qui eos magnopere & miris modis terrent, ut consentur Magi ipsi, & Maleficæ mulieres: verum tamen non propterea inuocare desistunt, quoniam desiderium intelligendi & consequendi à Dæmonibus ea, quæ cupiunt ipsi inuocantes, superat timorem, quamquam sæpe etiam contingit, ut cum inuocantes Dæmones timorem & horrorem terre non possint, infelices casus patiantur.

† Ad illa autem qua dicebam heri per artem magicam socios Vlyssis verfos à Circe, &c. Ut ea quæ nunc sequuntur facilius intelligantur, reuocanda sunt in memoriam, quæ adnotauimus supra initio quæst. num. 1. nam ex tribus illis, quæ susceperat Ambrosius tractanda in primo articulo huius disputationis de Lamijs, nunc aggreditur postremum, videlicet impossibile esse virtute Dæmonum vnâ creaturam in aliam transmutari: sed eas transmutationes, quæ à plerisque factæ narrantur, apparentes fuisse, non veras. De hoc ergo articulo plenè agit hoc loco Ambrosius secutus B. Augustinum lib. 18. de ciuit. Dei. agit item Alfonso Castus lib. 1. cap. 14. de iusta hæret. punitione, Iacobus Sprenger in Mallo Maleficarum part. 1. quæst. 1. capit. 8. & alij: sed ab his intelliges copiosè quid tenendum sit in hac materia.

Iam ex tota hac disputationis serie hæc conclusio colligenda est: Non potest Dæmon, nec Magicus vllus Dæmonis ope adiutus transmutare homines essentialiter in lupos, asinos, aut qualibet alia bruta animalia: quoniam ad hoc non potest vllò pacto extendere se potestas Dæmonis. ad hanc assertionem probandam, multa & verè & subtiliter commemorat præcitati doctores, quæ nos gratiâ breuitatis libenter omitimus, cum facile inueniri possint suis locis.

Dæmon non
potest nec Ma-
gici omnes
transmutare
homines essen-
tialiter in
bruta.

† Vbi agendo de miraculis Sancti Macharij dicitur. Narratur in vitis Parrum, quòd iuuenis quidam puellam quandam ardentè amabat, eamque sollicitè & frequenter ad libidinem prouocabat: eam puellam, quia nunquam sibi voluit assentiri, Iudæus quidam Magus ad preces eiusdem iuuenis in equam conuertit, ut sibi abis-

que eam aspicientibus, videbatur. Ob eam causam ad B. Macharium virum singularis sanctitatis deducta est: qui cum aspiceret eandem foeminam se videre, non equam asseruit: quoniam vt recte dicit hoc loco Ambrosius, vir ille sanctus Dæmonis fallacia illudi non poterat. Macharius ergo sanctus fatis ad Deū precibus pro puella orauit, vt ea fallacia liberaretur, eaq; liberatā parentib. reddidit.

† *Et Cacus Efeulanus, &c.*) Hoc inducit Ambrosius ad probandam eandem conclusionem ex confessione & auctoritate eorum, qui Dæmones habuerunt familiares: qui etiam fatentur has transmutationes realiter fieri non posse.

† *Sei miracula possunt facere Dæmones, &c.*) Vt totus hic locus apertius intelligatur breuiter nobis hic agendum erit de proposita questione, An scilicet Dæmones possint facere miracula. primò illud est præfundum, quòd miracula verè & propriè loquendo, ea dicuntur, quæ sũt præter ordinem totius naturæ creatæ. ita B. Thomas par. 1. quæst. 110. art. 4. ad 2. argumentum. & quæst. 114. art. 4. eiusdem primæ partis. & ex hoc infertur, quòd vera miracula non possunt fieri nisi virtute diuina, operatur enim ea Deus ad hominum vtilitatem. ita tradit Thomas 2. 2. quæst. 178. art. 2. & tandem ex his concluditur, Dæmones non posse facere vera miracula. hæc verò sententia intelligetur ampliùs vera esse, ex requisitis ad veram rationem seu essentiam verorum miraculorum, quæ enumerat gloss. in cap. unico de reliquijs & venerat. sanctor. lib. 6. in verbo, sedis Apostolica. Ex his videtur refelli doctrina Ambrosij hoc loco dicentis, Dæmones posse facere miracula. Sed dicendum est, quòd miraculum quandoque capitur largè, pro eo quod excedit humanam facultatem & considerationem: Et sic Dæmones possunt facere miracula: quæ scilicet homines admirantur, in quantum eorum facultatem & cogitationem excedunt. Quamuis autem huiusmodi opera Dæmonum, quæ nobis miracula videntur, ad veram rationem miraculi non pertingant; sunt tamen quandoque veræ res: sicut Magi Pharaonis per virtutem Dæmonum veros serpentes & ranas fecerunt. ita scribit & verè B. Thomas in 1. par. q. 114. art. 4. & hoc ipsam vult dicere hic Ambrosius sub his breuibus verbis

Sed.

Sed quæret aliquis qualiter possint Dæmones res quandoque veras producere, & quas res producere possint, & quas verò non possint. Ad hoc respondet B. Th. loco proximè citato in hunc modum: *Dicendum quod materia corporalis non obedit Angelis bonis seu malis ad nutum, vt Dæmones sua virtute possint transmutare materiam de forma in formam: sed possunt adhibere quadam semina: quæ in elementis mixtis inueniuntur ad huiusmodi effectus complendos. vt Augustinus dicit, de Trin. & ideo dicendum est, quod omnes transmutationes corporalium rerum, quæ possunt fieri per aliquas virtutes naturales, ad quas pertinent prædicta semina, possunt fieri per operationem Dæmonum huiusmodi seminibus adhibitis: sicut cum aliqua res transmutatur in serpentes vel ranas, quæ per putrefactionem generari possunt. Ille verò transmutationes corporalium rerum, quæ non possunt virtute natura fieri, nullo modo operatione Dæmonum secundum rei veritatem perfici possunt: sicut quòd corpus humanum mutetur in corpus bestiale, aut quòd corpus hominis mortuum reuiuiscat. Hactenus B. Thomas.*

† *Et alia etiam, quæ miracula videntur, possunt facere Dæmones, &c.*) Hic locus in exemplari Ambrosij manuscripto deprauatus erat, sed eum emendauimus, vt est impressus, partim ex sententia, quam tractat, partim ex B. Thoma, quem hic sequitur Ambrosius tacito eius nomine par. 1. q. 114. art. 4. ad 2. argum. hoc ergo vult dicere: Quamuis Dæmones possint facere ea, quæ in proximo *Miracula Dæmonum ab* superiori commentario me 30. retulimus; non tamen possunt *intra.* corpus humanum mutare in corpus bestiale, aut vnum animal perfectum in aliud conuertere: ad hoc enim non se extendit potestas Dæmonis. Quòd si aliquando aliquid tale operatione Dæmonum fieri videatur, hoc non est secundum rei veritatem; sed secundum apparentiam tantum. Et hoc potest contingere duobus modis, quos hic Ambrosius explicat. hæc est eius sententia, vera quidem, & tuta.

† *Quia Dæmones possunt, &c. sensus corporeos alterare, vt aliquid appareat aliter, &c.*) His modis relatis hic ab Ambrosio veteres illos Magos à Poëtis celebratos in varias sese figuras transmutasse arte Dæmonum credendum est: sicut de Proteo retulit Vergilius lib. 4. Georgicorum in hæc verba.

Miracula quæ
dicantur.

Miraculis vox
largè sumpta
quid sit.

Protei transf-
mutatio.

Verum ubi correptum manibus vinculisq; te-
nebris:

Tum varia illudent species, atq; ora ferarum:

Fiet enim subito sus horridus, atraque tigris,

Squamosusque draco, & fulua ceruice Leana:

Aut acrem flammæ sonitum dabit: atque ita

vinculis

Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit.

Hac illo. Cui consentiens Ovidius lib. 8. Metamorph. ait:

Sunt quibus in plures ius est transire figuras,

Vt tibi complexi terras maris incola Proteu:

Nam modo te iuuenem, modo te videre Leo-

nem:

Nunc violentus aper, nunc, quem tetigisse ti-

merent

Anguis eras: modo te faciebant cornua tauri.

Sæpe lapis poteras, arbor quoque sæpe videri:

Interdum faciem liquidarum imitatus aqua-

rum

Flumen eras, interdum undis contrarius

ignis.

Hactenus ille, Has vero transmutationes non fuisse ve-
ras, sed apparentes Magorum præstigiis factas, ex eis-
dem Gentilibus colligere licet.

† Alio modo possunt Dæmones, &c. Et quemadmodum
potest Dæmon ex permissione diuina, assumere corpus
ex aëre cuiuscunque formæ & figuræ, & in eo visibiliter
apparere: eadem ratione potest circumponere cuiuscunque
rei corporeæ quamcumque formam corpoream, vt in
eius specie videatur. ita B. Thomas in 1. par. q. 114. art. 4.
ad 2. argumentum.

† At

† Ars magica Gentium illusua diu fuit à Romanis exclu-
sa, & prohibita. In legibus duodecim tabularum ita scri-
ptum erat: Qui malum carmen incantavit frugesque excantat-
rit coercetor. Hæc ibi. Plinius lib. 30. naturalis historia dum
loquitur de venefica Magia. legis quoque duodecim ta-
bularum meminit. ait enim ita: Extant apud Italas gentes
vestigia eius in 12. tabulis. idem Plinius. lib. 28. cap. 2. cum
probare niteretur magicarum incantationum aliquam
esse vim dicit, legum ipsarum in 12. tabulis verba hæc
fuisse: Qui fruges excantasset: & Qui malum carmen incan-
tasset. Huius quoque legis testimonium extat apud Sene-
cam lib. 4. natur. quæst. 4. Vlpianus in l. item apud Labeo-
nem, §. si quis Astrologus ff. de iniurijs. diuinatores coercen-
dos docet. Idem in l. 1. §. medicos. ff. de varijs. & extra ord.
sognit. id genus medicinæ, quod exercetur per exorcis-
mos, id est, vt ego interpretor, per incantationes, siue per
maleficia, omnino repudiat. ait enim ita. Non tamen si in-
cantauit (medicus videlicet putandus est) si imprecatus est, &
vt vulgari verbo impostum vtar, si exorcizauit: non sunt
ista medicina genera. Hactenus ibi. Iam Romani quoque
Imperatores multa latis, legibus Magicos coercerent,
vt in l. multi. l. nemo. l. nullus. C. de malef. & mathemat. sed
de his copiosè disseruit Ambrosius supra, ubi & nos di-
ximas, & quæ nunc repetit hic fufius sunt in superior-
bus declarata.

† In talibus tamen semper remanet mens humana, &c. Ex
tota disputatione satis constat verum esse quod hic tan-
dem concludit Ambrosius: cum enim Dæmones non
possint mutare homines in animalia, licet possint frau-
dulenter obijcere videntium oculis talia phantasmata,
quibus in animalia mutati esse videantur, relinquuntur
omnino, vt mens humana in eis semper remaneat. Idem
docuit B. Augustinus lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 18. cuius hæc
sunt verba: Nam & nos cum essemus in Italia, audiebamus
talitæ de quadam regione illarum partium, ubi stabularias
mulieres imbutas his malis artibus, in casco dare solere dice-
bant, quibus vellent se possent viatoribus, unde iniumenta
illico vertentur, & necessaria quæque portarent, postque per-
funtæ opera iterum ad se redirent, nec tamen in eis mentem
perij hostilem, sed rationalem humanamq; seruari. Hactenus

P 4

nus B. Augustinus.

† *Et nota, quod Synderesis, &c.* Synderesis habitus quidam est naturalis, qui dicitur nos instigare ad bonum, & mutuate de malo: in quantum per prima principia procedimus ad inueniendum, & iudicamus inuenta. ita scribit & verè B. Thomas *par. 1. quest. 79. art. 12.* ad quem recurrere oportet, vt hic Ambrosij locus de Synderesi apertius intelligatur. vide B. Augustinum *lib. 2. cap. 10. de libero arbitrio*, & B. Hieronymum in *Ezechielem cap. 1.*

† *Et qui credit, &c. stultus est, & Pagano infidelior*, dicto *cap. Episcopi.* Eandem illam conclusionem, videlicet impossibile esse vt virtute Dæmonum homines in bruta animalia verè transformentur, nunc probat Ambrosius *ex cap. Episcopi. 26. quest. 5.* quo loco ita scriptum est:

Strigimaga- *Quisquis ergo credit posse fieri aliquam creaturam, aut in rum error de malus, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam transmuta- specie, vel in alia similitudine, nisi ab ipso creatore, qui omnia tione in ani- fecit, & per que omnia facta sunt: procul dubio infidelis est, & malia. Pagano deterior.* Hæc ibi. Hoc decretum in vulgatis Gratiani exemplaribus concilio Anquirensi tribuitur. Alfonso Castrus *lib. 1. de iusta hæreticorum punitione c. 14.* circa finem concilio Ancyrano tribuendum censet. sed hæc aliàs. Burchardus *lib. 10. decretorum cap. 29.* & Iuo *par. 11. cap. 54.* decretum quoddam referunt huic valde simile, quod tribuunt concilio Agathensi *cap. 4.* tamen in concilio nondum inuenimus: id verò decretum ex Burchardo ita habet: *Perquirendum est si aliqua femina sit, qua per quasdam maleficia & incantationes mentes hominum se immutare posse dicat, id est, vt de odio in amorem, aut de amore in odium conuertat: aut bonam hominum, aut damnet, aut surripiat. Et si aliqua est qua se dicat cum Dæmonum turba, in similitudinem mulierum transformata, certis noctibus equitare super quasdam bestias, & in eorum consortio adnumeratam esse: hæc talis omnimodis scopis correpta, ex parochia eiciatur.* Hactenus Burchardus, a quo in paucissimis discrepat Iuo. Inter hoc decretum & illud, quod ex Gratiano paulò antea retulimus, hæc est differentia, quod in priori infidelis decernitur, qui credit posse fieri, vt aliqua creatura aut in melius, aut in deterius immutetur: aut ex vna specie, vel similitudine

Lamiarum error de equitatione & consortio Dæmonum damnatur.

in aliam transformetur: quod dogma verissimum esse præcedentia ostendunt: in posteriori verò decreto decernitur non esse credendum, vt de odio in amorem, aut de amore in odium mentes hominum transformentur. quæ res etiam est verissima: quoniam nec Dæmon, nec vlla sortilegia talem vim habent, vt compellant liberam hominis voluntatem ad amandam, vel odio habendam: ita & verè traduat Paulus Grillandus *tract. de sortilegijs. q. 3.* Alfonso Castrus *lib. 1. cap. 15. de iusta bar. punitione.* hæc enim sortilegia apta sunt potius ad inducendum furorem, quàm amorem. Id quod etiam Gentiles rationem naturalem secuti testantur: nam Ouidius *lib. 2. de arte amandi* ita cecinit:

*Nec data profuerint pallentia philtrea
puellis,
Philtrea nocent animis, vimq; furoris ha-
bent.*

Sed de his præter citatos, vide quæ fultus scripsimus *lib. 2. commentariorum in Directorum inquisitorum super questio. 43.*

† *Vt de virga coram Moysè transformata in draconem.* Vt apertius intelligantur, quæ hoc loco scribit Ambrosius vide omnino B. Thomam *par. 1. q. 114. art. 4. & 2.2. q. 178. art. 1. & 2.* Inde enim patebit, verissimam esse hæc Ambrosij doctrinam. ea verò ideò hic non repetimus, quoniam etiam ex antea dictis satis patent. iam distinctionem, quam hic ponit Ambrosius de miraculis quoad factum, & quoad modum plenius intelliges ex Archidiacono in *c. nec mirum. 26. q. 5.* cum omnino videro.

† *Hæc sunt miracula, quia sunt super vires natura.* Reclius loquitur Ambrosius hic quàm loquatur glossa in *cap. 1. de reliquijs & venerat. sanctorum, lib. 6. verbo s. dis Apostolica. circa finem.* vbi dicebat, quod ad naturam miraculi requiritur, quod sit contra naturam: sed exponendum est, vt hic loquitur Ambrosius: aut vt dixit B. Thomas in *1. par. q. 110. art. 4. ad secundum argumentum*, vbi ait, quod miracula simpliciter loquendo, dicuntur, cum aliqua fiunt præter ordinem totius naturæ creatæ.

† Et concludendo, plurima ex his, qua confitentur tales mulieres de quibus supra, sunt impossibilia, ut puta, &c. Hic locus est obseruandus ad tuendum Ambrosium, ne quis credat eum sentire, zambias nullo pacto ferri, corporaliter nam ipsas posse virtute Dæmonum in animalia bruta conuerti verissime diffictetur & negat, vt ex tota serie orationis patuit: corporaliter autem deferri posse de vno loco ad alium, & pleraque alia facere posse ex permissione diuina non negat auctor, nec hactenus negauit.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quæstionis de Strigibus

An depositio illius de se confessi, & etiam vnius, vel alterius, vel trium, vel quatuor mulierum, similia deponentium sit iudicium sufficiens ad torturam.

NVnc ergo iure merito transeo ad secundum articulum illius casus prædicti: & saepe euenit de facto: quia aliqui, qui dicunt se socios & socias, accusant alios vel alias mulieres, quod fuerunt participes in huiusmodi societate & cursu, vagando cum Dæmonibus & magistris eorum: † numquid huiusmodi testimonia sociorum vel sociarum, qui vel quæ dicunt huiusmodi fatuitates, sint saltem sufficientia iudicia ad torturam.

Arguitur ad partem affirmatiuam, primo per cap. in fidei fauorem, supra eod. vbi in fauorem fidei admittuntur

admittuntur excommunicati, socij, & participes criminis ad testificandum.

Secundo arguitur per l. 11. C. de hæret. vbi dicitur, quod leue indicium sufficit in crimine hæresis, vt probet quem hæreticum. pro hoc allegatur Inno. in cap. sicut. lo. primo. extra de simo. vbi dicit, quod licet in criminibus alijs requirantur probationes luce meridiana clariores, † tamen fallit in crimine hæresis, & simoniæ, vt sufficiant minores probationes per dictam l. 11. C. de hæret. ad idem allegatur Inno. in c. ad petitionem. in gloss. fin. de accusatio.

Item pro hoc facit, quia videtur standum libris & quinternis inquisitorum aliorum. cap. vt commiss. vers. necnon supra eod.

Et pro hoc quod sufficiant coniecturæ, & præsumptiones in probatione hæresis, facit cap. Coniecturæ & præsumptiones valent ad manifestandum. accusatus. in principio. & §. licet. & in dicto cap. in fidei fauorem, supra eod. vbi loquitur de coniecturis.

Et pro hoc, quod plerumque iudicetur per coniecturæ & præsumptiones facit, quod notatur in cap. literas. in cap. afferte. extra de præsumpt.

Et pro ista parte allegatur Hostiensis in summa huius tituli. §. qualiter deprehendatur hæreticus. vers. & quia inter sollicitudines. & vers. sequenti. qui incipit sed quod tu vocas leue.

Item pro hac parte facit, † quia licet regulariter socij criminis non sint interrogandi de socijs fin. de accusatio. tamen hoc fallere videtur propter gravitatem huius criminis, vt in præallegat. in fidei. & dicto cap. accusatus. §. licet. & in principio, & pro ista parte facit, quod notat gloss. in dicta l. fin.

An testimonium socij criminis, sit sufficiens iudicium ad torturam.

fin. C. de accusatio. quæ vult, quod licet socij dependentes de socijs criminis non plenè probent, tamen faciunt præsumptionem, quæ sufficit ad torturam: licet Cynus dicat præcedentem opinionem esse veriorē. & pro hac parte, quod isti socij vel sociæ hæresis, faciant indicium ad torturam allegat. l. qui ultimo. ff. de poen. & gloss. in l. 1. C. de custodia. & exhibit. reorum. quæ dicit, quod in omnibus exceptis, quod est illud, creditur socijs.

vehemens præsumptio quæle probationem faciat.

Itē pro hoc facit, quia tales socij vel sociæ, qui vel quæ dicunt se fuisse simul in cursu (vt appellant) videntur facere vehementē præsumptionē, dicto cap. litteras de præsumptio. & vehemens præsumptio est plena probatio. 3. 2. q. 1. c. dicit dominus. & 4. dist. c. fraternitatem. & de iudeis. c. si. & de præsumpt. c. afferre.

Et si dicatur, quod huiusmodi socij vel sociæ non faciunt plenam probationem, nec sufficiens indicium ad torturam, aliqua ex eis (vt supradictum est in casu proposito) confessæ sunt ad torturam positæ de iure vel de facto, & postea in earum confessione perseverarunt, & post dolorem, & extra locum torturæ: ergo ex confessione earumdem mulierum modo videntur posse condemnari de hæresi. l. 1. C. de confess. & l. proinde. ff. Aquil. & est gloss. in c. ad abolendam. supra eodem in vers. deprehensi.

In contrarium, & pro parte negatiua in casu supra scripto, quando consentitur prædicta, quod prædicti socij vel sociæ, non sufficiant ad probationem, nec sunt sufficientia indicia ad torturam, probatur

In ratificatione confessionis factæ in tortura quid obseruandum.

probatur: primò quia hoc crimen hæresis est de maximis criminibus, ergo vbi de maiori crimine agitur, & de maiori præiudicio, multò maiores & clariores probationes requiruntur. 7. quæst. ult. c. fin. 42. dist. cap. quiescamus. & argumento in l. fin. C. de probat. & quia hic agitur de morte vel de vita hominum. argumento in l. addidit. C. de appella. vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum. cap. vbi periculum. supra de electio. in hoc lib. & idē Archid. in dicto c. accusatus supra cod. in propriis terminis dicit, quod in hoc crimine hæresis probando non sufficiunt duo testes, & idē dicit in cap. fin in hoc cod. & de hoc faciam infra specialem quæstionem ad id allegatur Host. in summa huius tituli. §. qualiter. versic. ij.

In grauioribus criminibus. maiores & clariores probationes exiguntur.

Nec obstat dictum Inno. in dicto c. ad petitionem. quia ipse dicit tenuisse oppositum in c. iuam supra de testib. & istam opinionem secutus est Alber. in l. 1. C. de heret. ad idem allegatur glo. in dicto cap. ad petitionem. & pro hoc facit, quia si dicti socij vel sociæ sunt confessi de seipsis, iam sunt criminosi, idē non debet eis credi tamquam testibus criminosis, vt dicimus de seruis. l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæstionibus.

Socius criminis tanquam testibus criminosis, non est credendum.

Item isti socij vel sociæ dicunt se criminis participes, ergo non videtur eis credendum. dicta l. 1. §. si seruum. ff. de quæstio. & socius socium nō accusat. l. si filium. & ibi gloss. C. de liber. caus. & l. quoniam liberi. C. de testib.

Item quia videntur sibi vendicare locum suspiciones, & rationes, de quibus in l. fin. C. de accusat. & idē Salicetus, in dicta l. fin. cuius sunt hæc

ria

tria argumenta, dicit, quod talis confessio socij de socio non facit sufficiens indicium ad torturam sola; sed iuncta cum præsumptione præcedente: & hoc etiam voluit gloss. in dicta l. si quæ vult talem confessionem sociorum, aliam debere præcedere præsumptionem: & sic præsumptionem cum alijs.

Sed quid est opus verbis, quia textus est in dicto cap. in fidei fauorem supra eod. ibi: Ex verisimilibus coniecturis, & cetera, & ibi dum subdit: Ac alijs circumstantiis sic testificantibus falsa non dicere præsumantur. Sed sic est in casu supra narrato, quod licet Diabolus tentet hominem, & maxime mulierem dicente Domino ad serpentem. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius, & cetera. Genes. 3. cap. & Tob 7. scribitur: Malitia est vita hominis super terram. & licet scribat Augustinus in quodam eius sermone: Præmonitos vos esse volo, neminem super terram absque tentatione vitiorum, & cetera. licet (inquam) assidue tentet Diabolus hominem; tamen non sunt verisimilia ea, quæ supra dicunt dicti fatui & fatuæ, † imo quædam sunt impossibilia, ita quod neque præsumptiones præcedunt: neque præsumptio, neque coniectura est in his, quæ dicunt: impossibile est enim id quod aliqui vel aliquæ eorum confitentur, scilicet se verti in muscipulas, vel in alia bruta animalia: quia, *vo prædictum est*, impossibile est aliquam creaturam mutari in aliam creaturam, nisi à solo creatore.

Post supradicta igitur hinc inde argumenta concludendo, † dico, quod si prædicti socij confite-

Diabolus assidue tentat homines.

fitentur, quæ supra dicta sunt fore impossibilia, vt de transmutatione creaturæ in aliam creaturam; talis confessio sociorum nihil facit probationis, vel indicij; imò nec præiudicat ipsi confitenti, vt ff. de interrogat. actio. l. confessionibus. & l. si cuius. & l. qui seruum. & ff. de confess. l. qui Stichum. & notatur in cap. fin. in gloss. supra de confess. & habetur abundè in summa Hostiensis in iuu. de confess. §. qualiter intelligatur hæc regula.

† Si autem confiteantur possibilia, sed non verisimilia: tunc si confitentur incerta, puta quia fuerunt socij in cursu, ad committendum maleficia, & non dicunt quæ, & qualia, adhuc ista confessio non nocet. l. certum. ff. de confess. & l. prator edixit. ff. de iniurijs.

† Si verò dicunt crimina certa, vt puta se fuisse socios in criminibus homicidiorum, diuinationum, & sortilegiorum; talia crimina non pertinent ad Inquisitorem, vt dicto c. accusatus. §. licet. & §. sane. supra eod.

† Idem videtur si deponant se fuisse socios in illusionibus, de quibus in c. Episcopi. præallegato, quia non sequitur, Diabolus illudit alicui homini, ergo ille illusus est hæreticus: sicut patet in historia supra recitata de sancto Machario: nec sequitur, nec verisimile est, quod omnes illi, qui per illusionem Dæmonum putabant illam puellam conuersam in equam, essent hæretici, licet essent illusi à Dæmone.

Si autem prædicti socij sunt confessi aliqua de socijs in causa heresis proprie, verbi gratia, quia dicunt se omnes socios malè sentire de articulis

Fa sunt tradita per Bart. Paulum Camaleficia, & non dicunt quæ, & qualia, adhuc ista confessio non nocet. l. certum. ff. de confess. & l. os. in l. Menius ff. de legat. 2. ubi notant multa esse possibilia, que non sunt credibilia. Socij in criminibus certis.

Sociorum confessio de illusionibus.

De confessione sociorum in causa heresis. articulis

ticulis fidei, & de sacramentis: tunc verum est, quod in tali casu nunc excepto, admittuntur socij & participes. dicto cap. in fidei fauorem. si modo ex verisimilibus coniecturis, & aliis circumstantiis, & ex manifestis indiciis appareat eos vere dicere, & non aliter: ita dicit textus in dicto cap. in fidei fauorem. & in dicto cap. accusatus. sed quando deponunt non verisimilia, & non procedunt presumptiones & coniecture, non est dicendum, quod tales probent, & pro hoc optimè gloss. in cap. nemini. l. 5. quasi. 3. que vult, quod talis nominatio per assertos hæreticos noceat, si nominatus de hoc erat infamatus: & hoc ibi vult Barthol. Hispanus dicens, † quod numquam valet confessio socij criminis contra socium, nisi precedat aliqua presumptio contra eum. & pro hoc 2. q. 7. c. pagani. vbi hæretici vel infideles non possunt diffamare vel accusare fideles, & Christianos. & hoc est quod dixit textus in dicto cap. in fidei fauorem. & dicto cap. accusatus. & maximè quod non precedente aliqua suspicione † mulier possit diffamare vel accusare alium vel aliam de heresi, est valde absurdum; quia licet in fidei fauorem admittantur mulieres, tamen mulier est aliàs prohibita in criminalibus testificari. l. qui testamentum §. mulier. ff. de testa. & mulier dicta à mollicie animi & leuitate. cap. forus. supra de verisignific. & l. filia in orbitate. C. de inoffic. testamen.

Mulier an possit accusare.

Mulier à mollicie animi & leuitate.

Franc.

Franc. Peñæ

Nota in Ambr. de Vignate quæstionem de Lamiis.

† Numquid huiusmodi testimonia sociorum, & sociarum, &c. sint saltem sufficientia indicia ad torturam. De proposta quæstione plenè agunt passim criminalistæ, sed videntur doctores in l. fin. C. de quæstion. Canonistæ in cap. veniens. el. primo. de testibus. & in cap. 2. de confessis. Boërius decisione 319. Grammaticus decisione 28. Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 21. vers. sed pone. & Antonius Gomezius tomo 3. varia. resolut. c. 12. n. 18. & alijs alijs locis, quos omitto consultò. Ambrosius hoc loco vt in tota disputationis serie licet videre, multa distinguit capita, de quibus quid sentiendum videatur, suis locis dicitur à nobis. quantum verò ad hunc locum atinet, communis sententia est, quod testimonium vnus socij criminis solù non faciat indicium ad torturam contra socium, nisi alia concurrant indicia: vnus. n. solius socij criminis dictum, licet faciat aliqualem presumptionem, non est illa presumpcio sufficiens ad torturam. ita Cynus & alij in dicta l. fin. C. de quæstion. quod & præcitati testantur, ac præ alios Boërius. Huius opinionis ea potissimum est ratio: quia vnus testis de visu, & de actu propinquo, & sensu corporeo, ad hoc vt faciat indicium ad torturam, debet esse fide dignus, & omni exceptione maior, vt plenè & verè tradit Antonius Gomezius tom. 3. varia. resolut. cap. 13. & dixi copiosè in commentarijs ad Directorium Inquisitorum lib. 3. comment. 118. §. & hoc valet in civilibus. Cum ergo socius criminis non sit omni exceptione maior, inde fit, vt non faciat indicium sufficiens ad torturam, nisi alia indicia concurrant: & hanc sententiam optimè videtur rueri Ambrosius in tota hac disputatione: quam ego & veram puto, & securam. abest enim procul à periculo committendi aliquid iniuicium & incautum contra vitam hominis: neque enim quis facilè rapi debet ad torturam, cum inde multa incommoda consequi possint:

Testimonium faciens indicium ad torturam nunquam debeat esse.

Q

nam si fortassis is qui torquetur, cum tormentorum vim ferre non possit, confiteatur, & in confessione persistat, & inde condemnatur: non est dubium quin omnino debeat iudex cauere, ne facillè ad torturam deueniat. Est ergo superior sententia & secuta, & æquitati consona. Antonius tamen Gomezius *præcitato loco videlicet tom. 3. varia. resolut. cap. 12. num. 18.* contrarium videtur profiteri, asserendo solum socium criminis facere indicium ad torturam: eam sententiam subtiliter magis, quàm verè probare nititur: eam in hac parte, ob rationem paulò antè allatam, non facillè censeo recipiendam. monuisse sit satis. duo verò socij criminis, aut plures sufficiens indicium faciunt ad torturam, vt communiter tradunt præcitatum: numquid verò ad plenam probationem sufficiant, ex qua sequatur condemnatio, suis locis dicetur.

Confessio facta cum iuramento facit indicium contra socium.

Illud hîc adiungam, quod & diligentissimè obseruandum admonent Clarus & Gomezius *præcitatis locis*, quod ad hoc vt confessio socij probet contra socium, vt faciat indicium, oportet quòd sit facta cum iuramento: alias enim simpliciter facta absque iuramento, nec probat, nec facit indicium: quia non deponit tanquam testis & cum solemnitate requisita: licet enim quantum ad se ipsum sit reus: nihilominus dum deponit contra alium, fungitur vice testis; & ob id non est ei adhibenda fides, nisi cum iuramento.

† *Tamen fallit in crimine hæresis & simonia, vt sufficiant minores probationes.*) Tametsi Ambrosius non sequatur hanc opinionem, quòd scilicet in crimine hæresis sufficiant minores probationes, quàm in alijs, vt patet ex his quæ tradit paulò post. nihilominus, vt hunc locum illustremus, ne quis eius occasione fallatur, improbandam & refellendam hîc omnino duximus illorù opinionem, qui putant in crimine hæresis sufficere leuiore probationes. Paris de Puteo in *tract. syndicus, vt refert Carverius tract. de hæreticis num. 126.* dixit crimen hæresis probari ex signis etiam leuibus. Iustus Clarus in *§. hæresis. vers. habet etiam hoc crimen*, dixit ita: *Et inter cætera in causa hæresis sufficiunt minores probationes, quàm in alijs: hoc non modo ad inquirendum, sed etiam ad faciendum plenam probationem criminis.* hæc ille. Paridem de Puteo excusat Carverius *præcitato loco* dicens, eius dictum intelligi posse ita:

quòd leuia signa sufficiunt in crimine hæresis, vt quis torquetur, non vt condemnetur. Sed neque hæc excusatio videtur omnino vera, quoniam neque ob leuia indicia siue signa est in hoc crimine quis torquendus: sed magna esse oportet, ob rationem quam superiori proxima adnotatione dixi. de quo articulo plenissimè egimus cum Emerico in *Directorio inquisitorum par. 3. q. 61.* Iulij autem Clari sententia omnino est respuenda: quæ nec vllò iure nititur, nec vlla verisimili ratione roboratur: neque eam recepit vnuquam vsus indicantium in sacro tribunali inquisitionis. Sit ergo in hac causa firma & certa conclusio: In crimine hæresis plenissimæ & clarissimæ probationes requiruntur: nam si in alijs delictis hoc requiritur vt *l. sciant. C. de probatio. & l. qui sententiam. C. de procurat.* multò magis in hoc crimine, in quo quis & criminaliter condemnatur & ciuilitè punitur, & eius posteritas propterea notatur infamia: vt rectè admonet Ponzinibius *tract. de Lamiis. nu. 67.* vbi alias adducit rationes in hanc sententiam, quas in re non admodum controuersa libenter omitto; iam verò quantum ad materiam probationum attinet in causa hæresis plenæ extant disputationes, de quibus Gondisalvus *tract. de hæret. q. 13.* Conradus Brunus *lib. 4. de hæret. c. 9.* Simancas in *catholicis instit. tit. 51.* & alij quos illi referunt.

Quoniam autem superiori opinionioni causam præbuisse videtur *l. 2. C. de hæret.* quam etiam hîc citat Ambrosius, idèò de vero eius intellectu hîc breuiter agendum placet. in dicta *l. 2.* ita scriptum est: *Hæreticorum auctorem vocabulo continentur, & latè aduersus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel leui argumento à iudicio catholice religionis & tramite detecti fuerint deuere.* Hæc ibi. Obseruandum est, hanc legem non loqui de leui probatione: sed quasi respondens tacitæ obiectioni, qua quis posset inquirere, an qui paululum ab orthodoxa fide declinat, sit censendus hæreticus; ait, eos hæreticorum vocabulo contineri, qui vel leui argumento, id est, vel paululum, vel minimum, vel in vno tantum articulo à fide catholica deuiant. hanc interpretationem colligo ex Photio Patriarcha in nomocanone, qui præfata verba ita vertit:

Hæreticus est, ac latius aduersus hæreticos legibus succumbit, qui vel paululum ab orthodoxa declinat fide; vel qui ab orthodoxa fide vel minimum declinat. Hæc Photij lectio copiosissimum nomine magnopere probanda videtur, quia præfata lex 2. C. de hæret. sita est in eo titulo, vbi nihil tractatur de probationum materia, sed de ipsius hæreticis tantum agitur: qui si in aliquo, vel etiam minimo articulo à catholica religione discedant, planè hæretici sunt putandi. Hæc sunt accepta ferenda Petro Godofredo in dicta l. 2. C. de hæret. & Reverendissimo Iacobo Simancæ cathol. insit. tit. 51. de probation. nu. 11. quæ & latius probant. pleraque alia de intellectu præfate legis vide apud Brunum lib. 4. de hæret. cap. 9. ergo quamquam qui leui argumento à iudicio catholice religionis detectus fuerit deuiare pro hæretico habendus sit: huiusmodi tamen leuis deuiatio plenissimè probari debet, vt placet Oldrado, quem refert Brunus loco proxime citato, & probat etiam paulò post noster Ambrosius: adde Palacium Rubium in allegatione de hæresi. §. 12. (vbi multa tradit huc spectantia, quæ sunt consideratione dignissima) & Hostien. hic ab Ambrosio citatum.

¶ Quia licet regulariter socij criminis non sint interrogandi de socijs. Verum dicit Ambrosius, & in hoc articulo vido præ alijs Antonium Gomezium tom. 3. de delictis cap. 12. nu. 12. & Iulium Clarum in pract. crim. q. 21. vers. dictum socij.

In crimine hæretici de socijs reus est interrogandus.

& quidquid sit de alijs delictis in crimine hæresis explorati iuris est, & sanctissimæ inquisitionis vsu receptum, vt reus de socijs interrogetur: imò necesse est ob tanti criminis immanitatem & periculum, vt diligentissimè reus de socijs interrogetur, vbi gratia: vnde hæresim habuerit, didicerit, vel à quo audiverit: vel contra, an aliquos eam docuerit, & cætera huc pertinentia: quæ tanto sunt diligentius inuestiganda ab inquisitore, quanto grauius est crimen hæresis, & reipublicæ Christianæ periculosius. vide Simancæ in Enchiridio violatæ religionis tit. 27. & cath. insit. 50. nu. 17.

Confessio in tormentis tribus modis extorquetur.

¶ Et postea in eorum confessione perseverauerunt, & post dolorem, & extra locum torturæ. Ad hoc vt confessio per torturam extorta valeat tria potissimum requiruntur: primum est, vt extra locum torturæ in confessione perseveret:

seueret reus: alterum est, vt dolor præteritæ torturæ seu tormentorum cessauerit: tertium & vltimum, quod ex secundo consequitur, est, vt tantum tempus sit interpositum inter torturam, & repetitionem confessionis, vt verisimile sit dolorem tormentorum iam cessauisse. hæc tria colliguntur non obscure ex doctrina Bartoli & aliorum doctorum in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæst.

Primum ergo ad hoc vt confessio ratificata valeat, fieri debet extra locum tormentorum: quoniam si in loco ipso tormentorum fieret, metu tormentorum præsumeretur facta, & proinde non valeret. ita feruat practica iudicantium, & tradunt communiter doctores cum Bartolo in dicta l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæstio. Nicolaus Hymericus in Directorio inquisitorum parte 3. in 3. modo processum fidei terminandi. nu. 158. vers. Si autem in quæstionibus. & Antonius Gomezius tom. 3. variarum resolut. cap. 13. nu.

Confessionis ratificatio extra locum quæstionis valet.

24.

Secundo, vt valeat confessio ratificata cessare debet dolor tormentorum: quoniam si statim reduceretur reus ad locum instantibus doloribus, confessio sua seu ratificatio videretur facta formidine tormentorum; & ideo non valeret: eadem enim formidine dicere videretur. argumento l. quod ait §. fin. ff. de adulterijs. ita Bartolus in dicta l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæstio. Baldus & Angelus in l. 2. de eo quod metus caus. & Cynus in l. 2. C. de quæstio.

Confessionis ratificatio cessante dolore tormentorum valet.

De tertio, videlicet infra quantum tempus debeat fieri ratificatio, dico quod non reperitur à iure determinatum, sed relinquitur iudicis arbitrio prout dicit Bartolus & alij in dicto §. diuus Seuerus. ff. de quæst. iustitia tamè & competens tempus videtur post vnum diem naturalem, id est, post 24. horas. ita tenet Marsilius in practica criminali. §. Quoniam. nu. 1. & alij quos refert & sequitur Antonius Gomezius tom. 3. varia. resolut. cap. 1. nu. 24. Sed hoc spatium vnus diei naturalis ad minus transire debet: quoniam benignius & tutius est, vt hæc ratificatio fiat, post duos vel tres dies postquam inflata fuit tortura, ne adhuc fortassis duret & tormentorum dolor, & vehemens animi perturbatio. si post vnum tantum diem ratificatio fieret. In causa hæresis in sacro inquisitionis tribunali, quibus obseruari fieri debeat hæc ratificatio

Ratificatio confessionis infra iustum tempus est satis honoris tormentorum.

confessionis iuculenter tradit Emericus in Directorio in-
quisitorum p. 112. 3. in 3. modo processum fidei terminandi, ubi
etiam dixi copiosè. a videto.

† Imo quædam sunt impossibilia.) Notandus est hic lo-
cus, non enim absolute dicit Ambrosius omnia esse im-
possibilia, quæ narrantur à Lamiis: sed quædam, verbi
gratiâ, quod cōuertantur in mulcipulas, vel in alia bruta
animalia; quod etiam paulò post subiungit. quæ senten-
tia verissima est, ut ex supradictis patet. Quod verò corpora-
liter deferri possint. nec negavit, nec negat Ambro-
sius, ut constat ex serie totius disputationis.

† Dico, quòd si prædicti socij confiteantur, &c. talis confessio
sociorum, &c. imò nec præiudicat ipsi consentienti.) Sententia
Ambrosij hoc loco talis est: propterea confessio horum
sociorum, nec sibi ipsis, nec sociis nocet, quoniam ea
confitentur, quæ sunt impossibilia. Glossa in cap. vlt. extra
de confessis, dum enumerat ea, quæ exiguntur ad hoc, ut
confessio alicui præiudicet, inter alia ponit, ut confessio
non sit contra naturam: ut si confiteor me interfecisse
hominem, qui vivit; tunc hæc confessio mihi non præi-
dicabit, similis est glossa in cap. vlt. de confessis, lib. 6. in ver-
bo, absque rationabili causa & utrobique communiter do-
ctores. Cum ergo Lamie confiteantur se, aut alios trans-
mutari in mulcipulas, canes, lupos, aut alia bruta anima-
lia, quod ostensum est supra esse impossibile, talis con-
fessio non nocebit ipsis. hoc vult dicere hoc loco Am-
brosius. de quo articulo plenè etiam agit Hostiensis in
summa: it. de confessis. §. qualiter intelligatur in fine. & Mar-
tinus in summa. C. de confessis.

Et quamquam hæc ita se habeant (neque enim de-
creui singula hæc dicta examinate) nihilominus tamen
in causa præsentis, licet huiusmodi confessiones Lamia-
rum sicut de rebus impossibilibus, videlicet quòd ipsæ,
vel alij in animalia bruta cōuertantur, inquisitores hæ-
reticæ pravitatis diligenter & accurate interrogabunt
Lamias, seu Striges, seu magos de credulitate: possibile
enim est eos habere hunc errorem in intellectu, ut cre-
dant virtute Dæmonum posse fieri, ut homo in anima-
lia bruta possit transmutari: nam si ita sentirent, & in
hoc errore pertinaciter perseverarent, procul dubio velut
hæretici

hæretici essent puniendi, iuxta c. Episcopi, in fin. 26. quest.
5. cuius verba paulò antea retulimus nu. 17. ita scribit, &
verè Alfonso Caltrus lib. 1. cap. 14. de iusta hæreticorum
pensione. quòd si de tali errore intellectus constaret, non
est dubium quin tunc confessio præiudicaret, non ratio-
ne facti impossibilis, sed ratione falsæ credulitatis & i-
gnorantiæ crassæ circa res fidei: quoniam ea Dæmoni
tribuerent, quæ superant omnem humanæ creaturæ po-
tentiam, & quæ soli D-o convenire possunt: sed de hoc
articulo paulò antea diximus abundè.

† Si autem confiteantur possibilia, sed non verisimilia.)
Cum dicit: Sed non verisimilia: intellige vel incerta, ut
mox ipsemet auctor subiungit; vel ea quæ ipse putat ra-
tò evènire. siue rarò cōtingere. Sed quantum ad rem
atinet, de qua tractat Ambrosius, non videtur vera
eius doctrina: quia tametsi verum sit, quòd cum agitur
contra delinquentem, de crimine verè constare debeat,
ut est textus expressus in l. 1. §. item illud ff. ad Senatuscon-
sultianum. & norant ibidem communiter doctores, & tra-
dit plenè Antonius Gomezus tom. 3. de delictis cap. 9. nu.
18. in hoc casu de quo loquitur hic Ambrosius, quamvis
non confiteantur certa delicta fuisse commissa, satis est
Lamias seu Striges, seu Magos confessos esse se fuisse in
cursu, & societate cum Dæmonibus: hoc enim est gra-
vissimum delictum: & secum habet annexam vel apo-
stasiam, vel hæresim, vel ad minus hæresis suspicionem: quod ex pactis cum Dæmone initis, aut nondum initis,
& alijs circumstantiis & personarum qualitatibus erit
pensandum. quare hoc casu procul dubio talis confessio
illis præiudicabit: contra quàm hic scribat Ambrosius.
† Si verò dicunt crimina certa, ut putà se fuisse socios in
criminihys homicidiorum, &c.) De diuinationibus & sorti-
legiis non se intromittunt inquisitores nisi manifestè sa-
perent hæresim, ut est textus in cap. accusatus. §. sanè. de
hæret. lib. 6. ubi plenè doctores: & Emericus in Directorio
parte 2. q. 42. ubi etiam dixi plenè. sed occasione horum
verborum illa occurrit hic dubitatio breuiter diluenda,
an Lamie quæ coram inquisitore confessæ sunt non mo-
dò obiecta crimina aduersus fidem, verum etiam cædēs

Confessio quæ
præiudicare
possit.

puerorum & aliorum hominum, in odium Christi & ex pacto inito cum Dæmone, quod plerumque solet contingere; licet parata sint abiurata & ad fidem redire, ratione homicidiorum tradi debeant curiæ seculari? hic Ambrosius sentire videtur hanc quæstionem non pertinere ad inquisitorem: sed non malè videretur locutus, si solas cædes hominum in his reis spectasset: cum autem infanticidia & homicidia antecedere soleant abiurationes spontaneæ contra fidem nostram, coram Dæmone, & à tota fide apostasia, sicut constat ex promissione, & obedientia, quam Dæmoni exhibent: quæstio propterea redditur difficilior: de qua nihil mihi amplius occurrit scribendum, quam quod perillustris Dominus Petrus Dufina, Sanctæ Romanæ & generalis Inquisitionis integerrimus assessor, ac Sacræ Penitentiariæ Datarius vir insignis eruditionis & spectatæ probitatis mihi superioribus mensibus de hac difficultate interroganti respondit in hæc verba: *Quamvis auctor Malles Maloficorum, & Sylvester teneat Lamias ob infanticidia etiam in primo lapsu, tradi posse curiæ seculari, & ita aliquando observatum sit in certis Inquisitionibus particularibus, & præsertim Pedemontanis, ubi multum invaluit hac pestis: non consuevit tamen hoc sanctum officium illas tradere, nec aliter punire quam sacri canones puniri mandant apostatas à fide Christi: Si tamen index secularis illas prius officio Inquisitionis consignasset, suspensa aliorum criminum cognitione, expedita hæresis causa sanctum officium debet & solet eidem iudici illas restituere de quo extat etiam particularis constitutio Pij V. observatum est etiam aliquando, quod propter frequentiam homicidiorum, & aliquas circumstantias aggravantes Lamia facta abiuratione consignantur de mandato sanctissimi, illi iudici seculari qui processum format de nouo super eisdem homicidiis, ut quas reperit culpabiles puniat secundum leges. hætenus vir ille.*

† Idem videtur si deponant se fuisse socios in illusionibus. &c.) Sed non videtur: nam ut intelligatur qualis fuerit natura eius illusionis, & quantam fidem adhibeat illi illi illusioni, & præsertim si alia indicia adsint, ut colligi possit talem illum malè sentire de fide: tunc hæc res ad inquisitorem pertinebit. verissimum tamen est quod mox subiungit auctor, videlicet non omnem illum à Dæmone

Dæmone esse hæreticum.

† Quod nunquam valet confessio socij criminis, &c.) De hoc articulo quid discernatur, & quid tenendum sit, paulo antea diximus super vers. numquid huiusmodi testimonia. num. 1. & iuxta ibi tradita intellige, quæ hoc loco docet Ambrosius.

† Mulier possit diffamare, vel accusare alium. &c.) An mulier in causis criminalibus possit dicere testimonium à multis quæritur, quos longa serie enumerat Iulius Clarus, s. fin. q. 24. in summa distinguit, quia de iure civili mulier indistinctè admittitur ad testificandum in causis criminalibus; secus autem de iure canonico. sed quid sit in aliis delictis omitto fusiùs disputare: in crimine hæresis mulier in testem admittitur; idque ob criminis immanitatem, & ne defectu probationum remaneret impunitum, quod facilè vergeret in magnum Reipub. detrimentum. iam si in crimine simoniæ mulier etiam meretrix admittitur in testem, cap. tanta, extra de simonia, multo magis admitti debet in crimine hæresis, quod est gravius. Postremò tamen si mulier sit testis minus idoneus *Mulier testis* idè quia mulier, quia varium & mutabile semper *est minus* mina, ut dicit textus in c. foras extra de verb. signif. non pro *idoneus* idoneus. præterea repellitur in hoc crimine; cum testes minus idonei favore fidei possint testificari. c. in fidei fauorem. de hæret. lib. 6. qui textus indistinctè loquitur, nec fœminas excludit. est ergo indistinctè intelligendus. atque hoc iure vitimur in hoc sacro tribunali.

Numquid autem duarum mulierum testimonium plenè probet, an verò plures requirantur, dubium est: Et Ambrosius hic rectè mihi videtur asserere mulieres quidem favore fidei admitti ad testificandum, sed cum mulier sit aliàs prohibita in criminalibus testificari, eorum testimonium non videtur sufficiens. & hoc videtur magis tutum. interim vide Palacium Rubium in allegatione de hæresi. §. 13. & seq. adde Alexandrum consil. 24. libro 1.



VENERABILIS MAGISTRI

IOANNIS
 GERSONII
 DOCTORIS ET
 Cancellarij Parisiensis Tra-
 ctatus de Erroribus circa
 artem Magicam & articu-
 lis reprobatis.



OLLAUDANTI mihi nuper, ut
 mos habet, venerabiles Licentiatos in
 medicina oblata est occasio, ut contra
 superstitionas obseruationes, nostra
 pro nefanda tempestate, & minus &
 nimis praeualescentes aliqua differe-
 rem. Ea nunc seorsum ad vtilitatem aliquorum separare
 curauimus, ne permixta alijs minus placerent & minus
 commodè prodirent in publicum. Sumpto itaque hoc
 prouerbio pro themate, *Medice cura teipsum*. Cuius hanc
 inter reliquas medicum dicere retuli, ut esset ornatus ad
 Deum, per filialem subiectionem, ne quicquam impium
 vel supersticiosum, aut diuinis legibus aduersum, sanita-
 tis adipiscendæ causa suis ægris suaderet, rememoretur
 quoque iugiter illius Decretalis, *Cum corporalis infirmitas,*

*Medici Sorti-
 legijs vtuntur
 in curationib-*

Incidit ut conquireret de superstitionibus pestiferis
 Magicorum, & stultitiis verularum Sortilegarum, quæ se-
 per quosdam ritus maledictos mederi patientibus polli-
 centur. At ego data occasione, facilius in hoc diuerticu-
 lum lapsus sum, quò vrilius, & quò in patrociniū hu-
 ius corruptelæ quidam adducere nituntur in crimen me-
 dicinam. Nonne, inquit, apud solennes quosdam me-
 dicorum tales superstitiolæ obstructions indocentur,
 quas etiam scriptis suis inferere curauerunt. Et consti-
 tunt in ligaturis, in characteribus, in figuris: quandoque
 in verbis peregrinis & incognitis.

*Magica obser-
 uationes in
 quibus consti-
 stant.*

Quamuis autem ab ipsis nulla pro talibus ratio ad-
 ducatur naturalis, habent nihilominus efficaciam in curan-
 do. Alioquin vanè, immò stultè locuti fuissent de eis
 medicorum sapientes, & scriptis inseruissent. Vnde re-
 fert Isidorus *4. Etymol.* quòd Apollo, quem Deum fecerunt
 antiquitas, per methodica quædam, *id est*, per carmina
 & incantationes, Aesculapius insuper & filius eius per
 empirica, *id est*, experimenta sanauerunt homines quin-
 gentis annis ante Hippocratem, qui ratiocinatiuam me-
 dicinam, qua vtuntur, adinuenit. Deinde vox publica vir-
 tutibus huiusmodi carminationum & ligaturarum &
 empiricorum attestatur, quam ex toto falsam dicere vi-
 detur iniuile. Nec deessent argumenta ad hoc ex dictis

*Magica artes
 an sint per-
 missæ.*

Poëtarum, Virgilij, Ouidij, Lucani & aliorum celebri-
 bus historiis. Cur non licebit, inquit, istis vitijs
 præsertim cum Deus omnipotens virtutes
 suas indiderit (vt vulgus loquitur) her-
 bis, gemmis & verbis? Hanc dubi-
 tationem ego nunc tribus di-
 ctis seu considerationib.
 breuiter absolui.

Primum

Primum Dictum.

PROBABLE in Philosophia naturali, & secun-
 dum veritatem, fide certum est esse Dæmones. Pri-
 mam partem tenuerunt elegantissimi Philosophorum
 Hermes Trismegistus, Plato, & omnes doctrinæ sue se-
 ctatores Apuleius, Porphyrius & cæteri. Hoc libri ab eis
 editi, hoc lib. de Ciu. Dei ab Aug. palam docent. Hinc est
 illa famosa inter eos. distinctio de Cacodæmonibus, &
 Calodæmonib. malis scilicet, & bonis spiritibus. Hæc est
 positio de existentia Dæmonū, quæ apud philosophantes
 faciliori ratione quàm opposita defenditur, saluando ef-
 fectus quosdam mirabiles, quales referunt historiæ fide
 dignæ in qualibet gente obtigisse, quas omnes negare
 pertinaciter, proteruius est, & ciuitatem humanam socie-
 tatemque politicam dissipare, quàm mutua fides & cre-
 dulitas vnus ad alterum consonat, coniungit, aggluti-
 natque. Porro negare Dæmones esse, negare eos pluri-
 morum effectuum operatores existere, damnatur apud
 Christianos, vt erroneum & impium, & sacris litteris ad-
 uersum.

*Dæmones aut
 sunt.*

Qua in re deridendi sunt, immò diuè corrigendi, qui
 Theologos derident mox vt sermonem de Dæmonibus
 faciunt, mox vt eis effectus quosdam attribuunt, quasi
 fabulosa sit eorum responsio. Prouenit error iste apud
 quosdam litteratos, tum ex defectu fidei, tum ex debi-
 litate & infectione rationis. Gerunt propriè animam sic
 occupatam circa corpus, circa res sensibiles, ac earum
 sollicitas curas, vel ita in causarum particularium & vi-
 sibilem perscrutatione consistunt, quòd de vniuersali-
 bus & primis entibus ac spiritibus nihil credere vel sa-
 pere, nihil tenuiter & eleuatè cogitare possunt. Hoc Pla-
 to dixit maximum esse impedimentum veritatis, referre
 scilicet omnia ad sensus, & non auerti ab eis. Hoc idem
 Tullius, hoc Augustinus lib. de vera religione, hoc Alber-
 & Guil. Parisiens. immò & experientia docuerunt. Tales

*Dæmones
 sunt & mira-
 bilia operan-
 tur ex fide
 Christiana.*

*Spiritus qui
 negant.*

crani

erant apud Iudæos Saducæi, qui *referente Iosepho & Hieronymo* negabant esse spiritus, tales inimici Philosophi quidam, *ut Tullius loquitur*, tales Epicurei, & alij vitam pecudum eligentes, qui nihil esse concipiunt aliud à corporibus & extensis.

In quorum persona Ecclesiastes & Sapiens, Sap. ij. Ita quasi sint incantati & dementes, nullam sibi inesse rationem, nullos effectus spirituales atque invisibiles indicare videtur: non minus errantes à Nabuchodonosor, qui credebat se bouem esse, & ab aliis maniacis, quorum aliqui se Galios, aliqui mutilegos opinati sunt. De grege talium erat insipiens ille qui dixit in corde suo, non est Deus, quia si est Deus utique est spiritus, & si nullus est spiritus, nullus est Deus. Neque enim ego negauro quosdam plerumque nimis leuiter ea Dæmonibus ascribere, quæ fieri à causis materialibus, naturalibus, rationabilibus dicerentur: nam multas & miras in rebus sensibilibus efficacias, multas virtutes existere quis negauerit, ex quatum combinatione, alteratione & configuratione fiunt effectus mirabiles, sicut ex immutatione diuersa imaginatiuæ potentia in hominibus, sicut ex aliis quidam docuerunt, & operati sunt quarum operationum notitia potest dici Magica naturalis, de qua inuestigare, quamuis sæpe curiosum esset, & maioris boni impedimentum, immò & ad errores pronum, non tamen est fidei nostræ contrarium; dummodò philosophia suis contenta limitibus nihil impium, nihil mendosum nefariumve miscuerit.

Nabuchodonosor & alij incantationes experti sunt in se.

Dæmonibus quadam effecta naturalia ascribuntur.

Secundum Dictum.

Observantia effectuum non naturalium superstitiosa & suspecta est.
OBSERVATIO ad faciendum aliquem effectum, qui rationabiliter expectari non potest à Deo miraculosè operante, nec à causis naturalibus debet apud Christianos haberi superstitiosa & suspecta de secreto pacto implicito vel explicito cum Dæmonibus. *Ista est doctrina sanctorum Doctorum, nominatim Augustini,*

gustini, plurimis in locis quibus has obseruationes valde condemnauit *1. de Ciuit. Dei 4. Confessionum. 2. de doctrina Christiana.* Et recitantur multa in decreto 26. q. 5. & q. 7. pluribus cap. Hanc considerationem notauit utriusque facultas Theologiæ in multis articulis, quos ad elucidationem huius materiæ censuit condemnandos.

Articulus tertius est talis, quod *in pacto cum Dæmonibus tacitum vel expressum non sit idololatria vel idololatria species & apostasia.* Error. Et intendimus esse pactum implicitum in omni obseruatione superstitiosa, cuius effectus non debet à Deo vel à natura irrationabiliter expectari.

Pactum cum Dæmone in obseruatione superstitiosa damnatur.

Porro ad sciendum quid vocamus pactum Implicitum vel explicitum cum Dæmonibus, & cur illud vel non fiat narrabimus veram fidei nostræ traditionem & hoc quidem breuissimè, quoniam latior persecutio aliam facultatem exigit, alium locum & ædum. Traditur à fides, quod Dæmones nequam sunt spiritus humane naturæ hostes acerrimi, sauisissimi, quorum violentium improbissimamque tyrannidem si non compesceret & frænaret diuina bonitas, de hominibus actum esset, quod ipsi funditus deperirent. *Iob 41. Non est potestas super terram, qua comparatur ei;* at tamen sicut conatus omnino vanus est, nisi pro quanto permiserit Deus. Sed cur permittat obstupescant insipientes corde. Potest tamen hoc permitti ob alteram quatuor causarum: vel obstinatorum damnationem, vel ad peccantium purgationem & punitionem, vel ad fidelium probationem & exercitationem, vel ad gloriæ Dei manifestationem. De obstinatorum damnatione scriptum est *Psalm. 77. Immisit in eos indignationes suas, indignationem & iram per Angelos malos, & hoc perpenditur in damnatis.* De peccantium purgatione & punitione patuit in Magdalena, quæ subiecta erat septem dæmoniis, quia carnalibus vacabat vitis *secundum gloss.* Præterea dabatur excommunicati ab initio Ecclesiæ ipsi Sathanæ corporaliter vexandi, ut spiritus saluus fieret. Vnus ex sanctis patribus magna prece obtinuit à Domino, ut torqueretur à Dæmone, quatenus careret elatione. Cæterum de fidelium probatione & exercitatione, patuit in Iob & Antonio & Paulo *secundum quosdam, cui datus est Angelus Sathanæ;*

Dæmones hostes nature humana.

Excommunicati cur Sathanæ vexandi dabantur.

Sicut

Hæreses ad quid. Sicut enim necesse est secundum eundem Apostolum hæreses fieri, ut qui probati sint manifesti fiant, ita sunt ad hoc illusiones similes miraculis, quemadmodum perspicue positum est Deuter. 13. *Tentat*, inquit, vos Dominus, si ex toto corde diligatis eum, hæc causa nostris temporibus magnum locum habet. Denique manifestatio gloriæ Dei potest esse causa talis vexationis, sicut in caco nato, de quo est hodiernum Evangelium, *patuit Ioan.*

Legio Dæmonum cur porcos intravit. 9. & in legione Dæmonum, quæ porcos intravit & submersit, non ad porcorum punitionem, sed ad potentie Christi manifestationem. Amplius verò nequam spiritus dum seruire permittitur, scit non solum apertis viribus, sed frequenter astutis dolis & fraudibus, non tam ad perdendum corda, quam ad seducendas animas, eas in idololatriæ & apostasiæ & inferni foucâ dando præcipites. Quamobrem excogitavit ut superbus, ut fallax & dolosus, quo pacto usurparet sibi ab hominibus honorem diuinum, & à vera religione abduceret, reperit quosdam ex hominibus falli magis idoneos, quales sunt omnes qui Deo reiecto nihil curant, ad nihil aliud student, quam per fas aut nefas sua desideria pessima compleri. Quorum alij ad diuitias inopes, alij ad honores vanos, alij ad infames concubitus, alij ad curiositatem libidinofam faciendi futuros rerum effectus, aut alia nature secreta damnabiliter aspirant. Tales cum aspexerit Dæmon intendit nunc occultè, nunc apertè ad obseruandum quædam instituta sua, quibus mediantebus fidem habeant optata consequi. Suadet itaque has obseruationes fieri, non quòd à seipsis habeant efficaciam aliquam, aut quòd per eas ipsi necessitentur, *iuxta determinationem facultatis Theologie nuper factam*, sed ob alteram

Observationes superstitiosas quomodo suadeant Dæmones ad causam. 4. quatuor causarum. Primò, ut Dei lex præuaricaretur; secundò, ut ipse Dæmon diuino cultu & ritu honoretur; tertio, ut spes de Deo minor aut nulla habeatur, quarto, ut fraus sua minùs videatur. De lege Dei prohibente talia habet expressè textus *Leuit. 19. & 22. & Deuter. 18.* & in sanctorum opusculis. In legibus quoque naturalibus multa per omnem modam, quas leges transgreditur qui talibus operam præstiterit. Vnde *Exodi 22. Maleficos non patieris viuere.* Colitur præterea Dæmon per orationes

sacrificia & thurificationes iussas fieri in artibus magicis. Manet siquidem ipse nequam spiritus in priori phantasia superbissima, qua quæsiuit esse similis altissimo, immò & extolli vult super omne quod dicitur Deus secundum Apostolum. Et ita verum est quòd hi ritus tantò plus habent de sacrilega idololatria & minùs excusantur, quòtò sanctiora sunt quæ in eis ad honorem dæmoniorum impenduntur.

Rursus scit ipse serpens antiquus, quòd Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas, & è contrà maledicti sunt & odio habentur obseruantes vanitates superuacue. Quid ergo mirandum si talibus quærit homines implicare suis adiuuentionibus? Postremò, quia Dæmon semper dare quod promittit neque vult neque permittit, adiuuentionibus quomodo cultores sui deputarent illos defectus non Dæmoni, non suæ arti, sed propriæ vel negligentie vel imperitiæ, atque dicerent se non omnia atque taliter obseruasse, qualia & qualiter iubeantur. Constat quoque falli cuius homines sub quadam boni specie, & in hoc mira & profus miserabilis humanæ cæcitatæ insania, quoniam in hac re decem aut crebra mendacia per vnã casualiter si obtigerit veritatem excusat, vbi mille in alia materia veritates pro vnico mendacio comperto despiceret. Denique tanta ad credendum prohibita noxia & vanam libidinem in tam modica fide credendorum, quis non mirabitur? Hæc est origo, hic finis artium Magicarum, damnabiliumque superstitionum, ac nefandorum rituum.

Spes nulla de Deo à Dæmonibus indubitur.

Fallax promissio Dæmonum.

Artium Magicarum finis.

Tertium Dictum.

Philosophica aut medicinalis consideratio nullatenus admittit traditiones illas superstitiosas, quæ dicuntur methodica vel empirica, quarum scilicet nulla potest ratio naturalis assignari, itaque scribentes ea magis insecuti sunt errorem vulgi, aut Magorum ritus im-



pios quam medicinae rationes. Et mirandum quomodo dudum à libris medicinae non inssa sunt abradi. Ex quo enim de ratione naturali nihil habent, illa vel innituntur operationi diuinæ & supernaturali, & hoc nihil ad medicum ut medicus est, sed est Theologicæ speculationi remittendum; aut innituntur operationi Dæmonis, & hoc similiter nihil ad medicum, sed ad idololatriæ cultū. Si verò dicantur fieri pro mutatione virtutis imaginatiuæ in ægroto, quatenus fortificetur in eo spes sanationis, aut ut cogitatio tua alioquin diuertatur, esset hic fateor aliquis ratio naturalis, quoniam vim imaginatiuam plurimum tum conferre, tum obesse regimini sanitatis quis nesciat. Hinc est illud vulgatum, *Imaginatio facit casum.* Verum caueat obsecro medicus, ne volendo sanare corpus alienum, seipsum decipiens inficiat. Quo pacto inficietur? Nimirum per mendacia dum suis patientibus afferit tales observationes effigaces esse pro sanitatis obsecro, quas omnino impertinentes aut fabulosas aut fortassis illicitas esse cognoscit, quanto rectiori fide spem in Deo figendam esse doceret, qui vitæ habet & mortis imperium. Nam inculpatur ipse rex Aza 2. *Paralip.* 16. quod in infirmitate non quæsiuit Dominum sed magis in medicorum arte confusus est. Quis non videat maioris criminis esse si quis in talibus superstitiosis spem apponat? Quod si hæc empirica & methodica superstitiosa reperiantur esse virtutis alicuius, tanto perniciosiora sunt *secundum Augustin.* quanto ad seducendum sunt validiora. Ille siquidem effectus, cum neque à miraculo veto, neque à causa naturali fieri cognoscatur, ut à sedulo-ribus dæmonij præueniat consequens est. A sedulo-ribus autem fallacibus, à patre mendacij, ab hoste crudelissimo quid boni, quid veri, quid commodi speres, videris.

Imaginatio facit casum.

Empirica & methodica superstitiosa cuius sunt virtutes.

Dæmones ut sanent corpora.

Profecto Dæmones et si sanarent corpora, illa sanarent Deo irato. Quomodo Deo irato? quia certe necarent animas, & deterius tandem varijs incommodis cultores suos & inuocatores afficerent. Denique obedienda ei esset prorsus corporalis valetudo, quæ ante prætio & morte venderetur. Hæc pauca si quis religiosa fide diligenter aduertit, non eum turbabunt obsecro

tionones illæ (opinor) quibus imperiti à spiritu maligno turgidi obstrepere solent contra fidei pietatē, quæ has omnes superstitiones impias damnat execraturque. Dicunt aliqui non vanam esse aut falsam talium notitiam, quoniam sua veritas probatur per effectum, quasi videlicet negare contendamus, nihil à Dæmonibus & suis cultoribus posse fieri Domino permittente. Absit. Nos itaque & Magos Pharaonis, & Pythonissam Saulis, & Simonem Magum, & Pythonissam in Actibus Apostolorum, & exorcistas Iudeorum, & Idola gentium, & futura Antichristi portenta, non solum non negamus, sed ea negantes reprobamus. Sicut enim vera fides meretur dotari miraculis dum opus est ad ædificationem, ita falsa fides portentis & figmentis in sui damnationem, vel aliorum probationem demeretur illudi. Dicunt alij multam in observationibus huiusmodi sanctitatem inesse, tum in orationibus ad Deum deuotissimis, tum in ieiuniis, in castitate & vigiliis, in thurificationibus, in Eucharistiæ etiam sumptione, in cæteris denique religiosis obsequiis. Sed plane hic mentitur iniquitas sibi, quasi videlicet rerum optimarum sanctissimarumque non possit esse abusus, quarum nequior ille est & flagitiosior quam aliarum, quasi præterea de modo talia quæreret ad sanctificationem, qui spurcissimus est, & non potius ad sui adorationem, ad malitiæ suæ regimen, & ad sacrificium sacrilegum, alioquin nunquam Deus, nunquam sancti viri, qui Deo inspirante locuti sunt, hæc fieri tanta seueritate veruissent. Nunquam insuper Theologia talibus esset aduersata, cui tamen in hac re & suis professionibus credi debet, nõ indoctis mulierculis, non impijs idololatrijs, non hominibus doctis in reprobum sensum, quilibet enim in sua arte sapiens est, & ei credi debet, iuxta Maximam topicam. Dicunt se rursus per hæc omnia intendere obsequium Dei, & non diaboli. Certè ita idololatre, ita inde necatores Apostolorum arbitrabantur se obsequium præstare Deo, nec proinde saluantur. Quanta quæso est illa coecitas dicere se seruire Deo, suis maximè contrariando præceptis? Cæterum quisquis relegerit has observationes nefandas videbit eas æquè ad malos sicut ad bonos effectus introductas, propter quod potissimè te-

Magica esse, et ut damnetur.

Abusus veri sanctarum in artibus magicis.

Sortilega cui præstent obsequium.

Observationes
in artibus
Magicis.

Re August. doc. circa medium, Magici in omni secula ple-
tuatur. Illic videre est impietatem, illic virtutis impu-
gnationem, in docendo stupra & furta fieri, in dolendo
scire tempora & momenta, quae Pater posuit in potestate
sua. Denique praestitur tibi terminus operandi ipsi di-
uinae omnipotentiae, praestiturus modus quo quasi com-
pellatur operari ipsi diuinae sapientiae: statuitur finis ipsi
diuinae bonitati & clementiae, nam quid aliud sonant
istae traditiones? scribatur hoc in pergamento virgineo,
portetur in figura triangulati cum characteribus inco-
gnitis, thurificetur & suspendatur ad collum, sicut illa
certis horis tunc infra triduum, aut quatuoriduum, proue-
niet absque vlla dubitatione effectus ille quem quati-
mus, immo hoc sub periculo capitis asseritur, siquidem
reuelauerit Deus eis, ipsi viderint, nos scimus, quoniam
revelationes diuinae non tales sunt, nec prohibet Deus cre-
dere illud, quod dignatur reuelare. Arguit iterum & nos
in simile causa trahere sagunt. Nonne, inquit, talia simi-
liter sunt aut tolerantur ab Ecclesia in peregrinationibus
certis, in cultu imaginum, in cereis aut Ceris, aut aquis be-
nedictis, & in exorcismis? Nonne dicitur quotidie, si non
diebus perduret in hac Ecclesia, si ex aqua illa perfudatur,
aut si tali se voueat imagini, aut si aliquid talium faciat, ip-
se mox sanabitur, vel oprato poterit? Fateor ac negare
non possumus multa inter Christianos simplices sub
specie religionis introducta esse, quorum sanctior esset
omissio. Tolerantur tamen quia nequeunt funditus erui,
& quia fides simplicium, quamquam minus in aliquibus
bene sapiat, regulariter tamen & quodammodo rectifi-
catur, saluatque in fide maiorum, quam fidem genera-
li saltem intentione in omnibus suis observationibus
praesupponunt, si pie & humiliter, hoc est, Christiane sa-
piunt; & si ad ostensam veritatis notam obedire para-
ti sunt. Haec autem intentio ut talia suscipiantur aut fiat
non tanquam necessario efficacia, aut tanquam spes prin-
cipalis in talibus posita sit Deo postposito. sed quod pie-
tas haec per ista nutritur & augetur & exaudiri mereatur.
Secus ubi fides laeditur & diuina lex violatur. Vanè igitur
& proterue sumitur in hac re vel exemplum vel ar-
gumentum ex his, quae vulgus indoctum non quae ce-
tus Theologorum & Sapientum docet obseruatque. Quid

Observatio-
nes quadam
& ceremonia
in Ecclesia.

Fides & in-
tentio in ob-
seruationibus
requiruntur.

mirum si Theologia & fides corruptores quosdam pa-
riatur ut haereticos & superstitiosos, ut remerarios asser-
tores, quando & medicina & philosophia & astrologia
vera, & omnis denique ars & scientia pati aliquid tale
cognoscatur, sed fundamentum stabile stat. Tandem
oppositionem suam conuertunt alij in querelam dicentes:
Ecce talis infirmus est in grandem & lucuosam totius
gentis vnius perditionem, ipse desperatur a medicis. Cur
non, inquit, per superstitiosa curabitur, praesertim si per
superstitiosa praesumitur in aegritudine teneri, & per si-
milis promittitur liberari? Nonne sanitas & auxilium vnde-
cumque quaeri possunt, sicut ab herbis ita a verbis & a virtute
spirituum, sicut a virtute lapidum vel corporum? Cur postremo
prohibebit aliquis cogere Demone ad obsequendum sibi in
bonis, quando SS. plurimos ut Antidium Archiepiscopum
Bizantium, & exorcistas alios ita fecisse commendant
historiae? Respondebimus ad hoc dicentes, primo ad vlti-
mum, quod Daemones possunt & licite possunt per Deum
& sanctos eius ad hoc inspiratos & electos cogi ad pre-
standa humana quaedam obsequia. Ita enim recta fides
tenet fecisse Christum, & Moysen, & Raphaelem Ange-
lum, & David respectu Saulis, & sanctos quasi innumeros
daemiacorum, immo & Salomonem & quosdam exor-
cistas Iudaeorum sic egisse videtur sensisse Iosephus: qua-
quam de Salomone, qui postmodum idololatra fuit, magis
dubia sit sententia, an videlicet de peccato in peccatum, *Salomon in
dubio versatur.*
de errore idololatricae in errorem Magicarum artium de-
lapsus extiterit, an Deo reuelante dum bonum erat talia
cognouerit. At verò si coactio Daemonis aliter expecte-
tur quam per miraculum Deo specialiter cooperante,
istud false creditur & periculose quaeritur. False quidem
propter libertatem Daemonibus insitam, quae nec ab istis
corporalibus, quibus perfectior est, nec a carminibus cogi-
tur. Istud autem periculose quaeritur, quia hostis est
dolosissimus & nunc fingit se compelli per tales ritus
impios, quibus honorari quaerit, & animas perdere. Nunc
perplexis responsis inuoluit sententias, ut *Tullius loquitur
& historia testantur*, nunc semitas toruosas suae fraudis
mille modis tegit. Nobis propter hoc interdicitur est so-
cietas sua, ne quaeramus ab eo veritatem qui mendax est

Corruptores
quid tolerati.

Salomon in
dubio versatur.

Daemones cogi
sunt.

Dubia respon-
sa Daemoni.

sicut Christus & Apostolus eius Paulus, ipsum etiam vera loquentem obmutescere praeceperunt. Non insuper prosperitatem ab eo qui hostis est, nec pactum ineamus cum eo qui infidus est, nec consortium cum excommunicato, nec fidem proditori perfido adhibeamus. Fefellit re vera & omnes faller, quos sibi aut institutis suis deditos inuenerit. Historias haec docentes, quia innumerae sunt, non numeramus; de Iuliano Apostata, de Zoroastre primo inuentore Magicae artis, de Nectanebo & ceteris absque numero. Affirmamus consequenter cum Apostolo, quod non sunt facienda mala, ut bona eueniant. Non igitur sunt Maleficia Maleficiis repellenda; Aliter sapere est contra fidem desipere. Superest igitur in omni nostra necessitate sentire cum Iosaphat rege & Deo dicere: *Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Tenetur via naturalis rationis & prudentia & artis quam scierimus.* Hoc vocatur facere quod in se est, ne videatur tentari Deus, qua via naturali deficiente solum restat in Dei misericordia refugium. Haec autem misericordia non superstitiosis obseruationibus, sed piis obseruationibus, non Daemonum inuocationibus, sed vitae emendatione, non per homines reprobos, sed probatos comparatur. Si demum volumus mutare sententiam suam, nostram in melius mutemus vitam. Ceterum permittente iusto Dei iudicio, licet occulto, sicut in aliquo vexationes & immisiones per angelos malos mediantibus pactis quorundam sacrilegiorum cum Daemonibus, ut per inuoltuationes, per fascinationes aut carminationes, quamquam de se profus ad haec inefficaces. Dicit vnus Doctor talia si reperiantur posse destrui, quibus amotis & dissipatis neque spiritus dissipare poterit à vexatione ad hoc ut pactum suum seruare & artem suam confirmare videatur, aut quia bona fides destruendum opera haec diaboli sic mereatur exaudiri. Ita egit Philippus rex Francorum de imagine quadam cerrea, quam dicebat baptisatam & execratam taliter nomine suo quod ea destructa ipse rex moreretur. *Et videbimus* (inquit pius rex fide plenus) *si potentior erit Daemon ad perdendum me, quam Deus ad saluandum, & haec dicens ceram proiecit in ignem*

*Fallere nos
soler Damon.*

*In necessitate
consilium re-
rum agenda-
rum.*

*Misericordia
Dei quomodo
comparatur.*

Ita concipere eos arbitror, qui dicunt vana vanis esse repellenda & quod Maleficiis contra maleficia liceat abuti, sed humanam rursus impatientiam adire videor. Obsecrauimus (inquit) Deum nec exauduit, ieiunauimus, peregrinationes multas fecimus & processiones, nec attendit, sic murmur resonat, sic querimonia quasi gens quae fecerit iustitiam, & quasi populus qui non auersus fuerit à Deo suo, sic erecta ceruice Deum suis petitionibus omnibus volunt esse obnoxium, cum tamen verissimae sint, populus qui labiis suis Deum honorat (utinam & hoc inueniretur, nec verius diceretur hic blasphemator autem eorum longè est à Deo. Conticescat haec obstinatio diabolica frendens & tabescens contra diuinam prouidentiam, quin potius patienter expectemus, non praesurgentes terminum diuinæ misericordiae iuxta consilium sanctae Iudith. Nos in Deum toties deliquimus & in omnem iustitiam immò in omnem creaturam suam, cur non tolerabimus flagella pij patris? Nos filij nequam dum per filios clientes etiam reprobos placuerit nos punire, durum sanè est contra stimulum & talem stimulum Dei calcitrare per impatientiam, quia duplici cuspi de mortis in animas & corpora recalcitrantes feriuntur. Haec interim de tota collatione pro modicis antedicta libuit excerpere. Placuit insuper determinationem sacrae facultatis Theologicae, cuius mentio facta est huic opusculo connectere, quia ad dictorum firmitatem etiam non mediocriter vilem iudicauit. Datum per copiam sub signo & subscriptione mei notarij publici subscri-
pti.

*Gentis impia
impatientia,
querimonia &
in Deum in-
nectio.*

*Misericordia di-
uina terminus
non est praesi-
gens.*



DECRETVM

FACVLTATIS

Theologiæ Parisiensis con-
tra supersticiosos Errores
Artis Magicæ.



VNIVERSIS Orthodoxæ fi-
dei zelatoribus Cancellarius
Ecclesie Parisiensis, facultas
Theologiæ in alma uniuersita-
te Parisiensi Matre nostra cum integro diuini
cultus honore spem habere in Domino, ac in
vanitates & insanias falsas non respicere.

Ex antiquis latebris emergens nouiter er-
roris fœda colluuiò recogitare commonuit,
quod plerumque veritas Catholica apud stu-
diosos in sacris litteris apertissima est, quæ ca-
teros latet, nimirum cum hoc proprium habet
omnis ars manifestum esse exercitatis in ea,
sic quod exinde consurget illa Maxima. Cui-
libet in arte sua perito credendum est. Hinc

Tract. de Errorib. circa artem Magicam. 265
Hinc est Horatianum illud, quod Hieronymus
ad Paulinum scribens assumit.

— Quod medicorum est
Promittunt medici, tractant fabrilis fabri.

Accedit in sacris litteris aliud speciale,
quod nec experientia nec sensu constat, ut a-
liæ artes nec possint oculis circumuolutis nu-
be vitiorum facile deprehendi, excæcauit enim
eos malitia eorum. At siquidem Apostolus
Rom. i. quod propter auaritiã multi erra-
uerant à fide, propterea non irrationabiliter
idolorum seruitus ab eodem nominatur. Alij
propter ingratiitudinem, qui cum cognouissent
Deum, non sicut Deum glorificauerunt in om-
nem idololatriæ impietatem, sicut idem com-
memorat, corruerunt. Porro Salomonem ad
idola, & Didonem ad Magicas artes pertra-
xit effrena voluptas. Alios ad hoc ipsum
intorsit superba curiositas, inuestigandorum-
que occultorum dira cupido. Alios postremo
misera timiditas tota ex crastino pendens, in
observationes supersticiosissimas impiasque
depulit, quemadmodum apud Lucanum, de
filio Pompeij Magni, & apud historicos de
pluribus notatum est, ita fit ut recedens pec-
cator à Deo declinet in vanitates & insanias

falsas, & ad eum, qui pater est mendacij, tandem imprudenter palam apostasiando se conuertat. Sic Saul a Domino derelictus Pythouissam, cui prius aduersabatur, consuluit; Sic Ochozias Deo Israel spreto misit ad consulendum Deum Acharon; sic denique omnes, qui fide vel opere absque Deo vero sunt, ut à Deo falso ludificentur necesse est. Hanc igitur nefariam, pestiferam, monstriferamque insaniam falsarum cum suis heresibus abominationem plus solito nostra ætate cernentes inualuisse, ne forsan Christianissimum regnum, quod olim caruit monstro, & Deo protegente carebit, inficere valeat tam horrenda impietatis & perniciosissime contagionis monstrum, cupientes totis conatibus obuiare. Memores insuper nostra professionis pioque legis zelo succensi paucos ad hanc rem articulos damnationis cauterio, ne deinceps fallant incogniti notare decreuimus. Rememorantes inter cetera innumera dictum illud sapientissimi Doctoris Augustini de superstitiosis observationibus, quod qui talibus credunt, aut ad eorum domum euntes, aut suis domibus introducunt, aut interrogant, sciant se fidem Christianam & baptismum preuaricasse & paganum & apostatam, id est, retro abeuntem & Dei

& Dei inimicum & iram Dei grauius in æternum incurrisse, nisi quis Ecclesiastica penitentia emendatus Deo reconcilietur. hæc ille. Neque tamen intentio nostra est in aliquo derogare quibuscumque licitis & veris traditionibus, scientijs & artibus, sed insanos errores & sacrilegos insipientium & ritus ferales pro quanto fidem orthodoxam & religionem Christianam ledunt, contaminant, inficiunt radicatas, quantum fas nobis est extirpare satagimus & honorem suum sincere relinquere veritati.

EST AVTEM primus Articulus.

QVOD per artes Magicas & Maleficia & inuocationes nefarias querere familiaritates, & amicitias, & auxilia Dæmonum non sit idololatria. Error. Quoniã Dæmon aduersarius, & pertinax, & implacabilis Dei & hominis iudicatur. Nec est honoris vel dominij cuiuscunque verè, seu participatiuè, vel aptitudinaliter susceptus, ut alix creaturæ rationales non damnatæ, nec in signo ad placitum instituto, ut sint imagines ac templa Dei, qui in ipsis honoratur.

Articulus I I.

QVOD dare vel offerre, vel promittere Dæmonibus qualemcumque rem, ut adimpleant desiderium

rum hominis, aut in honorem eorum aliquid osculati, vel portare, non sit idololatria. *Error.*

Articulus III.

QUOD iure pactum cum Dæmonibus tacitum vel expressum non sit idololatria, vel species idololatriæ & apostasiæ. *Error.* Et intendimus pactum esse implicitum in omni obseruatione superstitiosa, cuius effectus non debet à Deo vel natura rationabiliter expectari.

Articulus IV.

QUOD per artes Magicas Dæmones in lapidibus, annulis, speculis, aut imaginibus nomine eorum consecratis vel potius execratis includere, cogere vel arte, vel eas velle viuificare, non sit idololatria. *Error.*

Articulus V.

QUOD licitum sit Magicis artibus vel aliis quibusdam superstitionibus à Deo, aut ab Ecclesia prohibitis aliqua facere pro quocumque bono fine. *Error.* quia secundum Apostolum, Non sunt facienda mala ut eueniant bona.

Articulus VI.

QUOD licitum sit, etiam permitrendum, Maleficiis maleficiis repellere. *Error.*

Articulus VII.

QUOD aliquis cum aliquo possit dispensare in quocumque casu, ut licite talibus utatur. *Error.*

Articulus

Articulus VIII.

QUOD artes Magicae & similes Superstitiones & earum obseruationes sint ab Ecclesia irrationabiliter prohibita. *Error.*

Articulus IX.

QUOD Deus per artes Magicas & Maleficia inducatur Dæmones compellere suis iuocantibus obedire. *Error.*

Articulus X.

QUOD thurificationes & suffumigationes, quæ sunt in talium artium & Maleficiorum exercitio sint ad honorem Dei, & ei placeant. *Error & blasphemia,* quoniam Deus aliàs non prohiberet vel puniret.

Articulus XI.

QUOD talibus & taliter uti non est sacrificium seu immolare Dæmonibus, & ex consequenti damnablem idololatriam. *Error.*

Articulus XII.

QUOD verba sancta, & orationes quædam deuotæ, & ieiunia, & balneationes, & continentia corporalis in pueris & aliis, & Missarum celebratio & alia opera de genere bonorum quæ sunt pro exercendo huiusmodi artes excusent eos à malo & non potius accusent. *Error.* nam per talia sacræ res, immò ipse Deus in Eucharistia Dæmonibus tentatur immolari, & hoc procurat Dæmon,

Dæmon, quia vult in hoc honorari similiter altissimo, vel ad fraudes suas occultandas, vel vt simplices illaque & facilius & damnabilius perdat.

Articulus XIII.

QUOD sancti Prophetæ & alij per tales artes habuerint suas prophetias, & miracula fecerint, aut Dæmones expulerint. *Error & blasphemia.*

Articulus XIV.

QUOD possibile est per tales artes cogere liberum hominis arbitrium ad voluntatem, siue delictum alterius. *Error, & conari facere est impium & nefarium.*

Articulus XV.

QUOD idè artes præfatæ bonæ sunt & à Deo, quòd licet eas obseruare, quia per eas vel quandoque vel sæpe euenit, sicut vtentes eis quarum vel prædicunt, vel quia bonum quandoque prouenit ex eis. *Error.*

Articulus XVI.

QUOD per tales artes Dæmones veraciter coguntur & compelluntur, & non potius ita se cogunt ad seducendos homines. *Error.*

Articulus XVII.

QUOD per tales artes & ritus impios, per Sordelegia, per carminationes, per inuocationes Dæmonum,

monum, per quasdam inuocationes, & alia Malicia nullus vnquam effectus ministerio Dæmonum subsequatur. *Error.* nam talia quandoque permittit Deus contingere, vt patuit in Magis Pharaonis & alibi pluries, vel ad probationem fidei, sicut habetur Deuter. 13, vel in quorundam hominum dignam flagellationem, vel quia abutentes, seu consules propter malam fidem aut alia peccata nefaria dati sunt in reprobum sensum, & temereur sic eludi.

Articulus XVIII.

QUOD boni Angeli includantur in lapidibus, & consecrent imagines vel vestimenta, aut alia faciant quæ in istis artibus continentur. *Error & blasphemia.*

Articulus XIX.

QUOD sanguis vppæ, vel hædi, vel alterius animalis, vel pergamenum virgineum aut corium leonis & similia habeant efficaciam ad cogendos vel repellendos Dæmones ministerio huiusmodi rituum. *Error.*

Articulus XX.

QUOD imagines de aëre, vel de plumbo, vel de auro, vel de cera alba vel rubea, vel de alia materia baptizate & exorcizate, consecrate, sed gotius exorcizate secundum prædictas artes & sub diebus certis habeant virtutes mirabiles, quæ in libris talium rituum recitantur. *Error in fide, in Philosophia naturali, & astrologia vera.*

Articulus XXI.

QUOD vti talibus & fidem dare non sit idololatua & infidelitas. *Error.*

Articulus XII.

QUOD Dæmones boni sunt, aliqui benigni, alij omnia scientes, alij nec saluati nec damuati. *Error.*

Articulus XXIII.

QUOD fumigationes, quæ fiunt in huiusmodi operationibus, conuertuntur in spiritus, aut quod sint debite eis. *Error.*

Articulus XXIV.

QUOD vnus Dæmon sit rex Orientis, & præsertim suo merito, alius Occidentis, alius Septentrionis, alius Meridiei. *Error.*

Articulus XXV.

QUOD intelligentia motrix cæli influit in animam rationalem, sicut corpus cæli in corpus humanum. *Error.*

Articulus XXVI.

QUOD cogitationes nostræ intellectuales & resolutiones interiores immediatè causentur à cælo, & quod per aliquam traditionem Magicam talia possint sciri: & per illam de eis certitudinaliter iudicari sit licitum. *Error.*

Articulus XXVII.

QUOD per quasunque artes Magicas possumus deuenire ad visionem diuinæ essentia: vel sanctorum spirituum. *Error.*

ACTA



ACTA SVNT

HÆC ET POST

mutuam crebramque in-

ter nos & deputatos no-

stros examinationem con-

clusa in nostra Congrega-

tione Generali. Parisijs a-

ppud sanctum Mathuri-

num, de mane super spe-

cialiter requisiti. Anno

Domini 1498. die 19. Men-

sis Septembris. In cuius rei

testimonium sigillum dicte

facultatis præsentibus lit-

teris duximus apponen-

dum.

S



VENERABILIS

EIVSDEM CAN-

cellarij opusculum aliud
aduersus doctrinam cuius-
dam medici delati in Mon-
tepeffulano, scalpentis in
numismate figuram Leonis
cum certis characteribus
pro curatione renum.



CONFORMITER ad casum pro-
positum de Leonis imagine pro curatione renum dicuntur 12. propositiones cum additis quæ sequuntur.

Prima propositio.

IMAGINVM, quæ astrologica nominantur, fabricatio & vsus suspectus est plurimum de superstitione & idololatria, seu Magica obseruatione, patet & sequentibus.

Secunda

Secunda propositio.

IMAGINVM huiusmodi fabricatio & vsus rationabiliter prohibitus est per sacros Doctores & Ecclesiam.

Tertia propositio.

IMAGINVM eiusmodi fabricatores possunt & debent per suos superiores prohiberi, inquiri, & culpari; & si parere noluerint condemnari, non obstantibus palliatis allegationibus suis sub titulo astrologiæ, maxime quando non sunt huius scientiæ multi periti secundum terminos à veris astrologis non idololatri constitutos.

Ponuntur ad istarum propositionum declarationem quædam regulæ fundamentales.

Quarta propositio in ordine.

OMNIS obseruatio, cuius effectus expectatur aliter quàm per rationem naturalem aut per diuinum miraculum, debet rationabiliter reprobari, & de pacto Dæmonum expresso vel occulto vehementer haberi suspecta; Sic determinauit tempore nostro sacræ Theologiæ facultas Parisiensis Vniuersitas.

Quinta propositio.

OMNIS obseruatio, quantumcumque sancta & salubris videatur, in decem, aut viginti, aut centum particulis, si habeat vnicam particulam de idololatria, vel hæresi, vel apostasia suspectam, aut infectam, de-

bet rota infecta & suspecta reputari, nisi manifestatio fiat pretiosi à vili.

Sexta propositio.

OMNIS observatio particularis super effectibus mirabilibus & extraneis, sub titulo verarum arrium palliata, debet examinari ex circumstantiis librorum & authorum, qui observationem huiusmodi particularem tradiderunt.

Ponuntur consequenter propositiones seu regulæ ad declarationem præmissorum, & ad particularem applicationem super imagine Leonis, de qua sic inquisitio.

Septima propositio in ordine.

CHARACTERES, seu figuræ, vel litteræ non habent vel sortiuntur ex causa purè naturali & corporali efficaciam, sicut nec entia Mathematica, cuiusmodi sunt figuræ & characteres, sunt de potentia actiuis, & in eis *secundum Philosophum* non est bonum neque finis.

Octava propositio.

CHARACTERES, seu figuræ, vel litteræ non habent de ratione sua quod ordinentur ad aliquos effectus, nisi mediante rationali vel intellectuali substantia. Significare enim est rem in intellectu consistere.

Nona propositio.

CHARACTERES huiusmodi, si habeant, & habere credantur efficaciam, oportet quod hoc à causa spiritali, non à purè naturali & corporali, quod

is causa est cœlum cum suis influentiis in corpora.

Accipiat ex præcedentibus regulis consilium, quid agendum est in materia præsentate de imagine Leonis cum circumstantiis.

Decima propositio in ordine.

CONSTAT in primis ex inspectione, quod ibi sunt characteres, litteræ, figuræ & dictiones, quarum nullum effectum habent naturalem purè corporalem ad curationem morbi renum & similibus *secundum propositionem septimam præcedentem*: iuxta quod notetur in speciali S. Thom. qui tribuit astrologiæ quantum rationabiliter dari potest, ad exemplum Alberti Magi magistri sui, consonè tamen ad fidem Catholicam. Notetur inquam in 2. & 3. *contra gentiles* in multis capitulis, à 113. ad 117. & 118.

Undecima propositio.

CONSTAT, quod talis observatio non est posita ab Ecclesia & sacris Doctoribus, tanquam eveniat effectus speratus per miraculum divinum, immò nec per sanctos Angelos Dei, qui sunt administratori spiritus propter electos Dei ad vitam æternam, magis quam ad curam corporalem, & medicus & astrologus verus non habent se multum intromittere de actionibus sanctorum Angelorum circa homines. Pater ex immediate præcedenti cum inspectionibus istius, & ratio satis est manifesta.

Duodecima propositio.

CONSTAT, quod si talis observatio nitatur & expectet effectum à malis Angelis seu Demonibus

bus, illa est manifestè penitus reprobanda, etiamsi videatur finis bonus, utilis, vel honestus, quanto magis si esset malus vel suspectus, sicut est inter alios finis quæstus per simulationem astrologiæ aut mirabilium effectuum, super quibus admirantur homines pauca religionis aut fidei.

Veruntamen circumstantiæ prædictæ magis apparebunt iuxta practicam primarum propositionum, si reperitur coniunctio istius obseruationis de imagine leonis cum aliis obseruationibus contentis in auctoribus vel libris tradentibus huiusmodi figurationem. Et hoc idè dicitur, quoniam temporibus nostris inuentus est liber magnus continens tales obseruationes, quarum aliqua videbantur piæ & utiles, aliæ verò erant manifestissime condemnandæ, & superstitiosæ, & idololatricæ & de hæresi suspectæ vehementer, & ut tales fuerunt etiam igni traditæ pio zelo. Tales multæ sunt obseruationes apud Hispanos in libro Senaforas. Tales apud Iudæos innumeræ, tales apud Christianos superstitiosos, sicut de nescio quo Sydract. Tales denique praticari quæruntur, nedum per vetulas Sortiarias, sed per multos arma sequentes continuetur. Postremò totiens occurrit ista materia, quod si pro quolibet casu scribendum esset scribendi nullus esset finis. poterit inter alia videri tractaculus noster de astrologia theologizata, Tom. 1. operum, specialiter circa finem.

Concluditur tandem ex omnibus practica super hoc casu particulari, postquam facta fuerint quæ dicta sunt summarie, & quod planè sine inuolutione procelluum, maximè si delatus reddiderit se obedire paratum sine proterua defensione, prohibeatur ei de futuro, quod non amplius utatur, sed antidotis medicinæ cuius dicitur professor. De præteritis autem sufficiat sine quauis infamia delati, quod honor iudicij fidei cum prælato & officariis suis maneat stabilitus. Et ita in Catholica & fraterna charitate consulendum quod delatus taliter obediatur sine strepitu & figura iudicij, & per iudicem ita fiat. Si autem inueniatur proterua defensio, non proteruiz rigor, sed iustitiæ vigor fiat. Particularis modus reparandi poterit esse talis, postque plenius & melius informa-

tus sum de fabricatione & vsu talium imaginum, quod non sunt secundum catholicam traditionem promitto bona fide, & deinceps nequaquam utar illis. Aut si mirus index velit agere, dicat hoc per alium in tertia persona, postquam talis delatus, &c. Iudex finaliter poterit declarare sententias excommunicationis contra omnes tales, &c. Proinde non valet allegatio quorundam ex historia scholastica, quod Moyses fecit imagines, vnam pro obliuione, alteram pro memoria. Et Salomon exorcismos, quia viris sanctis concurrebat miraculum. Vel si Salomon iam erat peruersus ad idololatriam per vxores, potuit datus in reprobum sensum excogitare magicos ritus, sicut de Nectanebo legitur & Zoroastre, qui nascens rursus, & postea Magicas artes exercuit. Denique Auicenna & similes de actiuitate animæ rationalis in materiam exteriorem, & fascinatione non sunt audiendi in modo ponendi.

Finit Lugduni 8. Decembris 1428. per Ioannem Cancellarium Parisiensem. Latior est aliàs Cancellarius noster, maximè prima parte operum vbi, de Astrologia theologizata & contra superstitiosam dierum obseruantiam, fusè satis hanc rem profequitur: eum tamen consulo breuitati studentes ut omisimus, sic & curiosa lectio satisfactorius non inuisum relinquant exoratus sis.



IOANNIS
FRANCISCI
LEONIS IPPORE-
gientis I. V. Doct. Episcopi
Thelesini Libellus de Sor-
tilegiis.

C A P. I.

Sortilegium quid sit.

PLURA sunt genera criminum, de quibus in *Theſauro ſori Eccleſiaſtici* aliàs egimus, & inter alia obiter de Sortilegio verba fecimus, quod cum grauiſſimum ſit crimen, ac pluribus variſque modis committatur, de eo iuxta illius grauitatem particulariter eſt agendum.

Sortilegium quid.

Sortilegium eſt ſuperſtitio quædam illuſoria & maxime noxia, qua regulariter vititur homò Dæmonis miniſterio *cap. qui ſine Saluatore* 26. *quaſtio. 2. cap. 1. eadem quaſt. 5. cap. 1. & 2. de Sortilegijs.* & *Grill. traſſ. de Sortileg. num. 1. & num. 5.*

C A P.

C A P. II.

*Sortilegorum profeſſio eſt duplex, tacita & expreſſa:
Profeſſio tacita qua.*

Profeſſionem etiam plures cum Dæmone faciunt. Profeſſio autem Sortilegorum eſt duplex tacita & expreſſa, intelligendo de profeſſis cuiuſcunque ſpeciei.

Tacita eſt promiſſio quædam, quam quis facit alicui Sortilego magiſtro, hanc profeſſionem nomine Dæmonis recipienti de obſeruando, quæ ſibi mandauerit, ſub promiſſione quòd grandia faciet, & mirabilia, futura in vita ſua cognoſcet, dum modò fidem Catholicam abijciat, & omnia Eccleſiaſtica ſacramèta conculcet, quòdque totis viribus eius adhærebit cultui, & obedientiæ ſui magiſtri, ac illum tanquam veram Principem adorabit: cultum autem veræ adorationis ſub idolorum forma ſibi præſtando, cunctaque opera per ipſum facienda ſub illius nomine, & deuotione conficiet, *Grill. infra de Sortileg. cap. 3. num. 2. & 3. & facit text. in cap. nec mirum, §. hydro- mantici, verſ. ad hæc omnia, 26. quaſt. 5. & ſum. conſ. de Sortileg. quaſt. 3. & 6.*

*Profeſſio Sor-
tilegorum di-
plex.
Profeſſio taci-
ta Sortileg.*

C A P. III.

*Profeſſio expreſſa Sortilegorum qua fit duplex illa ſo-
lemnis, publica, & priuata: Solemnis & publica
qua fit: Expreſſam profeſſionem Dæmonibus
facientes quem cultum illis exhibeant:
Profeſſio priuata quomodo Dæ-
moni fiat.*

Expreſſa profeſſio illa eſt, quæ fit expreſſè cum proprio Dæmone, au ſolemniſter & publicè, aut priuatè: ſolemniſ & publica eſt illa, quæ fit cum Dæmone dum publicè reſidet in ſolio maiestatis more Principis, quando ſunt vniuerſales congregationes omnium ſtrigum,

*Profeſſio ex-
preſſa qua fit
Sortilegorum
Profeſſio ſolè-
nis & publica
Sortileg.*

S 5

Maleficorum, Necromantum cuiuscunque generis professorum, certis nocturnis horis, locis, & temporibus Dæmonis arbitrio constitutis, vbi vniuersis astantibus fit ista professio,

Cultus professorum Sortilegorum.

Qui autem expressam professionem cum ipso Dæmone fecerunt, eidem etiã reddunt expressum adorationis cultum per solemnia sacrificia, quæ ipsi faciunt diabolo, imitantes in omnibus diuinum cultum, cum paramentis, luminaribus, thurificatione ac precibus quibusdam, & orationibus, quibus instructi sunt, assiduis illum non secus fere colunt & adorant, quàm nos verum creatorem, *cap. contra Idolorum, 26. quæst. 5. gloss. in ca. accusatus. §. sanè. in verbo aperent, de heret. in 6. Grilland. eadem quæst. 3. num. 4. & 5. per quæ honor patriæ dæmonibus exhibetur. Direct. inquisit. quæst. 4. 3. num. 2. Quæ Patriæ est cultus & seruitus, quæ soli Deo debetur. gloss. in Clement. vnic. in verbo seipsum de reliqu. & venerat. sanct. gloss. in cap. venerabiles. de consecrat. dist. in c. 3. S. Tho. 2. 2. quæst. 84. art. 1. ad 1. argument. & Grass. decis. aur. parte. 1. lib. 2. cap. 2. numer. 1.*

Latria quid

Professio priuata qua.

Priuata autem professio est illa, quæ fit priuatè ipsi Dæmoni solùm, absque vlla vniuersali sortilegorum congregatione & multitudine, vt per eundem Grilland. d. quæst. 3. lib. 2. & Farinacium in pract. criminali cap. 20. num. 77. apud quem plura de Sortilegiis videri possunt.

CAP. IIII.

Latria honorem dæmonibus exhibentes quando vniuersali hæretici sint habendi. Sortilegia, qua manifestè hæresim sapiunt, quomodo cognoscantur. Idololatriam & hæresim manifestam qua sortilegia sapiunt, & qua non.

Dæmonibus honorem Patriæ exhibentes, seu eorum nomina inter nomina spirituum beatorum, vel sanctorum in suis nefariis orationibus miscendo, mediis

mediatores in illis orationibus a Deo exaudiendis ponendo, cereos accendendo, & Deum per eorum nomina, vel merita obsecrando, non vt sortilegi, sed vt hæretici iudicio Ecclesiæ sunt habendi, vt in eodem Direct. Inquisit. quæst. 4. 3. num. 10. & 11.

Et regulariter omnia illa Sortilegia sapiunt hæresim manifestam, quæ cum aliquo dicto, vel facto hæreticali exercentur, vt si quis in sortilegio amatorio Deum, aut Ecclesiastica Sacramenta abnegat, aut in eodem Sortilegio Ecclesiæ Sacramenta admisceret. Sapiunt etiam hæresim manifestam illa Sortilegia, & Diuinationes, seu Maleficia, in quibus admiscuntur Sacramentalia, vt aqua vel cera Benedicta, & his similia, siue verba, & Euangeliam, symbolum fidei, Pater noster, Ave Maria, aut Psalmus aliquis Davidicus, seu verba sacræ scripturæ, aut aliæ sanctæ orationes, quibus fit Sortilegium qualificatum. Et generaliter omnia crimina, quæ natura sua præ se ferunt aliquid, quod est hæresis manifesta, vt baptizare imagines, vel animalia irrationalia, puerum rebaptizare, preces nefarias Dæmonibus fundere, aut illis sacrificare, idolis genua flectere, & similia, quæ præ se ferunt idololatriam, manifestam hæresim sapiunt, quamuis nullum factum per se sit hæresis. Sylæster in summ. in verbo hæresis 2. num. 4. Alph. à Castro. lib. 1. de iusta hæret. puni. cap. 15. circa finem. Simanc. de cath. insit. tit. 30. num. 15. Direct. Inquisit. parte. 2. cap. 4. 2. num. 2. 3. 4. & 5. Et ibi Peña. comment. 67. vers. primum ergo, vsque ad vers. quantum ad secundum.

Sortilegia hæresim manifestam qua sapiunt, quomodo cognoscantur.

Idololatriam & hæresim manifestam qua sortilegia sapiunt.

Illam enim Sortilegia non dicuntur hæresim manifestè sapere, in quibus Dæmon inuocatur, ad faciendum, seu cognoscendum ea, quæ ipse facere, & cognoscere potest diuina virtute non reprimente, prout homines ad peccata & libidines tentare, naturalium & superiorum virtutes cognoscere, ex quibus medicamenta ad sanandū, & atrocia veneficia ad causandum diuersas infirmitates confici possunt. vt probat D. Tho. in 2. 2. dist. 96. qua. 2. & in tractat. 99. 1. parte. q. 2. §. 5. de mir. & eodem lib. quæst. 16. art. 7. de Dæmonib. Præsentiaque occulta & præterita scire, & sic facta iam facta reuelare his casibus & similibus, si Dæmonis in sortilegiis imploratur auxilium,

Sortilegia qua manifestam hæresim non sapiunt.

Sortile

Sortilegium
hæreticale
quod.

284

Ioan. Francis. Leonis.

Sortilegium non dicitur hæreticale, ut post D. Thomam Abb. & plures alios per ipsum citatos, tenet Farinac. in *pract. crimin. quæst. 20. num. 80. & Clar. in §. Hæresis, num. 23* Quæ præcipiunt nisi ratione commixtionis sacramentorum, sacramentalium, aut verbotum, aliter sit iudicandum ex supra allegatis, aut quod talia patrantes essent de expressa Dæmonis professione, quo casu omnia Sortilegia, quæ ab illis fiunt, respectu operantis erunt hæreticalia, ut post plures alios per ipsam citatos. Farinac. *ead. quæst. 20. num. 81. & 82.*

C A P. V.

Striges à sancta Ecclesia Dei sunt expellenda.

Striges professæ
quomodo ab
Ecclesia expel-
lenda.

Ideo Striges, cum præcipuè expressam professionem & solemnem Dæmoni in vniuersalibus congregationibus faciant, expressum cultum adorationis Dæmoni reddendo, precèsque fundendo, & in illis sacrificando in eorum sortilegio sunt violenter suspectæ de hæresi, & omnes extra gremium Ecclesiæ, & à communionem fidei alienæ. Subiectæ enim sunt, & à diabolo tenentur captivæ personæ, quæ relicto suo creatore diaboli suffragia quarunt, & ideo sancta Ecclesia à tali peste mandati debet *cap. qui sine Saluat. 26. quæst. 2. cap. Episcopi in princip. eadem quæst. 5. & Grillandus libro de Sortilegiis quæst. 7. num. 4.*

C A P. VI.

Striges effectualiter de loco ad locum corporaliter deferri an possint.

Striges effe-
ctualiter &
localiter an
deferantur.

Quapropter à Dæmonibus effectualiter deferri possunt de loco ad locum motu locali verè & corporaliter, Deo tamen permittente, & non aliter, & hæc est communis sententia Theologorum, de qua post S. Bonaueni in 3. *sentent. dist. 19. qu. 3. S. August. lib. 10. & 21. de ciuit. Dei. S. Thom. in sum. 2. 2. quæst. 95. art. 5. de superst. & in d. tract. 99. 1. part. quæst. 8. in tit. de mira. & quæst. 16. art. 5.*

6.

Libellus de Sortilegijs.

285

6. ib. tit. de Dæmoni. & alios quos citat, testatur Grilland. lib. de Sortilegijs, quæst. 7. num. 3. Alphons. à Castro de vitijs hæreticorum puni. lib. 1. cap. 16. & Peñam in Direct. Inquisit. part. 2. com. 68. vers. sed à maligno. Et licet huic communi opinioni videatur repugnare textus in dict. *cap. Episcopi, 36. quæst. 5.* vbi habetur, quòd quædam mulieres retro post Sathanam conuerse Dæmonum illusionibus & phantasmibus tam grauius seductæ sunt, ut credant & profiteantur se cum Diana Dea paganorum nocturnis horis, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierum equitate super quasdam bestias, & multarum terratum spacia intempesta noctis silentio pertransire, cuiusque illusionibus obedire, velut dominæ, & certis noctibus ad eius seruitium euocari *Et in §. siquidem ipse sathanas, habetur, quòd Dæmon vbi primùm mentem cuiuscunque mulieris repererit, & illam per infidelitatem subiugauerit; illicò transformat se in diuersarum species petio- narum, & mentem, quam captiuatam tenet, in somnis deludens per deniq; quæq; deducit, & cum solus spiritus hæc patitur, infidelis hæc non in spiritu siue anima, sed in corpore euenire opinatur. Ac deinde, quis nisi in somnis, & nocturnis visionibus non extra seipsum, deducitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat? Quis verò tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore fieri arbitretur?*

Vnde hoc textu freti quàm plures Doctores tenuerunt, quòd non deferantur in corpore, sed duntaxat deludantur in spiritu, ut refert Grilland. & tenet Franc. Ponzinius in *tract. de Lamijs num. 45. & plurib. sequ.*

Communem tamen opinionem pro vera tenent, quòd deferantur, & contrarium sentientibus pluribus rationibus respondet idem Grill. *eadem quæst. 7. num. 28.* quem post alios per ipsum citatos sequitur Peñam *eadem com. 68. versiculo Tertio eadem.* Et quòd Dæmones Deo permittente possint hominem deferre verè & corporaliter de loco ad locum motu locali, plurimis exemplis relatis tam per eundem Grillandum, quàm alios graues Doctores demonstrare conantur.

Lamiarum
equitatio.

Deferuntur
verè Striges.

C A P.

CAPVT. VII.

Sortilegiorum causa ad forum Ecclesiasticum spectant, ut & Astrologorum. Sortilegiorum non hereticalium poena est arbitraria.

Sortilegia ad Episcopos & iudices Ecclesiasticos spectant.

Sortilegiorum causæ eo modo, quo hæreticorū, tam in procedendo, quàm diffiniendo spectant ad forum Episcoporum & Inquisitorum, quando sapiunt hæresim, & tunc eadem poena, qua cæteri de hæresi suspecti sunt condemnandi. Sed quando non sapiunt hæresim, & est dubium, an aliqua admixta hæresim sapiant; ut si qui ad orientem se conuertant, aliqua verba inusitata & non intelligibilia proferant, vel similia: tunc videtur quod Inquisitores debeant tales ad suos iudices dimittere puniendos, cap. accusatus, §. sane, & ibi gloss. in verbo manifeste, Archid. Io. Andr. & Io. Monach. de hæret. in 6.

Pœna autem Sortilegiorum non hereticalium est sed de iure civili, quàm canonico arbitraria, Abb. in cap. 2. num. 4. de Sortileg. & post Grilland. & alios Farinac. in prax. in min. quest. 20. num. 84. 89. & 94.

Sed quando constat hæresim sapere, si amplius dubitetur, an hæresim sapiant, tunc ipsi Episcopi, & Inquisitores de hoc cognoscere possunt, & iudicare ac pronuntiare se iudices. Abb. in cap. 1. num. 4. in fine de Sortileg. Camera in tract. de hæret. num. 24. gloss. & D. D. in d. cap. accusatus, §. sane, per Peñam allegati in Direct. Inquisit. com. 67. in fine.

Et hæc distinctio, quod Inquisitores de Sortilegijs, non sapientibus hæresim, cognoscere non possunt, procedit, & habet locum de iure communi, quod fuit per Sixtum

Astrologorum causa sunt iudicum Ecclesiasticorum.

V. qui sua perpetuò valitura constitutione Apostolica auctoritate statuit, & mandauit, ut tam contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscuque iudiciariæ astrologiæ artem, præterquam circa agriculturam, navigationem, & rem medicam in posterum exercentes, aut facientes iudicia, & natiuitatis hominum quibus de futuris contingentibus successibus, fortunisque, casibus aut rationibus

bus, & ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare asserant, aut protestantur, quàm contra alios vtriusque sexus, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas diuinandi artes siue scientias exercent, profitentur, docent, aut discunt: quivè huiusmodi diuinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa detestanda scelera, & delicta (ut præfertur) faciunt: aut in eis quomodolibet se intromittunt, cuiuscunque dignitatis, gradus, & conditionis existat, tam Episcopi, & prælati superiores, ac alij ordinarij locorum, quàm Inquisitores hæreticæ prauitatis, vbi que gentiura deputati; etiam si in plerisque ex his casibus antea non procedebant, cognoscere valeant.

CAP. VIII.

Quinam libri à Sixto V. prohibiti sint. Inquisitores & Episcopi libere an possint de Sortilegijs & Superstitionibus cognoscere.

Prohibuitque idem Pontifex omnes & singulos libros, opera, & tractatus iudiciariæ astrologiæ, geomantia, hydromantia, pyromantia, onomantia, chiromantia, necromantia, artis Magicæ, aut in quibus Sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, execrabiles incantationes, ac superstitiones continentur, quos ordinarijs locorum vel Inquisitoribus voluit consignari, & contra scienter legentes, aut retinentes libros, seu scripta huiusmodi, seu in quibus talia continentur, similiter per eodem Inquisitores procedi posse decreuit, vs. in d. constitutione sub dat. Romæ anno 1585. vbi latius de Sortilegiorum, incantationum & diuinationum prohibitionibus videre licet, in peccul. suo Bullario. par. 2. fol. mihi 52.

Dictæ constitutionis rigore possunt Inquisitores cognoscere de Sortilegijs, non tamen priuatiuè quo ad Episcopos, imò causas & superstitionum, incantationum veneficiorum, & blasphemiarum, & contra eos, apud quos reperiantur libri prohibiti, Episcopi cognoscere, & nisi sapiant manifestè hæresim, absque Inquisitorum interuentu

Libri Magici & astrologici à Sixto V. prohibiti.

Inquisitores cognoscere possunt de Sortilegijs & superstitionibus.

teruentu

teruentu illas possunt decidere, diffinire, & terminare per text. in d. cap. accusatus, de heret. in 6. Abb. in d. cap. 1. m. 4. vers. & aduert. de Sortilegijs. Eymen. in Direct. Inquisit. questio. 42. num. 2. & ita censuit sacra generalis congreg. S. Rom. & vniuersalis inquisitionis, sub die 21. decembris anno 1602. Quamuis enim per die. constitut. Sixti Papa V. fuerit Inquisitoribus attributa iurisdicctio cognoscendi de causis sortilegiorum, superstitionum, veneficiorum, & incantationum, etiam quod alias de p̄missis non cognoscerent, ut *supr. num. 20.* non tamen fuit ordinarij restricta facultas, quin liberè in causis huiusmodi, ut prius, dummodò non heresim manifestè redoleant, procedere possint, cum id ex iuris communis dispositione illis sit attributum, ex deductis per Abb. eodem num. 4. *Clar. in pract. crimia. §. heresim. num. 23.*

C A P. IX.

Diuinitio est prima species Sortilegij. Diuinationum species sunt quatuor.

Diuinitio prima species est Sortilegij, quæ inter cetera obtinet principatum, in quam plures homines incidunt, ut per Grill. eodem tract. de Sortilegijs cap. num. 5.

Et quatuor species sunt diuinationum, sicut quatuor sunt elementa, quæ consistunt in hydromantia, pyromantia, geomantia, aëromantia. Et aliqui ex Dæmonum professoribus vocantur incantatores, quidam arioli, alij aruspices, aliqui augures, quidam pythonici & mulieres pythonissæ, aliqui genethliaci, quidam salitores, & aliqui magi. *de quibus in cap. igitur genus. 26. quest. 4. cap. nec mirum. est. quest. 5. & Grill. in d. tract. de Sortileg. quest. 2. num. 7.*

C A P.

C A P. X.

Sortilegia per personas tacite Dæmonis professionis pluribus modis fiunt: ad amorem in corpore, & extra corpus; Extra corpus quomodo fiunt.

IN Sortilegijs, quæ fiunt per personas tacite Dæmonis professionis, diuersa interue niunt instrumenta, & fiunt quandoque in aqua per hydromantiam; quandoque in igne per pyromantiam; interdum in terra per geomantiam; quando vrantur aëre, & ea faciunt per aëromantiam: quandoque illa faciunt ex inspectione interfectionum, animalium, aut per eorum voces, garrum, occursum & similia, ut habetur in d. cap. igitur genus, & cap. nec mirum. *Idem in Summa de Sortileg. §. 2. & Grill. quest. 5. num. 2. eodem tit. & aliqui inspicunt in astrolabio, ut in cap. 2. ext. eodem tit.* Alia est species Sortilegiorum, quæ fiunt ad amorem, aut in corpore, aut extra corpus: in corpore enim communiter fieri solent per cibum vel potum, ut *l. 3. §. hac ad ext. §. ad legem Cornel. de sicarijs, lege si quis aliquid §. qui abortiois ff. de penis, l. eorum, in princip. & l. corpore. multi, C. de Malef. & Mathematici.*

Extra corpus autem, id est, extra intestina fiunt per aliquas mixturas compositas, ex herbarum folijs, vel radicibus, metallis reptilibus terre, auium plumis, vel mēbris, seu intestinis eorundem animalium, vel piscium, aliarumque similia. n rerum nostrarum, illaque quandoque conlaunt in chlamyde personæ ad amorem maleficiandæ, vel sub capite iecti, super quo persona ipsa dormit, abscondunt, aut sub limine ostij camerae, aut altentus super quo ipse Maleficiandus vir aut mulier transfertur fiat. Apponuntur etiam imagines cereæ iuxta ignem ardentem completis dæmoniis sacrificijs, de quibus supra, adhibitis nefariis precibus, & turpibus verbis, ut quemadmodum imago illa igne consumitur, & liquefit, eodem modo cor mulieris amoris calore talis viri feruenter ardeat, & ut plurimum admittit Ecclesiatum Sa-

cramentis, sicut est hostia factara, ut per gloss. in cap. accu-
satus, §. sanè, de heret. in 6. & alijs modis, ac rebus admix-
tis de quibus per Grilland. eodem. tract. de Sortilegijs quest.
3. num. 11. & serè per totum.

CAP. XI.

Maleficia à quibus destrui valeant: & an Malef-
ciati faciliùs necne curentur, quam
Energumeni.

Maleficæ artes, impedimenta, & infirmitates (excep-
tis factis cum aliquibus nodis vel solutionibus,
quæ repete nodis contractis, aut combinatione materia
soluta de facto destruantur & soluantur) scientia hu-
mana destrui non solent: nisi per eiusdem artis magi-
stros, vel qui sint diabolicæ professionis bene instructi,
aut aliquo modo participes: quia maleficia ipsa absque
ministerio & suffragio Dæmonis, tam rebus ipsis, quam
verbis communiter inseri non solent in corporibus, pariter
nec tolli: quoniam medicina naturalis, & omnium
physicorum, & chirurgicorum ars tota communiter non
sufficeret ad sananda corpora ipsa, & remouenda Dæmo-
nis opera, sed solùm per eosdem, qui sub eadem profes-
sione morantur, & qui Maleficia ipsa facere solent arte
& instructione Dæmonis destrui ac tolli possunt. S. Thom.
in 2. 2. quest. 92. art. 6. & tenet Grill. eod. tract. de Sortil. quest.
2, num. 2. & 3.

Maleficiati
difficiliùs cu-
rantur, quam
dæmoniati.

Maleficiati enim difficiliùs curantur, quam Energumeni, & à Dæmone oblecti. Mall. Malefic. Spreng. parte 2. quest. 2. cap. 6. vers. expedi. lectorem. Omnis tamen diuersitatibus opinionum, an licium sit, necne Maleficia, tollere per alia Maleficia, & opera supersticiosa, quas recenseret quàm plura exempla deducendo Mall. Malefic. d. parte 2. quest. 2. secunda par. princip. dicitur cap. sequenti nostro.

CAP.

CAP. XII.

Maleficia Maleficiis curare non licet; mala enim non
sunt facienda, ut eueniant bona: Maleficiorum
curatio à Deo est impetranda,
qui omnia potest.


Non est licitum vii Magicis artibus, vel alijs quibus-
cunque superstitionibus, à Deo & Ecclesia prohibitis pro quocunque bono fine, nec permittendum Maleficia Maleficiis repelli, nec dispensandum quocunque casu, ut talibus licitè quis vii possit. Penam in Director. Inquisit. com. 68. circa finem. Nec sunt facienda mala, ut eueniant bona (ut inquit Apollolus) & contra dictos articulos profitentis iudicio Inquisitorum hæreticæ prauitatis subijciuntur, ut per eundem Penam ibi in fine.

Magica artes
cuiuscunque bo-
no etiam in-
terdicta.

Sed ad Deum est recurrendum, qui omnia nouit, & cuius oculis omnia subijciuntur, cap. fundamenta. §. proinde, de elect. in 6. & Nauarr. in relect. cap. nouis. de ind. not. 1. num. 1. tomo 2. & omnia potest, in cuius nomine Dæmonia eiciuntur. Marci cap. vlt. Nam licitis orationibus Maleficia curantur, ut d. cap. 6. per totum & Flagell. Dæmonum per totum. Vbi de modo Deo auctore effugandi Dæmones à corporibus oblectis, & quomodo exorcista se debeat præparare satis diffusè habetur, ad quæ remississe sufficiat.

Maleficia Dei
inuocatione
& pijs orationibus destruantur.

T 2



IACOBI
SIMANCÆ
PACENSIS
EPISCOPI

TITVLVS VN-
icus de Lamys.

Lamia que sint: contra illas an inquirendum sit, & quomodo: Et an ea qua patiuntur & perpetrant illuforie fiant: an vero realiter illis contingant.

Lamia. quæ sine.



LAMIAE siue Striges appellari solent mulieres quædam Maleficæ, quæ multis nocere solent, de quibus dubitari potest, an ab Inquisitoribus puniri queant, & cum Dæmones adorent, & fœdus cum eis faciant, quin etiam cum fidem ca-

Inquisitores Hispania contra Lamias procedant.

tholicam abnegare soleant, dubitabile non est, quin contra illas inquirere possint, & bene faciunt Inquisitores Hispaniæ contra eas procedendo, quia vel apostatae sunt, vel ea perpetrant, quæ manifestè sapiunt hæresim, ut dicitur Sylnester lib. 3. de Strigimagarum & Dæmonum adm-
randis:

randis ca. 1. adde Ioan. Franc. Picum &c. lib. 3. dialog. Strix.

Itaque inquiritur in Lamias, ut contra hæreticos aut vehementer suspectas procedi solet, quod si propriis confessionibus, aut iustis probationibus conuictæ fuerint, prout earum culpa expostulauerit, statuendum erit l. respiciendum. ff. de pœnis.

De Lamis ut hæreticis cognoscitur.

Dixerit fortassis quispiam, illusiones Dæmonum esse, quas Maleficæ istæ patiuntur, ac proinde fidem illis non esse adhibendam: cui respondetur, primò, non semper esse insomnia, & illusiones, sed interdum te vera ita euenire, ut ab eis narrari solet, quemadmodum à Turrecremata, Ioannes Maior, à Castro, à Victoria, ac innumerabiles alij tradunt, quod quidem tot experimentis compertum est, ut id negare insanire sit, ut inquit Sylnester opere prænotato, lib. 1. cap. 14.

Maleficia omnia non illuforie sed aliqua verè experientur.

Deinde, pleraque istarum facinora perpetrantur à vigilantibus, ut pacta cum Dæmone, infanticidia, & alia damnata in quibus eis debet fides adhiberi, sicut alijs reis consistentibus: quinimò contra seipsas credendum eis esse videtur, quamuis de his testificentur, quæ somno sepul- tis euenire solent: Nam & antea præmeditantur & ab eis postea ratificantur: in criminibus ratihabitio quoque locum habet, capitul. cum quis, de sentent. excommunicat. lib. 6. cap. testament. distinct. 6.


Extat epistola Decretalis Innocentij VIII. cuius hæc sunt verba:

NON sine ingenti molestia ad nostrum
peruenit auditum, complures utriusque
sexus personas, propria salutis immemores, &
à fide catholica deuiantes, cum Demonibus
incubis & succubis abuti: quapropter, ne labes
huius heretica prauitatis in perniciem ani-
marum sua venena diffundat, opportunis re-
medijs, prout nostro incumbit officio, prouiden-
volentes, statuimus ut inquisitores per nos de-
putati debitum inquisitoris officium in huius-
modi personas exequantur.

Mal. Malef. initio prima partis.

Retulit Sixtus Senensis lib. 5. bibliotheca sancta an-
notation. 73. cuius & alterius constitutionis,
huic simili, Iulij 2. meminit Ioan.
Franc. Picus lib. 3. Dialog.
Strix.

FINIS.



ALPHONSI

A CASTRO ZA-
morensis, Ordinis Mino-
rum, regularis Obseruan-
tiæ, Prouinciæ sancti Iaco-
bi.

*De impia Sortilegarum, Male-
ficarum & Lamiarum here-
si, earumq; punitione.*

OPVSCVLVM.

CAP. I.

*De Sortilegis, & auguribus, alijsq; diuinatoribus,
an sint hæretici dicendi.*



SANTA inest hominibus multis sciendi
curiosa cupiditas, ut ea, quæ ignorare es-
set utilius, etiam cum fidei Catholicæ
dispendio improba curiositate discere
conentur. Ob quam causam non inue-
ritò à multis dubitari solet, de huius-

*Curiositas ho-
minum quæ
feratur.*

modi hominibus, qui diuinatores nuncupantur, an sint illi omnes hæretici censendi, & velut tales ab hæreticæ prauitatis inquisitoribus puniendi. Ad cuius rei plenior intelligentiam, oportebit ante omnia inquirere quid sit, & quotuplex diuinitio: & inde colligere valebimus, an illi, qui illam exercent, sint hæretici dicendi, an non? Diuinitio est enuntiatio eorum, quorum notitia per naturam haberi non potest, neque Deo reuelata est. Res autem sunt aut præsentis, aut præteritæ, aut futuræ. Præteritorum & præsentium scientia per naturam haberi potest: quoniam præsentia possunt videri, præterita, quia aliquando fuerunt præsentia, aliquando visa sunt, & ex illorum intuitione remanet notitia, quam Philosophi vocant abstractiuam, per quam potest quis de præteritis certè aliquid scire & aliis enuntiare. Futura autem quia nondum habent esse, videri non possunt, & ideo nihil certum de illis haberi potest.

Propter quod diuinitio semper circa futurorum præcognitionem considerari solet: quia illa sunt quæ ea per naturam cognosci non possunt. Si quis autem præsentia aut præterita, quæ per naturam cognosci non possent, enuntiatet, & certè assereret, ego illum etiam diuinatorem appellarem. Sicut qui à Roma per centum milliaria distans, diceret quid eo temporis articulo Romæ agatur: aut diceret homini, quem nunquam vidisset, quæ toto viæ suæ decursu egit, is certè (mea sententia) etiam diceretur diuinator, ac si prædixisset futura.

Nam sicut Propheta dicitur etiam propriè ille, qui per reuelationem agnoscit præterita, aut præsentia, quæ alias scire non poterat, quamuis frequentius dicatur Propheta, qui per reuelationem prænoscit futura: ita etiam propriè dicitur diuinator ille, qui præterita, aut præsentia, quæ naturaliter scire non poterat, absque reuelatione cum certitudine asserit. Illa siquidem mulier Samaritana, cui Christus dixerat, quinque viros habuisse, & quem tunc habebat non esse suum, statim hoc audito exclamauit dicens: Domine, ut video, Propheta es. Prophetam siquidem censebat dicendum eum, quia præterita, aut absentia, quæ in secreto latebant, optime nesciebat.

Quamuis tamen hæc ita se habeant, solet frequenter ille solus dici diuinator, qui futura cum certitudine, & absque deceptionis metu asserit. Futura autem (ut igitur B. Thomas in 2. 2. q. 95. docet) duobus modis cognosci possunt. Aut enim cognoscuntur per suarum causarum cognitionem, aut cognoscuntur per se ipsa.

Futura duobus modis cognoscuntur.

Causæ autem futurorum tripliciter se habent ad effectus suos. Nam aliquæ sunt, quæ ex necessitate & semper suos producant effectus. Huiusmodi effectus futuri cum certitudine prænosci & prænuntiari possunt, per cognitionem suarum causarum, quemadmodum astrologi præcognoscere, & prædicere solent æquinoctia, solstitia, eclipfes Solis, & Lunæ. Talis prænuntiatio non dicitur diuinitio: quia non usurpatur per eam, quod propriè diuinitio est.

Aliæ sunt causæ, quæ producant suos effectus, non ex necessitate & semper, sed raro contingit eas à suorum effectuum productione deficere. Ex harum etiam causarum cognitione, possunt homines futuros effectus præcognoscere: non quidem cum certitudine, sed per quandam coniecturam. Ad hunc modum multa prædicunt astrologi de pluuiis, siccitatibus, terræ motibus, de fertilitate, aut sterilitate terræ: & medici prænuntiant de morte, aut conualescentia infirmorum, in quibus rebus aliquando prædicunt vera, aliquando falluntur. Hæc etiam prænuntiatio non potest dici diuinitio: quia limites naturalis cognitionis non excedit.

Aliæ sunt causæ, quæ nullam prorsus necessitatem habent, ut suos effectus aut semper aut pluries producant: sed dubiè semper ex se sunt & accipites, ut modò hos modò oppositos effectus producere valeant. Tales causæ vocantur liberae, ut sunt homines, & Angeli. Effectus qui ab huiusmodi causis producendi sunt, non possunt cum certitudine aliqua, siue ut semper, siue ut in pluribus, per cognitionem causarum præcognosci: quia causæ huiusmodi nullam habent ad suos effectus coactionem.

Nullo modo ex necessitate.

Quantumlibet quis cognoscat Petrum, non potest ex hac cognitione certè scire, an Petrus cras ieiunabit, an non: an lequetur, an tacebit: quia cum ille liber sit ad hos

Diuinitio quid sit.

Diuinator quis dicatur.

Propheta quis sit.

1027. 4.

Quantum

Causarum effectus, potest & vnū, & alterum efficere. Tales ergo effectus, qui ab huiusmodi causis pendent, nullus agnoscere potest, nisi dum sunt presentes, vt puta, cum videtur Petrum comedentem, aut ieiunantem, vel tacentem, aut loquentem. Cognoscere hæc cum certitudine, aut prædicere antequam fiant, soli Deo conuenit, qui (vt dicitur)

Rom. 4.
Eccl. 8.

Paulus) vocat ea, quæ non sunt tanquam ea, quæ sunt. De huiusmodi futuris intelligendum est id, quod Salomon ait: *Multa hominis afflictio, quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuntio.*

Hierony.

Quæ verba in commentariis super Ecclesiastem interpretatus Hieronymus, ait: *Licet diuersa eueniant, & non possit istius scire quid ei futurum sit, nec singularum rerum causas, rationesq; cognoscere. (Nemo enim est conscius futurorum) tamen scit à Deo cuncta in utilitat. in hominum fieri, & non abiqu. eius voluntate disponi. Est enim magna afflictio generi humano: quia (vt Poëta ait) nescia mens hominum facti, sortisq; futura, aliud sperat aliudq; euenit, de altero loci exp. etas hostem, & alterius iaculo vulneratur.* Hæc Hieronymus. Quisquis ergo talia futura prædicere, aut prænoscere (nisi Deo reuelante) præsumperit, vsurpare conuincitur, quod solius Dei est, & hic talis dicitur diuinatōr. Nam (vt dicitur cap. Igitur 26. q. 4.) diuini dicti sunt, quasi Deo pleni.

Diuini vnde.

Diuinitate enim se esse plenos simulant, & astuta quadam fraudulenta hominibus futura coniectant. Si quis verò huiusmodi futura contingentia, quæ à causis liberis dependent, Deo reuelante, præcognouerit, aut prædixerit, non dicitur diuinatōr: quia non ex se, & per se talem habet notitiam, sed à Deo: & ita ipse non vsurpat sibi diuinum aliquid: sed Deo tribuit, quod ab illo recepisse fatetur. Alioqui omnes Dei Prophetæ dicerentur diuinatōres, eò quòd tam multa de futuris prædixerint.

Diuinatōres à Prophetis differunt.

Nullus tamen sanctorum illos diuinatōres, sed Prophetas appellauit. Ille enim solus diuinatōr dicitur, qui sibi in debito modo vsurpat præcognitionem, aut prædictionem futurorum euentuum, quæ à liberis causis pendent. Et talis diuinatio semper est peccatum, & quidem graue: quia contra religionem, & cultum Deo debitum

non tamen omnes diuinatōnes æquali culpæ sunt obnoxie: quia vna peior est alia, quòd peiora media ad futurorum prænotionem assumit. Aliquæ enim sunt, quæ Dæmonum inuocatione vtuntur, vt futura prædicere possint, velut sunt Necromantici, aut Arioli.

Alij verò sunt, qui sine expressa Dæmonum inuocatione futura prædicant, vt sunt Augures, qui ex garritu auium; aut Aruspices, qui ex auium aspectu; aut Chiromantici, qui per signa manus, multa de futuris prædicere solent. Et Sortilegi aliqui sunt, qui sub nomine Christianæ religionis, per sacrarum scripturarum inspectionem, aut per qualdam, quas sanctorum seu Apostolorum (vt Isidorus. 8. lib. Etym. ait) vocant sortes, diuinatōnis scientia proficuntur. Et hi propriè sunt sortilegi, qui in iure canonico reprehenduntur atque damnantur. Sunt enim multi alij sortilegi minimè à iure reprehensi, sed ab illo tolerati, & sunt illi, qui quamuis faciunt aliquid, vt ipsius euentu considerato, occultum aliquid, siue præsens, siue futurum agnoscant, non tamen illorum cognitionem à Dæmone, sed à Deo spectant, vt contingit in sorte diuina.

Ea diuinatio, quæ cum Dæmonum inuocatione fit, multò peior est illa quæ absque illorum inuocatione exercetur. Est adhuc inter ipsas diuinatōnes aliud non paruū discrimen. Sunt enim aliquæ, quæ quodammodo hæresi miscentur, & sine alicuius hæresis adminiculo exerceri non possunt. Vt si quis mortuum baptizaret, ea forma, & eo ritu, quo baptizatur viuus, vel puerum baptizaret, vt in de sortium emissarum responsum habeat, aut Eucharistiæ sacramento ad maleficia, & incantationes exercendas abuteretur, aut coram idolis execrandas effunderet preces, ad incantationes suas peragendas. Talia enim Sortilegia, aut auguria sine hæresis admixtione non fiunt.

Nam credere mortuos vtiliter baptizari posse, hæresis fuit Marcionistarum, prout nos in eo opere, quod aduersus omnes hæreses ædidimus, titu. de bapt. hæresi 3. docuimus. Rebaptizare pueros, hæresis Anabaptistarum est apertè dānata. Idola orare, est Idololatria, & si quis in illa, Deos adoratione dignos esse putat, apertissima est hæresis.

Diuinatio est
Dæmonum
inuocatione.

Hæresis Mar-
cionistarum.

*Eucharistia
abusus ad
maleficia.*

hærens. Eucharistia sacramento ad maleficia peragenda abuti, vehementissima est hæresis suspicio. Quoniam hoc faciens, præter magnam irreuerentiam, quam sanctissimo exhibet sacramento, meritò creditur illum opinari sanctissimum Eucharistia sacramento, aliquid ad maleficia exercenda valere, & vim aliquam, & virtutum ad illorum maleficiorum exercitium habere: quoniam si hoc non crederet, non vteretur illo ad talis maleficij perpetracionem

*Dæmonis in-
uocatio in sor-
tibus mitten-
dis.*

Hoc autem sentire, aperta est hæresis & blasphemia. Si quis autem Dæmones inuocaret, vt sortibus emissis, aut figuris aliquibus factis, de futuris ab eis edoceret, licet grauius peccaret, non adhuc diceretur hæreticus, si res, quas à Dæmonibus scire procurat, tales sunt, quæ à dæmonibus bene prænosci possunt. Nam Dæmones, qui rerum naturas, & earum virtutes, & morus (vt habetur in capi. Sciendum, 26. quæst. 4.) melius quàm homines noscunt, possunt ex cogitatione causarum præcognoscere effectus, quos illæ ex necessitate semper produciunt, prout superius de Astrologis diximus, circa prænoionem eclipsum solis, & luna.

Si quis huiusmodi eclipfes, aut fertilitatem terræ, aut sterilitatem futuram, à Dæmone præscire tentaret, quæuis grauissimè peccaret, non esset tamen censendus hæreticus.

*Prænoio cum
Dæmonis in-
uocacione est
hæresis.*

Si verò ea, per naturam scire non poterat, per Dæmonum inuocacionem scire niteretur, hic meâ sententiâ est præsumendus hæreticus: quoniam Dæmones ad illa prænosceda non inuocaret, nisi crederet Dæmones illa præscire.

Hoc autem de Dæmonibus sentire, aperta est hæresis quoniam qui Dæmones credit posse cum certitudine prænoscere ea futura contingentia, quæ ex hominis arbitrio pendent, credit illos esse Deos: quoniam hoc soli Deo conuenire, satis conuincitur per id, quod apud Esaiam Prophetam legitur. *Annunciate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus: quia Dii estis vos* De talibus solùm, qui Dæmones inuocant, vt ea ab illis sciant, quæ non nisi à Deo sciri possunt, ego cenfeo debere intelligi capitulum, Episcopi, quod habetur vigesima sexta quæst. 5. in quo cap.

Sortileg.

Sortilegi, & Magici vocantur hæretici.

Hoc idè ibi dictum est, non quòd semper oporteat Sortilegos & Magicos viros esse hæreticos: sed quia aliquando tales diuinationes, sine alicuius hæresis admixtione exerceri non possunt. Ad eundem modum etiam intelligendum est, capitulum, *Non obseruatis, vigesima sexta quæst. 7.*

Aliæ sunt diuinationes, quæ licet sine peccato graui fieri queant, sine tamen alicuius hæresis admixtione exercantur. Veluti si quis per Sortilegi, aut auguria à dæmone inquirat de futuris ea, quæ ille per suam naturam præscire potest, aut ab illo petat, vt faciat, quæ certum est Dæmonem Deo permittente facere posse, & non credit Dæmonem plura scire, quàm sciat, aut plura posse, quàm potest, nec aliquid aliud suis Sortilegiis aut Maleficiis admiscet, quòd ex aperto fidei errore procedere conlter. Si quis Dæmonis adiutorio velit, & instantissime procurat scire, quid Romæ, aut in exercitu Imperatoris agatur, aut quis alicuius Maleficii in secreto, sine relictis commissi sit author, aut quo loco malefactor lateat, non propter hæc est censendus hæreticus: quia tales diuinationes, aut talia Sortilegia, sine Maleficia, quamuis grauissima sint peccata, non tamen habent vllam hæresis commixtionem.

Nam sicut alia peccata per malitiam puram, & sine vilo errore & ignorantia, sed ex indultia committi possunt ita etiam Sortilegia, & auguria, & alia diuinationes possunt ex pura malitia, & ex indultia, sine vilo errore intellectus, & per consequens sine vlla hæresi exerceri. His igitur præmissis, vale pono documentum, ex quo totius huius rei summa pendet. Sortilegi, & auguria, & reliquæ diuinationes quæ sine alicuius hæresis admixtione exerceri non possunt, subduntur examini, & censuræ Inquisitorum hæretica prauitatis, & ab illis puniri debent. Talia sunt opera Necromantico:um: quoniam illi (vt postea dicemus) semper malè de fide sentiunt, credentes de Dæmonibus, quòd multa possint, quæ re vera non possunt. Sortilegia verò, & auguria, & alia diuinationes, quæ ex sola malitia voluntatis, absque vilo errore intellectus exercantur, non subduntur ex iure ordinario cén-

*Diuinationes
hæresim non
inferunt.*

*Sortilegia quæ
non subduntur
inquisitioni.*

suræ

ſuræ Inquiſitorum hæreticæ prauitatis: niſi aliunde ad hanc cauſam illis fuerit delegatum.

Hoc expreſſè definitum eſt ab Alexandro IV. in capi. *Accuſatus. §. Sanè. de hæreticis, libro ſexto.* Epiſcopi verò de huiusmodi Sortilegiis, quæ hæreſim non ſapiunt, inquirere & iudicare poliunt: quia iſtorum poteſtas latior eſt, quàm poteſtas Inquiſitorum. Vt autem Inquiſitor hæreticorum ſciat, an Sortilegus, aut augur, aut alius quouis diuinator, ſua ſubſit iurisdictioni, an non, hoc meſ ſententiâ illum facere oportet, Interrogabit de Dæmonum poteſtate, de illorum ſcientia, vtputa, quid credat illos ſcire de futuris, quid illos poſſe agere circa hæc inferiora. Interrogabit etiam, an Dæmon poſſit hominis ſecreta, quæ in ſold illius verſantur corde, rimari, & perfecte cognoscere.

Nam quòd hæc ſolius Dei cognitioni ſubdantur: ſcriptura ſacra teſtatur, dicens: *Scruians corda & renes, Domine.* Et Apoſtoli orantes Deum, dixerunt: *Tu Domine, qui cœli noſti omnium.* &c. Ex quibus conſtat, hæreſim eſſe dicere quòd Dæmon ſecreta hominum noſcat. Huiusmodi autem erroribus ſolent ſapè Sortilegia miſceri. Et ſi ille de omnibus his iuxta regulas fidei reſponderit, credendum eſt illum ex pura malitiâ, & non ex errore intellectus, tale peccatû commiſiſſe, niſi opus ipſum tale ſit, quòd vehementem præbeat de hæreſi ſuſpicionem.

Qualia ſunt ea, quæ ſuprà enarrauimus, videlicet, baptiſmus mortui, rebaptizatio puerorum, abuſus ſacramenti, ad maleſicia exercenda Hæc enim, & his ſimilia, licet hæreſes non ſint, cum hæreſis non ſit in opere, ſed in intellectu vt lib. 1. de iuſta hæreticorum punitione. tom. 2. cap. primo docuimus) vehementiſſimam tamen præbeat hæreſis ſuſpicionem.

De Magis, an ſint hæretici cenſendi, & velut tales puniendi.

CAP. II.

Multi ſunt, præhædolores homines, qui verò Deo illorum, & aliorum omnium creatore reſiſto, ad Dæmonem omnium hominum capitalem hoſtem conſiderant.

gere non verentur: & cum à Deo, illi ſeruietes, omnia verè bona certò ſperare poſſent, Dæmoni ſeruire, & illi per omnia obedire malunt, à quo nil niſi malum recipere valent.

Nam Dæmon ipſe quamuis è ſublimes illo ſtatu, in quo à Deo conditus erat, propter inſanam illam, prodigioſamque ſuperbiam, qua Deo ſe æquare tentauit, ad inferos vſque deiectus eſt, in ea tamen cæca ambitione obſtinatus hucusque perſiſtit, vt Deo ſe æquare contendat, & diuinos appetere honores non vereatur.

Quos cum in cœlis, ex quibus ſe deiectum conſpicit, ſe iam aſſequi poſſe non ſperet, illos ab hominibus, quos certiffimè ſcit faciliùs decipi poſſe, accipere quotidie procurat. Vt autem hos, quos tam anxie concupiſcit, diuinos aſſequatur honores, nihil intentatum relinquit.

Nam quosdam fraudibus decipit, tranſfigurans ſe (vt de illo reſerit Paulus Apoſtolus) in angelum lucis: alios variis, prout quemque concupiſcere noſcit, propoſitis donis & præmiis allicit.

Quibus fraudibus & technis multos hætenus vtriuſque ſexus homines ſeduxit: qui illum ſummè venerantur, & tanquam Deum adorant. Non tamen omnes, qui illi obediunt, eodem ritu, & ordine illum venerantur, nec omnes eodem cenſentur nomine.

Nam quemadmodum Chriſtiana religio varios continet, intra ſe ritus, quibus verus colitur Deus, varias etiam hominum congregationes, qui licet habita & nomine ceremoniſque inter ſe diuerſi ſint, omnes tamen ad hunc tendunt ſcopum, vt Deum colant, & illi obediant: ita ille ſuperbiæ parens Satanas, Deum in hoc imitari volens, plures ſui diabolici cultus habet profeſſores, qui licet diuerſo cenſentur nomine, diuerſoſque habeant in Dæmonis, cultura ritus & mores, hoc tamen inter illos cõuenit, quòd omnes laudant Dæmonem, & illum venerantur, illique per omnia obedire procurant.

Diuerſitas autem iſtorum variis modis conſiderari poteſt. Primò quidem conſiderari poteſt, ex diuerſitate meditationum, quibus ad conſequendum id, quòd optant, vtuntur,

Sunt enim, qui incantationibus mortuos ſuſcitare ſe dicant

Epifcopi de
Sortilegijs cog-
noſcunt.

Epif. 7.
Act. 1.

Dæmonis
fraudes in de-
cipiendis ho-
minibus.

dicunt, ut ab illis edocti, de futuris aliquid prædicere, aut diuinare possint.

Et hi (ut docet August. lib. 10. de ciuitate Dei) dicuntur Necromantici, quia *νεκρος* Græcè, Latine dicitur mortuus *μαντις* uero dicitur diuination. Necromantia igitur dicitur diuination ex mortuis habita uel accepta.

Alij dicuntur Hydromantici ab aqua, quæ Græcè dicitur *ὕδωρ* ex cuius inspectione umbras Dæmonum euocare se putant, & imagines eorum uideere, à quibus quod putant (ut ipsi aiunt) edocentur. Sunt alij similes diuersis uominibus appellati Diuinatores, quorum nomina recenseantur in cap. *Episcopi. 26. iust. 5.* de quorum diuinatione, quoniã in *proximè præcedenti cap.* differuntus, cetero de illis nihil aliud dicere statui.

Potest etiam inter eos, qui Dæmonem uenerantur, cetera considerari diuersitas, quæ sumenda est ex diuersitate eorum rerum, quas Dæmonis adiutorio excipiunt, & quas à Dæmone inpetrare cupiunt.

De his omnibus singularem hoc ordine differere statui, ut primò ostendam, qui, & quales illi sint, deinde inuestigem, an sint inter hereticos censendi, & uelut tales puniendi. Sunt igitur aliqui, qui magna aliqua mirabilia se facere posse uehementissimè cupiunt, ut per horum mirabilium operationem, ab alijs suspiciantur, & sint illis in miraculum & stuporem, & ob hanc causam Dæmoni se subdunt, ut illius auxilio & potentia mirabilia multa facere possint.

Hi (ut Augustinus docet) uocantur Magi, quales fuerunt illi, qui coram Pharaone (ut *Exodi historia nomen*) Moysi restiterunt, omnia illa mirabilia Dæmonum auxilio facere conantes, quæ Moyses Dei uirtute faciebat. Talis etiam fuit Simon ille, qui (ut *Lucas 10. actibus Apostolicis refert*) existimauit Dei donum pecunia posse possideri.

Hic enim tot tantæque mirabilia Dæmonis auxilio operatus est, ut à Samaritanis, ynde originem traxerat, pro Deo habitus sit, & Romani (ut *Iustinus martyr in suo apologetico refert*) publicam illi tanquam Deo itumantem exiuit. Ut autem de illis certius & apertius desinate ualeamus, an hæretici sint dicendi, an non: hoc in præsentibus adiuuamus

Hydromantici qui & uindæ.

Magi qui Exod. 7.

Act. 8.

Simon Magus.

animaduertere oportet, quòd nullus Magus aliquid horum mirabilium operatur, sine aliquo pacto, inter illum & Dæmonem facto.

Magi mirabilia operantur ex pacto cum Dæmonibus.

Non enim gratis hæc omnia Satanas docet, nec gratis suam Magis impartitur eam, quam habet potentiam, sed aliquid ab ipso Mago recipit, ut illum ad illa mirabilia perpetranda iuuare uelit.

Consideranda igitur est ante omnia ipsius pacti qualitas & conditio: quoniam inde magna huius rei notitia pendet.

Pacta autem ista dupliciter fieri contingit, quoniam quædam aperte & expressè sunt, alia uero non nisi tacite & latenter. Pactum apertum & expressum est, quod cum ipso uel Dæmone emittitur, & illi in propria persona datur.

Et hoc iterum duplex. Est enim aliquod publicè & solenniter factum, est etiam aliud priuatim, & sine ulla potius soleannitate factum.

Pactum publicum & solenne est, quod fit cum Dæmone sedente in solio regali, & multitudine suorum stipato, in generali quadam congregatione uelut in quibusdam comitijs generalibus, quo omnes, qui sub Dæmone militant, & illi nomina dederunt, conueniunt.

Pactum publicum & solenne cum Dæmone.

Ibi enim coram omnibus illis promittunt aliqui (ut *longius infra dicemus*) Dæmoni obedientiam, & illius mandata se per omnia seruaturus uent, Deo & omnibus operibus eius renuntiant, aliisque innumera scelera se patraturus iurant.

Qua per illos emissã promissione, Dæmon illis statim promittit se illis daturum ea, quæ scit illos concupiscere.

Promissio Dæmonis ex pacto.

Non enim omnibus omnia promittit, sed quo quisque plus se Dæmoni tradit, & plura in illius honorem se facturum spondet, eò plura etiam Dæmon illi promittit, & plura condonat. Pactum priuatim & expressum est, quod cum ipso fit Dæmone promissionibus uero citòque datis, nulla tamen habita soleannitate, nullisq; etiam adhibitis testibus.

Quæ autem Dæmon promittit se illis daturum, pro uiribus prestare laborat, ne si mendax in promissis inueniatur, hi qui illi se dederant ab eo iterum recedant, & sic

amirat, quos iam velut seruos habebat.

*Premissa que
non possit Da-
mon prestare.*

Sunt tamen aliqua non pauca, quæ Dæmon minime efficere valet: quia aut suas naturales vires excedunt, aut licet eas non excedunt, Deus tamen, sine cuius nutu, nihil agere potest Dæmon, illa agere non permittit.

Si quis igitur horum Dæmon illis promittit, illusionibus quibusdam & præstigiis, sic illos sæpe fallit, ut illi putent id, quod à Dæmone sperabant, se adsequutos fuisse. Pactum tacitum cum Dæmone est, quod quis facit non cum Dæmone, sed cum eo, qui est Dæmonis discipulus, & seruus promittens illi obedientiam integram, & absolutam, & renuntiat Deo, & fidei Catholicæ, & reliqua omnia spondet, quæ ipsi Dæmoni alij promittunt. Is autem, cui hæc promittuntur, vice versa, promittit illis, quod propter hæc multa magna, & mirabilia assequentur.

*Pacti taciti
sustentatio
facta à Da-
mone.*

Hoc autem pactum, quamuis non cum ipso Dæmone factum, Dæmon ipse ratum habet, & omnia in illo contenta, perinde adimplere nititur, ac si fuissent ab eo promissa. Quo fit, ut non solum illi, qui expressum, sed etiam qui tacitum cum Dæmone pactum fecerunt, multa insolita, & stupenda, Dæmone illos adiuuante faciant, aut facere videantur. De his omnibus non incongrue dici potest id, quod de aliis peccatoribus Dominus per Esaiam Prophetam dixit: *Perussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* His igitur annotatis, ut scimus de Mago aliquo, an hæreticus ille sit, non duo sunt consideranda: Primum est, ipsius pacti, quod cum Dæmone fecit qualitas, & conditio, siue tacitum illud sit, siue expressum nihil refert. Si per pactum illud promittit se adoraturum Dæmonem, & alios diuinos honores illi daturum, & hoc, vel aliquod aliud simile promittit: quia ita esse faciendum credidit, merito procul dubio ille censendus erit hæreticus: quia Dæmonem Deum esse credit, eum illum, tanquam Deum adorare, aut adorare promittit, & venerari. Nam verus Deus creator omnium, qui loquutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt Prophetarum eius, per Esaiam Prophetam loquens, ait: *Ego Dominus, & non est alius: extra me non est Deus.* Et in eodem loco iterum: *Ego Dominus, & non est alius.* Et quibusdam

*Pacti qualitas
& conditio.*

quid non ego Dominus, & non est ultra Deus absque me? Si nullum fecit pactum de re, fidei Catholicæ repugnante, quod tacite contingere potest, quoniam (ut diximus) nunquam solet Dæmon gratis, & sine aliqua certa lucrispe cam quam habet potentiam hominibus imparari, & per illam hominibus ad eorum nutum inferuire, tunc Magus ille erit examinandus, quid de Dæmonis potentia te credat. Si certo cognosci potest illum credere de Dæmone, quod possit aliquid, quod Deo soli conuenire fides Catholica docet, erit siue vili dubitatione hæreticus censendus. Ut gratia exempli, si credit Dæmonem posse aliquid creare, prout Manichæi & Priscillianistæ dixerunt, aut credit Dæmonem posse mortuos suscitare: quod reuera solius Diuinæ potentia est proprium. Nam sicut fide credimus animam humanam à solo Deo creari posse, ita etiam fide tenendum est solum Deum posse eandem hominis animam corpori humano viuere. Hoc enim ratione naturali certo, & euidenter scimus, quod nulla forma substantialis potest alicui materiae velut illius forma viuere, nisi à solo illo agente, quod potest illam producere. Agens quod non potest formam substantialem producere, nec potest etiam illam materiae viuere. Quoniam sciendo videretur ipsum compositum ex materia, & forma producere. Ac incepta est maxima dicere, quod aliquid agens producat aliquod compositum, cuius nec materiam, nec formam producere potest. Deus igitur, qui solus animam hominis producere & creare potest, etiam solus potest illam, postquam à corpore suo separata fuerit, iterum eidem corpori viuere. Nā aliàs ille, qui animam corpori viuere, hominē illū fecisse diceretur, quod nefas est dicere Dæmonē hoc facere posse: Quia dicente Deo, *Faciemus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā:* Apertè nos docuit, ipsius hominis productionem tantam esse, ut, propagatione seclusa, soli Deo conuenire possit.

*Nihil gratis
inferuit Da-
mon.*

*Forma sub-
stantialis ab
agente quomo-
do materiae co-
mponitur.*

Fortè quis hic mihi obiciet Samuellem, qui (ut Regum narrat historia) per Pythonissam suscitatus est, & interrogatus responsa dedit Regi Sauli. Huic obiectioni dupliciter respondere possumus, prout Aug. in epist. ad Simplicianum docet. Primum quidem dici potest iuxta illum, non fuisse Samuelis animā, quæ apparuit, & cum Saule lo-

*Samuelis sus-
citatio ad se-
cuta.*

Regum. 3.
Eccles. 46.

Gen. 40.

Gen. 32.

Aug. ad Sim-
pli.

quebatur: sed quoddam phantasma, & illusio imaginaria diaboli machinationibus facta, quam scriptura sacra in lib. 1. Reg. & in Ecclesiast. Samuellem vocat, eo loquutionis tropo, quo imagines suarū rerū nominibus solent appellari. Nā imagines illæ Cherubin, super arcam testamenti existentes, Cherubin appellantur in sacra scriptura, cum tamen re vera non essent Cherubin, sed illorū imagines. Et piacetna ille Pharaonis in carcere cum Ioseph existerem se in somnis vidisse dixit, in qua erant tres propagines, cum tamen nec vitæ, nec propagines vidit: sed solis illarum rerum imagines. Iuxta hunc modum etiā angeli, qui olim à Deo ad homines mittebantur, dicebantur in veteri testamento Dij, ob hoc solum quia Deum, à quo mittebantur, representabant. Nam de Angelo illo cum quo luctatus fuerat Iacob loquens dixit: *Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Non enim Deus videbat Iacob (vt omnes sacri doctores concorditer docent) sed Angelum à Deo missum, qui propterea quod speciali quodam modo Deum, à quo missus erat, representabat, Deus, aut Dominus, à Iacob dictus est. Sic etiam potuit illa Samuelis imago, quæ Dæmon ob oculos Saulis posuit, dici Samuel, si verò scrupulus aliquem viget, vt non imaginem Samuelis, sed ipsum Samuellem suscitatum esse credat, propterea quod is, qui apparuit, vera Sauli prædixit, quæ à maligno spiritu dici non poterant, propterea quod nihil de futuris certum ille præcognoscere potest: præferim de illis, quæ non à solis necessitatibus eueniunt. Hunc scrupulum tollit Aug. in illa præf. epistola, sic loquens: *Potesse & illud videri mirum, quod Demones agnouerunt Christum, quæ Iudæi non agnoscebant. Cuius enim vultus Deus etiam infirmos & infernos spiritus aliqua vera cognoscere. temporalia duntaxat atque ad istam mortalitatem pertinentia, facile est nec incongruum, vt omnipotens & iustus ad eorum poenam, quibus ista prædicantur, vt nihil quod eis imminet, antequam veniat præuolando patiamini occulto apparatu, videat eos mysteriorum suorum talibus spiritibus, aliqua diuina rationis impertiat, vt quod audiunt ab angelis, præuocant hominibus. Tantum autem audiunt, quantum omnium moderator Dominus vel iubet, vel sinit.* Hæc Aug. Secundo dici potest, iuxta Aug. sententiam, quod is, qui

Sauli apparuit, fuit verus Samuelis spiritus à dæmone ductus, Deo id permittente propter aliquam rationē nobis occultam. Nam cum Christus petuisset se à diabolo assumi, & super pinnaculum templi portari, & super montem excelsum collocari, nō est mirū, quod animam Samuelis ab inferis portare fuerit permittens: præferim cum ipsa Samuelis anima prope infinium minoris sit excellētiæ, quàm ipse Christus. Aut certe dato quod fuerit verus Samuelis spiritus is qui Sauli apparuit, dici melius poterit, illum non aliqua arte Magica, aut Dæmonis potestate ad hoc permissa: sed diuina potentia & dispositione, quæ Pythonissam & Dæmonē latebat, fuisse illuc adductum, vt Sauli sententiā diuinam, propter sua demerita super eum proximè venturam, prænuntiaret, quemadmodum ipsemet dū viueret eidem Sauli nuntiavit illum esse ex Dei decreto à regno deiectum. Si autem aliquis eam sententiā magis probare voluerit, quæ ait animā Samuelis fuisse à Dæmone ex Dei permissione ab inferis suscitata, hoc summe cauere debet, ne credat, aut suspicetur animam illam fuisse suo proprio corpori restitutam, aut alicui alteri corpori sic infusam, vt ex illa coniunctione corporis cum illa anima, verus & integer fuerit homo constans, qualis ante mortem suam fuerat. Talem enim coniunctionem corporis cum anima, neque etiam Deo permittente Dæmon ex suis viribus facere potest. Et certe Augustinus, qui admittit animam hominis potuisse à Dæmone ex Dei permissione ab inferis ad superos adduci, nō admittit dæmonem potuisse illum corpori infundere. Ad solum enim motum localem dicit, animā Samuelis potuisse Dæmonis potestate subesse: vt posset illā de loco ad locum illa inuita mutare. Nam ad hoc solum valet exemplum, quod attulit de Christo, quem diabolus de deserto ad ciuitatem Hierusalem transtulit, & posuit supra pinnaculum templi. Hoc tamen inter illa duo interest, quod Christus non inuitus, sed se permitte, ductus est à Dæmone. Anima verò etiā inuita potest à Dæmone, quod illi placuerit, duci, nisi Dæmon sit à Deo ad hoc faciendā impeditus. Quisquis igitur hanc probare voluerit sententiā, vt dicat verā animā Samuelis à Dæmone ex Dei permissione fuisse corā Saule adductā,

Samuelis anima ab inferis suscitata.

Deportatio Christi & Samuelis anima fuerit sumis

horū alterū illū dicere oportebit, aut animā illā nō fuiſſe vero corpori, ſed phāſtico & apparētī tūc coniuētā cui non ut vera illius forma vniebatur, ſed ſolū illi aſſiſtebat, ut motrix illius: aut ſi in vero corpore, cui verē, ut ſoripa illius vniebatur illam apparuiſſe dicat, talē animę cum corpore vniōē à ſolo Deo factam eſſe ille dicere cogetur, ne hominē (quod impiū eſt) à Dæmone fieri poſſe dicat. Si quis verō contendit Dæmonem poſſe animā hominis corpori vnire, is certē teſtimonio beati Leonis, huius nominis Primi, dānatur, qui in *epiſtola ad Tarſitanum Aſſorigenſem Episcopum* diſſerens de errore Prifcilliani dicentis, animas, quæ humanis corporibus inferuntur, fuiſſe in corpore & in cœleſti habitatione peccalle, atq; ob hoc à ſublimibus ad inferiora dilapſas in diuerſa qualitatibus principes incidiffe, & per aëreas, ac ſydereas poteſtates alias duriores, alias mitiores, corporibus eſe iniectas, ſic ait: *Quam impietatis fabulā ex multorū ſui errorib; texuerunt: ſed omnes eos Catholica fides à corporis ſua vnitatis abſcidiſ, conſtanter prædicans atque veraciter, quod anima hominum priuſquā ſuis inſpirentur corporibus, non fuiſſe, nec ab ullo incorporentur niſi ab opifice Deo, qui & ipſorum eſt creator & corpus.* Hac Leo Papa, qui fide Catholica tenendum eſſe docet, animas à ſolo Deo corporibus humanis infundi.

Prifcilliani
error de ani-
marum inſpi-
ratione.

Magi illuſio-
nibus decepti
à Dæmone.

Cum igitur Magus aliquis mortuum aliquē ſuſcitare ſe dixerit, nequaquā eſt illi credendum: quia nec Dæmon ipſe à quo iuuatur hoc facere poteſt. Poterit quidē (Deo permittente) & Dæmone fauente, animam ſolam alicuius defuncti ab inferis ad ſuperos adducere, & corpori alicui phāſtico, ad imaginē & ſimilitudinē corporis defuncti cōſtaro illam infundere, non quidē ut ſortam illi coniuētā ſed tanquā illius morticem. Et quia hoc Dæmō facere poteſt, hinc eſt, quod ipſe Dæmō huiusmodi illuſionibus & præſigiis Magos ipſos, & alios inſipientes decipit, ut putent illū poſſe mortuos ſuſcitare.

Diuinitas
Chriſti mor-
tuorum ſuſci-
tatione pro-
batur.

Quiſquis tamē hoc putat impius eſt & hæreticus: quia creaturæ, hoc eſt, Dæmoni tribuit id, quod ſoli Deo cōuenit. Nā vñ ex præcipuis teſtimoniis, quo (ut conſors omnium ſactorū doctorū ſententia tener) Chriſtus ſuam nobis maniſeſtē declarauit diuinitatē, fuit mortuorum ſuſcitatio

ſuſcitatio. At ſi hæc mortuorum ſuſcitatio Dæmonum poteſtate fieri poſſet, non ſatis bene ſuā diuinitatem illo argumento nobis probaſſet Chriſtus.

Eſt adhuc aliud conſiderandum circa Dæmonis poteſtate mutare videlicet homines in pecora, aut volucres, aut quæcunque alia bruta animalia, de quo Magū exanimandū eſſe cenſeo, & diligentiffimū eſt interrogandū, an credat illud dæmonē facere poſſe. Nam & Magi ſæpiſſimē hoc ſe facere dicunt, & de his multa olim facta eſſe fabuloſa narrauit gentilitas. Quæ omnia apud multos fidem obtinuerunt propter vanam & leuem Græcorum credulitatem, quæ conſequē proceſſit, ut nullam fuerit tam impudens mendacium, quod teſte ac proinde fide apud illos caruerit. Lucianus ſcribit ſe, quum in Theſſalia noſcendæ Magiæ cauſā veſtaretur, mutatum in aſinum, dum auem fieri optaret. Non quidem quod hoc illi contigiffet, ſed (ut opinor) ad artis Magiæ iriſionem & ſubſānationem, hoc conſixit argumentum homo, qui neminē, nec Deos ipſos non ſubiannauit. Idē argumentum poſteā Apuleius ſuſcipiēs ſcripſit librū de aſino aureo, ut ſuam oſtenderet eloquentiam, quæquam multorum opinione id, quod optauit, nō eſt aſequutus. Circumſuſſimam magā ſocios Ulyſſis mutare in beſtias finxit potiùs, quā narrauit Homerus, Diomedis ſocios poſt Troianū excidiū in volucres fuiſſe conuerſos referit Ouid. lib. 4. *Metamorphoſ.* Et B. Auguſt. lib. 18. *de ciuitate Dei.* cap. 18. referit ſe, cum in Italia eſſet, familia quædam audiuiſſe de quadā regione illarū partiū, vbi ſtabulatas mulieres imbutas his malis artibus, in caſco dare ſolere dicebāt quibus vellens, ſeu poſſent viatoribus, vnde in iurmetā illico verteret, & neceſſaria quæq; portaret, poſtque perſundā opera, iterū ad ſe rediret; nec tamen in eis metem fieri beſtialē: ſed rationale humanāq; ſeruari.

Quæ vana & leuis credulitas à Gētilitate, præſertim ab antiqua illa Græcia ortū habens, ad noſtra vſq; tempora proceſſit, in quibus non deſunt homines, qui credant homines in lupos, aut canes, aut caros Magorū incantationibus, & Dæmonum potentia conuerſi poſſe. Si Magus hæc aut his ſimilia à Dæmone fieri poſſe credat, erit procul dubio hæreticus cēſendus, quia ea Dæmoni tribuit,

Magi an poſ-
ſint transmutare in bruta.

Caſus præſi-
gioſarum mu-
lierum.

Forma ſub-
ſtantialis
quas requirit
diſpoſitiones
vt informetur.

quæ omnem ſuperant naturalem creaturæ potentiam, & quæ ſoli Deo conuenire poſſunt. Nā (vt ex proximè præcedentibus cõſtat) ſicut ſolus Deus poteſt animam humanam producere, ita etiam ille ſolus poteſt illam corpori vnire: & inde ſequitur, vt etiam ille ſolus poſſit illam de corpore in corpus transferre. Præterea anima humana talis eſt, & tantæ nobilitatis, vt non niſi corpus humanum & organicum informare & animare poſſit. Nam ſicut quælibet forma ſubſtantialis exigit certas aliquas diſpoſitiones in materia, vt illã fouere & informare poſſit, veluti forma ignis requirit calorẽ in materia, forma arboris, aut herbæ requirit humiditatem, aut viriditatem: ita anima humana requirit in corpore figurã humanam, vt corpus illud animare & vegetare poſſit. Non tamen puto ſic talem corporis figuram requiri, vt Deus non poſſit animam hominis ſi vellet corpori bruto vnire.

Deus, tamẽ hoc nõquã facere decreuit, qui ab initio hominẽ creans, animam illius nõ niſi corpori organico inſudit. talẽmq; illum in corporis figuram tunc fecit, quæ ſis perpetuò poſteã faciendus erat. Et ob hanc cauſam dicimus animam hominis, ſi ad ordinem & potentiam naturæ referatur, non poſſe, niſi corpus humanum vegetare. Non eſt igitur credendum vlla Dæmonum potentia poſſe homines in iumenta, aut aues, aut alia bruta animalia mutari. Si quis verò obiiciat ea, quæ Circẽ illam Magam olim feciſſe Poëtæ referũt, & quæ hodie à multis Magis fieri dicuntur, his omnibus eleganter & ingenioſe reſpondet Auguſt. lib. 18. de Ciuitat. Dei, cap. 18. ſic inquit: *Nec ſanẽ Dæmones naturas creant, ſi aliquid tale faciunt de quibus factis iſta veritur queſtio: ſed ſpecietatis que à vero Deo ſunt creata cõmuniã, vt videantur eſſe quod non ſunt. Non itaque ſolum animum: ſed nec corpus quidem vlla ratione crediderim Dæmonum arte vel po. eſt. e in membra vel lineamenta beſtialia, veraciter poſſe conuert: ſed phantaſticum hominis quod etiam cogitando, ſiue ſomnando per rerum innum. tabilia genera variatur, & cum corpus non ſit: corporum tamen ſimiles mira celeritate formas caput. ſopitis aut oppreſſis corporeis hominis ſenſibus ad aliorum ſenſum neſci o quo ineffabili modo figura cor. oreã poſſe perduc: ita vt corpora ipſa hominum alicubi inceant videntia quidem, ſed mul-*

Circet Ma-
ga transfor-
matio.

Transmuta-
tio in bruta à
Dæmonibus
facta eſt
phantaſtica
& illuſoria.

to grauius inque vehementius, quàm ſomno ſuis ſenſibus obſeratis. Phãtaſticum autem illud, veluti corpora, tunc in alicuius animæ effigie appareat ſenſibus alienis taliſq; etiam ſibi homo eſſe videtur, ſicut talis ſibi videri poſſit in ſomnis, & portare onera, quæ onera ſi vera ſunt corpora portantur à Dæmonibus, vt illudatur hominibus: partim vera onerum corpora, partim iumentorum falſa cernentibus. Haſtenus Auguſtinus. Et ad probationẽ huius ſuę ſententiæ qua dicit illa nõ vera eſſe, ſed Dæmonũ illuſiones, adducit experientiã ipſam, quæ multa vera docere ſolet. Ad ipſam autem experientiã comprobandã, duo narrat facta, in quibus id, quod dixit verum eſſe certiffimẽ cognitum eſt.

Quibus narratis, poſteã iterum ſententiã ſuã explicat, ſic inquit: Proinde quod homines dicuntur mandatumque eſt literis à Diis, vel potius Dæmonibus Arcadis in lupos ſolare conuert, & quod carminibus Circæ ſocios mutat Vlyſſis, ſecundum iſtum modum mihi videtur heri potuiſſe, quem dicit: ſi tamen factum eſt. Diomedens autem volucres, quandoquidem genus earum per ſucceſſionem propaginis diuare perhibetur, non mutatis hominibus factus, ſed ſubtraçtis, credo fuiſſe ſuppoſitus: ſicut cerua pro Iphig. nia Regiã Agamẽnonis filia. Neque enim Dæmonibus iudicio Dei permiſſis huiusmodi præſtigia difficileſ eſſe potuerunt. Sed quia illa virgo poſteã viuã reperta eſt, ſuppoſitam pro illa ceruam eſſe facile cognitum eſt. Socij verò Diomedis, quia nuſquam ſubiò comparuerũt, & poſteã nullo loco apparuerunt, per dei vultus eos vitoribus angelis malis, & pro eis aues occuſe ex alijs locis, ubi eſt hoc genus auium, ad ea loca perducta ſunt, ac repenti ſuppoſita, idẽ creduntur eſſe conuerſi. Huc uſque Auguſtinus, qui rẽ totam luculenter, & ingenioſe (vt ſolet) explicuit.

Iuxta hunc modum, quem Auguſtinus docet ſunt intelligenda multa alia, quæ Magos facere poſſe vana & leuis gentilitas credidit. Nam (vt cætera ridicula pertranſeam) ſunt gentilitati perſuatum, Magicis incantamentis detrahi cælo lunam, aut ſolem obſcurari. Idẽ Quindius de Medea loquens dicit.

Ille reluctante in curſu dæducere iunam

Nititur, & tenebras addere ſolis equis.

— Et Virgilius in Pharmaceutria.

Carmina vel cælo poſſant deducere lunam.

Idẽ Auguſt.
de ciuit. Dei.
18.

Luna carminibus cælo detrahebatur.

Adiunari putabant lunam ſic laborantem ſonitibus permagnis, ne voces incantantium eò poſſent peruenire, vt ab ea exaudirentur, idcirco tympana & cymbala perſabatur. Nam hæc omnia plurimum prodeſſe putabat.

Ordo rerum à vnde Propertius ait:

Dæmonibus *Cantus eſt e curru lævæ deducere tonant:*

immuſari *Et facerent, ſi non æra repulſa ſonant.*

noti poſſi. Et Iuvenalis de fœmia loquaciſſima loquens, Satyræ ſexta, dixit:

Vna laboranti poterit ſuccurrere Luna.

Hæc omnia virtute Dæmonum fieri nequeant, qui naturæ ordinem à Deo inſtitutum permutare non poſſunt, ſed (vt Auguſtinus de aliis rebus dixit) diabolica illuſione ſimilitudines & phantaſmata illarum rerum Dæmon ob oculos hominum ſic ſubtiliter & artiſicioſè ponat, vt homines crederent ſe non ſimilitudines & phantaſmata, ſed veras res vidiffe.

Ad cuius ſententiæ confirmationem præter exempla, quæ ille adduxit, alia multa poſſunt afferri, è quibus tui ſolum referam, quod narratur in vitis patrum.

Iuvenis quidam iuenculam ardentè amabat, eamque ad actus venereos, vt ſibi conſentiret, quotidie ſollicitabat. Quam, quia numquam conſentire voluit, quidam Iudæus Magus ad iuvenis petitionem, in equam converſit, vt ſibi & aliis aſpicientibus videbatur.

Ob hanc cauſam illa ad beatum Macharium ducta eſt, qui illam aſpiciens dixit, ſibi mulierem & non equam videri. Non enim potuit Dæmon ſancti viri ſenſus illudere, quemadmodum aliorum ſenſus illuſerat. Hic igitur Deū pro illa orans, ſuis precibus à tali illuſione eam liberavit.

Denique hæc ſententia confirmatur autoritate concilij Anquirenſis, quod de hac re apertiffimam dedit deſignationem, ſic inquitens:

Quisquis credit poſſe fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam ſpeciem, vel in aliam ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore, qui omnia facit, & per quem omnia facta ſunt, procul dubio infidelis eſt, & pagano deterior. Hæc concilium Anquirenſe, ut citantur à Gratiano in cap. Epifcopi. 26. q. 5. Nam huius concilij decreta non reperiuntur inter illa, quæ duobus vel luminibus

luminibus magnis conclaſa, anno ab hinc octavo impreſſa ſunt Colonia.

Sunt enim illic decreta concilij Ancyraſis, & ſuſpectus Gratiani literam mendoſam (prout aliàs ſæpe in illo Gratiani volumine contingit) ita vt pro Ancyrao poſitum eſſe Ancyreſe, omnia concilij Ancyraſis decreta perlegi, ſperans præſatum decretum illic inuenire: ſed nihil tale in concilio Ancyrao reperi. Collector tamen illorum conciliorum, poſt Ancyraſis concilij decreta hoc addidit, dicens ſe in quodam codice manu ſcripto illud inueniſſe.

C A P. III.

De Maleficiis, an ſint hæreſis dicendi, & velut tales puniendi.

Inter multos, quos ſub ſuo imperio Dæmon continet homines, qui illum iuocant, & pactum cum illo ferunt, vt illius adiutorio ea quæ optant efficere valeant, quidam recentur qui ab operibus ſuis Malefici appellantur, propterea quod tam malignantis & peſtiferi ſunt ingenii, vt nulli bene: ſed Dæmonem ipſum imitantes, male multis facere optent, & ob hoc ſolum dæmonis imperio ſe ſubdunt: vt ab illo doceantur, quo pacto aliis obefſe poſſint.

Nam licet Magi, & Incantatores, de quibus in præcedenti cap. diſſerimus, poſſint etiam hæc Maleficia Dæmonis auxilio operari, non tamen ob hanc Maleficiorum peritiam, Magi: ſed Malefici vocantur proprio vocabulo, prout ex ipſa vocis etymologia facile conſtare poſſe. Nam in l. Nemo. C. de Maleficiis & mal. hominibus, dicitur huiusmodi homines ob facinorum magnitudinem Maleficos à vulgo appellari.

Huiusmodi autem Maleficorum multa ſunt genera, quæ non ſecundum varietatem medicorum & inſtrumentorum, quibus Malefici in ſua arte vrantur, ſed iuxta diuerſitatem malorum, quæ in aliis efficiunt, diſtinguuntur.

Eſt enim aliquod maleficium, quod dicitur amatorium, eſt etiam aliud, quod dicitur veneficum, & hoc etiã multiplex iuxta multiplicatam nocuentorum, quæ per illa hominibus inferuntur.

Maleficium amatorium eſt, quod fit ad ſectendos animos virorum aut mulierum, aut libidinoſum & turpem amorem. Et qui hoc exercent, quocunque modo id

Malefici quid ſint.

Maleficorum multa genera.

Maleficium amatorium quod ſit.

faciant grauius peccant: Quoniam (vt aperte constat) ad rem malam, & expressè à Deo prohibitam, sollicitant. Rem autem malam, quæ sine peccato exerceri non potest, nullus sine peccato consulere alicui potest, neque ad illam sollicitare. Nam (vt ait Paulus) non solum qui talia agunt: sed qui agentibus consentiunt, digni sunt morte.

Maleficium veneficum est, quod sit ad nocendum aliquod alicui inferendum. Solent enim multifariam huiusmodi Malefici homines nocere. Aliquando enim illis in propriis illorum personis uocent: aliquando in possessionibus eorum, aut in rebus illis coniunctis. Nam hi Malefici sæpe Demonis operatione secreta homines citò intermunt, siue aliqua propinatione veneni. Aliquando verò non tam celeriter eos è vita tollunt: sed mortem in longam temporis spatium produunt, vt post longas luctuosasque querelas, & miserabiles fletus, corpus personæ, quæ est Maleficio infecta, paulatim conteratur & debilitetur, quousque tandem pereat. Propter hæc & alia nocumenta, quæ corporibus in ferre solent humanis, in l. fina. C. De Malef. & Mische. vocantur hostes communis salutis.

Hi oues, & boues, & reliqua bruta animalia, quæ fortè pinguisima erant, breuissimo temporis spatio, macilentia aliquando efficiunt: aliquando prorsus interficiunt. Hi homines matrimonio coniunctos sic sæpe ligant, vt ad opus generationis minimè commisceri possint. Hi sunt: qui (vt dicitur in l. Multi. C. de Malef. & Mische.) elementa turbant, aërem immutant, ventos & tempestates suscitant, grandines & lapides terrificos, qui frumenta & fruges omnes deuastent, ex alto descendere faciunt.

Vt autem hæc omnia facere possint, variis vtuntur hi homines instrumentis & mediis. Aliquando manifesta venena in cibo, aut poculo, aut veste, aut alia re quæ personam illam contingat, propinaot. Aliquando nihil tale illi præbent; sed imagines quasdam, certis temporibus obseruatis & determinatis carminibus, & ritibus quibusdam, & sigis conficiunt, quas in nomine Beelzebub principe Dæmoniorum baptizant, adhibitis & expressis quibusdam aliis verbis, quæ vel referre non licet, nec si

liceret,

liceret, sine magno horrore & tremore animi id facere possem.

His sic peractis prædictas imagines ad ignem applicant, & ibi petunt infirmitates, aut alia mala, quæ in persona illa, cuius imaginem confecerunt, euenire optant. Quandoque etiam acubus, aut alius acuris ferris perforant illius imaginis caput, aut pectus, aut ventrem, aut femora, aut aliam corporis partem, in qua cupiunt malum aliquod oriri in persona, cui nocere cupiunt.

Quibus omnibus perfectis sæpe cõtingit, vt persona illa, cui nocere maleficus protrauit, grauius torqueatur, & doleat in capite aut stomacho, aut ventre, aut repetitionem quandam toleret infirmitatem, quam nullus medicorum cognoscere valet. Aliquando solis verbis ex ore suo prolatis nocent, de quibus Lucanus dixit.

*Mors hausti nulla sanie polluta veneni,
beantata perit.*

Imagines Malefic. operatione Dæmonum conficiuntur.

Quæ nomina Dæmonum operatione fieri duplici potest ratione probari. Prima sumitur ex eo, quod in his omnibus necesse est scribi quasdam figuras, quæ naturaliter intelligi non possunt, & quædam Dæmonum nomina prorsus ignota, & penitus horrenda, quamuis aliis sanctis nominibus mixta, illic scribuntur, quæ non nisi ad pactum cum Dæmone initum implendum posita esse credendum est.

1. ratio.

Secunda ratio per hoc euidentissimè conuincit, quod ille imaginum compositiones & tactus, aut illi characteres, aut verba prolata, non possunt ex sua natura mortem, aut morbos aliquos, aut nocumentum aliquod in corporibus humanis efficere.

2. ratio.

Quoniam si hæc operandi vis esset huiusmodi rebus concessa, omni tempore, & omni loco, & omni subiecto eiusdem qualitatis, & dispositionis illa operaretur. Quisquis similes imagines, aut characteres efficeret, aut similia verba proferret.

Constat autem quod si alius nullum cum Dæmone pactum habens, tales characteres faciat, aut talia verba proferat, nihil efficiet. Ex quo euidentissimè colligitur, tales morbos, aut alia quæuis nocumenta, nullo pacto virtute imaginum aut verborum fieri. Et inde conuincitur,

tur;

Roma. 1.

Malefic. venefic. in personam.

Veneficium multifariam fit.

cur, vt hæc ab iſtis Dæmonibus, cum quibus Malefici pactum ſive publicum, ſive priuatum interunt, ſiant.

Nam ipſi Dæmones, qui acutiſſimi ſunt, lapidum atque herbarum, cæterarumque rerum naturas, & proprietates optimè norunt, melius quàm omnes medici & phyſici, qui in orbe ſuerunt. Dæmon enim peccans (ut beatus Dionyſius libro de diuinis nominibus cap. 4. docet) ſubſtantiam & proprietatem ſuæ naturæ angelicæ non amiſit: ſed omnia naturalia integra & ſplendiſſima retinuit. Hic igitur cum perſpicaciſſimum habeat intellectum, faciliſſimè noſcit ea, quæ mortem, aut morbos, aut cruciatum, aut alia quæuis nocumenta homini inferre poſſunt. Scit miſcere ſimplicia, ex quibus venena confici poſſunt, quæ tale valeant homini nocumentum inferre, quale opratur.

Cùm igitur Dæmon magnam huiusmodi rerum peritiã habeat, quando tales imagines (ut diximus) acubus punguntur, aut characteres ſunt, aut verba proferuntur (Deo permittente) ille venena, quæ homini, cuius imago perforatur, nocere poſſunt, ſecretò & inuifiſſimè adhibet, & ſic naturali potentia & virtute venenorum Dæmon facit ea, quæ Maleficiſe efficere oprat.

Quæ venena, quia Maleficiſe ſape ignorat, nec illa adhibere videt, putat ea omnia, quæ ſunt, virtute talium imaginum, aut characterum, aut verborum fieri, quæ tamen neque ab imaginibus, neque à figuris, aut verbis vllis, neque à Dæmone ipſo: ſed ab aliis agentibus, ad hoc virtutem naturalem habentibus, ſunt, quæ per Dæmones ipſos, qui illorum agentium virtutem agnoſcunt, latenter applicatur & adiuuentur vt in ipſis corporibus humanis, ea, quæ Maleficiſe cupit, efficiant. Et contingit ſæpe, vt qui hæc Maleficiã oprantur, remedia his malis, quæ intulerunt adhibere neſciant: quia non ampliùs Dæmon eorum magiſter eos docuit, vel (vt rectius loquar) non ampliùs Dæmon illis promiſit. Sunt tamen alij, qui optimè vt runque nouerunt, videlicet nocere, & nocumentis à ſe, vel ab aliis illatis remedium adhibere.

De qua re lectorem admonere decreui, vt intelligat, huiusmodi Maleficos homines, non ſolum grauiter peccare quum nocent: ſed etiam quando nocumtato à ſe,

aut alio illato, remedium per huiusmodi diabolicam atrè præſtant, vt Maleficium operatum obediẽ non valeat.

Nam licet ſic operantes proximo laſo profint, tamen (ut ait Paulus) non ſunt faciendã mala, vt inde veniant bona. Mala eſt autem Dæmonum inuocatio, malum eſt etiam & peſſimum cure Dæmone peccata aliquod ſipe tacitum facere: malum igitur & peſſimum eſt Maleficiũ iam adhibitum ſoluere, ſi non aliter quàm per Dæmonis inuocationem, & illius auxilium ſoluendum eſt. Id enim, quod ex ſe malum eſt, nulla adhibita bona intentione, nec quacũque alia bona circumſtantia adiuncta poterit bonum eſſe. Quo fit, vt licet bonum ſit proximorum incommodis obuiare, non tamen bonum ſit Maleficiã facere, ad proximorum nocumenta collenda.

Inſe, quod iuſtum eſt (inquit Dominus) exequeris. Si tamen Maleficiũ adhibitum tale eſſe dignoſcitur vt naturali aliqua virtute, ſine vlla Dæmonis inuocacione, & ſine vilo pacto cum illo inito, impediti poſſit illius operatio, tunc bonum & meritorium erit illud Maleficiũ diſſoluere, tantum abeſt, vt peccatum dici queat. Poſſet etiam per orationes ſanctorum virorum tolli Maleficiũ, ne ſuum conſequatur effectum. Similiter etiã poſſet licitè Maleficiũ impediri, ſi imago illa, cui eſt acus inſixa, aut aliud ſimile inſtrumentum per quod faciendum eſt Maleficiũ, inueniretur & conſruingeretur. Tunc enim Dæmon nõ ampliùs illũ fatigatur, quia ex pacto, quod cum Malefico fecit, non aſſertum eſt quãdiũ ſignum aliquod ab eo datum permanet.

Sed quaſtio non parui momenti eſt, an liceat ab eo qui Maleficiã exercet, & paratus eſt quotidie illa exercere, petere, vt Maleficiũ alicui adhibitum diſſoluat, aut impediãt, ne operationem ſuam exercere valeat, præfertim ſi credit illum non niſi Dæmonis auxilio, & operatione Maleficorum illud poſſe diſſoluere.

Angelus de Clauaſio in ſua ſumma, in titulo: Superſtitio. §. 13. citat petri Aureoli de hac re ſententiã, & probat illam, qui quarto ſententiarum diſt. 34. q. 1. art. 2. dicit licet hoc poſſe peti à quocunq; Malefico, quem ſciatur eſſe paratum ad huiusmodi Maleficiã exercenda. Hanc au-

aut

Roma. 3.

Deut. 16.

Maleficiũ
quomodo diſ-
ſolui permittitur.

tem

Dæmonum
potentia.Maleficorum
potentia &
ſcientia.Maleficorum
ſcientia &
potentia no-
centi.

rem ſuam ſententiam per hoc perſuadere nititur, quod cuiuſque licet malo alterius uti ad commodum ſuum. Pro qua re aſſert teſtimonium Auguſtini dicentis, licitum mihi eſſe uti ad commodum meum iuramento hominis infidelis, quāvis ſciam illum iuraturum per Deos ſuos falſos, quos colit. Poſſet etiam pro eadem re aſſerri ſimile de illo, qui mutuum petit ab eo, quem ſcit non ad uſuram daturum. Hæc autem petitio omnium doctorum conſenſu licita eſt. Ex quo ſequi videtur, ut etiam liceat cuiuſque petere ab eo, qui paratus eſt Maleficiū facere, ut Maleficiū inceptum impediatur.

Sed his omnibus non obſtantibus, ego oppoſitam teneo ſententiam, & dico Petrum Aureolum, & Angelum de Clauaſio, qui illum ſequutus eſt, fuiſſe in hac parte deceptos, eo quod non bene rem conſiderauerunt, ac promiſſe non viderunt quā lata ſit diſtinctio inter propositum negotium, & alia exempla, que loco ſimilitudinis adducta ſunt.

Nam quod ille, qui petit à Malefico, ut Maleficiū Malefico diſſoluatur, peccet, vel ex hoc euidentiffimè conuenitur, quod ipſemet Maleficus, ut pauſo ante diſtinxi grauitèr peccat, quum diabolica arte inceptum Maleficiū tollit, ne ad operationem perueniat. Fieri igitur non poteſt, ut ille, qui à malefico petit, ut arte diabolica Maleficiū inceptum diſſoluatur, non peccet. Quiſquis enim petit ab alio, ut faciat id, quod ſine peccato facere non poteſt, peccat: quia ſic petens conſentit iniquitati alterius inducendo illum ad peccatum.

Certum eſt autem, quod ſicut par pena, ita etiam par reatus conſtrinxit agentem & conſentientem: Nec petens excuſari poteſt à peccato hac ratione: quod Maleficus ille, à quo petit paratus erat ad cuiuſcunq; petitionem Maleficiū operari. Nam eſt ille paratus eſſet non tamen hoc particulare Maleficiū fuiſſet operatus, niſi ille petiſſet. Ex quo euidentèr conuenitur, illius petitionem cauſam fuiſſe proximam, quod Maleficus ille particulare illud Maleficiū fuerit operatus. Cauſam enim dicimus illam, qua poſita ponitur effectus, & qua remota remouetur.

Si petens non fuiſſet, Maleficus non fuiſſet illud particulare

*Refuſio Au-
reoli & Cla-
uſii.*

*Cauſa poſita
aut ſubſta-
ponitur aut
remouetur
effectus.*

particulare Maleficiū operatus, & illo petente fecit: ergo ille petens fuit cauſa, quod alius Maleficiū perpetraret. & inde conuenitur illum peccare: quia alium ad peccatum induxit, & proximam peccati cauſam dedit.

Et hoc confirmari poteſt per id, quod habetur in cap. Nec miram. 26. quaſt. 5. ubi poſtquam de Necromanticis, & Hydromanticis dictum eſt. hæc adduntur verba: Ad hæc omnia ſupradicta pertinent ligatura execrabiliū remouendorum, qua ars non commendat medicorum, ſeu in præſentationibus ſeu in characteribus ſuſpendendus, atque ligandis, in quibus omnibus ars Daemonum eſt, ex quacdam peſtifera ſocietate hominum, & angelorum malorum exorta. Unde hæc cauſa videnda ſunt Chriſtiano, & omni penitus execratione repudianda atque damnanda.

*Ars Dæmo-
nium.*

*reſponſio
ad quaſt.
26. quaſt. 5.*

Hæc ibi in illo cap. quod inſcribitur nomine Auguſtini, & re vera non eſt Auguſtini.

Exempla autem de infideli parato iurare per Deos ſuos, & uſurario parato dare ad uſuram, que loco ſimilitudinis ad oppoſitæ ſententiæ probationem adducta ſunt, nihil penitus efficiunt.

*D. Auguſti-
nus explica-
tur.*

Quoniam illa omnia ad hoc negotium, de quo nunc diſputamus, relata magnam habent diſſimilitudinem.

Nam in illis exemplis adductis, res, que petuntur non ſunt ex ſe malæ: quia poſſunt bene fieri ab his, qui illas facturi ſunt, ſi velint.

Quod autem malè ſiant, non eſt ex malitia ipſius rei: ſed ex malitia ipſius operantis, qui rem, quam poterat bene, noluit niſi malè facere.

*Res mala ſi-
t ex malicia
operantis.*

Ille enim, qui petit iuramentum ab infideli, non petit, ut per falſos deos iuret, alioqui ſic petens peccaret: quia peteret id, quod eſt apertum: ſed ſolummodo petit, ut iuret: & ſi daretur optio petentis, eligeret illum iurare per verum Deum trinum & vnum.

Si autem infidelis per falſos Deos iurat, culpa eſt ipſius iurantis, non autem iuramentum exigentis: quia is, qui exigit, id petit ab illo, & ille ſi vellet, bene facere po- tuiſſet. Similiter is, qui petit ab uſurario, non petit, ut det ad uſuram: quia ſic petens peccaret, cum peteret ab illo id, quod ſine peccato fieri non poſſet: ſed petit dumtaxat, ut mutuum ſibi detur, quod non ſolum ſine peccato, ſed

etiam cum merito fieri potest. Si usurarius non vult dare mutuum sine usura, culpa est ipsius usurarii, non autem petentis.

Quia petit id ab illo, quod ille, si vellet, sine peccato & cum merito facere posset. In his igitur omnibus exemplis, & aliis similibus, ille qui petit, non inducit alium ad peccatum: quia petit id, quod sine peccato fieri potest, sed vitur ad commodum suum inquirere alterius, qui non vult nisi male & iniuste facere id, quod si vellet poterat facere bene.

Longè aliter se habet is, qui petit à Malefico, ut Maleficium diabolica arte dissoluat, ne nocere valeat. Is enim id à Malefico petit, quod ille sine peccato facere nequit.

Nam (ut paulò ante diximus,) non solum peccat, qui Maleficium operatur, ut noccat, sed etiam qui arte diabolica Maleficium tollit, ne noccat.

Quia artem diabolicam exercere, quacunq; bona intentione id fiat, gravissimum est peccatum.

Is igitur, qui à Malefico petit, ut Maleficium diabolica arte dissoluat, non solum vitur ad commodum suum inquirere Malefici: sed etiam inducit illum ad peccatum, & per consequens peccat: quia petit ab illo, quod ille, etiam si vellet, non posset facere sine peccato.

Si autem Maleficium tale esset, ut sine peccato posset à Malefico dissolui, ut puta, quia scit, ubi sit laqueus, aut imago, aut ligaturæ, siquæ, aut characteres cum quibus est iam inceptum Maleficium: tunc sicut ipse potest sine peccato dissolvere Maleficium confringendo illa omnia: ita quilibet alius potest sine peccato petere ab ipso Malefico, ut illo modo dissoluat Maleficium.

His omnibus prænotatis, superest ut inquiramus an huiusmodi Malefici, sicut hæretici censendi: & velut tales puniendi. De qua re, ut certa possit dari sententia, tunc sunt prius ab his hominibus inquirenda.

Primum est, an aliquod pactum, siue expressum, siue tacitum cum Dæmone fecerint, per quod promiserint se aliquid, quod fidei Catholice deroget facturos. Numquam enim, aut rarissime (ut præcedenti cap. diximus) Dæmon suum adiutorium hominibus sine aliqua spe lucri impendit. Si in pacto inter illos, & Dæmonem

teruente, aliqua promissio de rebus fidei repugnantibus: ut puta de adoratione & reuerentia ipsi Dæmoni præstanda, aut de eadem reuerentia Christo saluatori nostro deneganda, aut de confectione & conculcatione imaginis Christi, aut crucis, in qua morieas ille salutem nostram operatus est, quæ Dæmon summe expetere solet ab his, quibus se exorabilem exhibet: non est debium, quin tunc tales Malefici sint hæretici censendi, & velut tales puniendi.

Quoniam nihil horum, quæ diximus, potest liberè & ex animo sine manifesta hæresi exerceri. Nam licet sine multa, quæ voluntas contra iudicium rationis operatur. Quia ad illa voluntas est ex se prona, & illa ex se habent voluptatem quandam, per quam possunt voluntatem ipsam ad sui amorem allicere: sunt tamen alia, quæ (ut primo huius operis capi. diximus) nunquam voluntas appetit: nisi quia intellectus iudicat esse bona: quia nihil habent illa in se, per quæ possint allicere voluntatem.

Et inde sequitur, ut si voluntas aliquod illorum appetat, non nisi ab intellectu iudicante illud esse bonum moueatur ad illud appetendum. In his ergo omnibus operatio exterior aperte indicat errorem intellectus.

Ex quibus omnibus euidenter concluditur, Maleficos omnes, qui aliquid eorum, quæ nunc proximè diximus, ex pacto efficiunt, esse hæreticos censendos, & velut tales puniendos. Secundum, & de quo ex aminare oportet Maleficos, est Maleficium ipsum, quod exercent, de qua re varia est facienda inquisitio, sicut varia diximus esse Maleficia. Nam illorum alterum diximus appellari amatorium, alterum veneficum.

Ab illis, qui amatoria venefica exercent, diligenter inquirendum est, an credant Maleficia, aut Dæmonem posse cogere alicuius viri, aut fœminæ voluntatem ad amorem aliquem libidinosum, aut quomodolibet inhonestam habendum. Et quod illi hoc fieri posse credant, violenta est suspicio: quoniam nisi Maleficorum arte, aut Dæmonis potestate id fieri posse existimarent, nunquam talia Maleficia pro re illa efficienda, exercerent. Si illos ita credere compertum fuerit, & de hoc errore admoniti ab illo discedere noluerint: sed in illo perinaces fuerint:

Maleficium
petens & operans peccat.

In Maleficiis
an sint hæretici,
considerandum.

Pactum cum
Dæmone de
fidei Catholice
aliqua
repugnantia.

Malefici in ea
hæresi puniendi.

Maleficii exercitium.

Maleficii amatorij venefici inquisitio.

merito conſebuntur hæretici, & velut tales punientur, quoniam apertam hæreſim pertinaciter tuentur.

Nam credere hominis voluntatem poſſe à Dæmone cogi ad aliquid amandum, hæreſis eſt apertiſſima: quoniam illa coactio repugnat libertati, quam Deus noſtræ indidit voluntati. Deus enim (vt ait ſapiens) *ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata, & præcepta ſua: ſi volueris mandata ſeruare, conſeruant te, & in perpetuum ſidem placitam ſeruare. Appoſuit tibi aquam & ignem, ut quod volueris, porriges manum tuam.* Ex quibus Ecclèſiaſtici verbis apertiſſimè conſtat liberam factam eſſe à Deo hominis voluntatem, & inde ſequitur illam à Dæmone cogi non poſſe: quoniam alioqui libera non eſſet. Si à Dæmone cogi poſſet homo ad aliquid amandum, tunc iam non eſſet homo in manu ſui conſilij (vt dixit Ecclèſiaſticus) conſtitutus: ſed in manu conſilij Dæmonis. Qui ergo pertinaciter aſſeruerit hominis voluntatem poſſe quibuſcuque Maleficiis, aut quacunque Dæmonis poteſtate ad aliquid amandū cogi, eſt hæreticus cenſendus, & velut talis puniendus.

Poſſunt quidem Dæmones voluntatem perſuaſionibus ellicere ad amandum representando aliquam, quavis falſam, apparentem tamen boni rationem in amore illo. Poſſunt etiam carnis appetitum, qui liber non eſt, excitare, vt appetat illud, & ardentè illud perquirat, etiã ſi alius ad illud frigeret. Nam (vt eſt apud Iob) *halitus eius prunas ardere facit.* Appetitus autem carnis poſtquam fuerit vehementer accenſus, voluntatem ipſam etiam vehementer ſolicitabit, & illam validiſſimè impellèr, vt in ſuam trahat ſententiam. Ex hac tam vehementi tentatione euenit, vt homines idiotæ dicant ſe cogi ad amorem inuito teneri, velle ſe diſcedere, & non poſſe. Sed re vera falluntur: quia ſi vellent reſiſtere, poſſent facile id efficere cum Dei adiutorio, qui omnem ad ſe conſugientem paratus eſt adiuuare. *ſi elu eſt Deus,* inquit Paulus, *qui nõ patietur uari tentari ſupra id quod poteſtis.* Deinde examinandi ſunt qui hæc Maleficia exercent ad in illorum exercitio aliquid miſceant, quod merito poſſit vehementem hæreſis præſtare ſuſpicionem. Quoniam ſi hæc non ad hæc: Inquiſitores hæreticorum niſi illis ſit ſpecialiter hæc

hæc prouincia delegata, non poterunt iore quidquam circa illas diſponere: quoniam hoc eſt illis ſpecialiter interdicitum. *in cap. Accuſatus. §. Sane de hæreticis lib. 6.* Si vero talia in ſuis Maleficiis miſcent, vt de illis poſſit non leuis ſuſpicio hæreſis ſumi, merito de illis Maleficiis Inquiſitor Maleficos ipſos diligenter, & curioſè examinare poteſt, & debet.

Nam quum Papa in illo *ca. Accuſatus. §. Sane* inſubibet Inquiſitoribus, ne de diuinationibus, aut Sortilegiis inquirent, ſtatim excipit ea Sortilegia, quæ hæreſim ſapiunt. Quo loco Sortilegij nomen capiendum eſt iuxta latam illius ſignificationem, vt comprehendit omnia Maleficiorum genera. Nam iuxta propriam illius vocis ſignificationem ſolum ad diuinationes pertinet, vt patet per Iſidorum *in capi. ſortilegi. 2. 6. q. 1.* Sed quia *in diſto capi. Accuſatus. §. Sane* poſtquam Papa expreſſit diuinationes, ſtatim addidit Sortilegia, conſtat illum nomine Sortilegiorum non ſolum diuinationes, ſed etiam Maleficia intellexiſſe: quorum aliqua dicit eſſe quæ hæreſim ſapiunt.

Videndum eſt igitur & diligenter inquirendum, quæ ſunt illa maleficia, quæ hæreſim ſapiunt. Paulus Grillandus *in tractatu de Sortilegijs, quaſti. 10.* pro huius rei cognitione quaſdam aſſignat regulas, quas ex Oldrado *in conſilio. 2. 10.* ſe accepſiſſe refert. Primum quidem dicit, quod ſi Sortilegia, aut Maleficia taliter fiunt, vt in illis addit inuocatio Dæmonis per modum adorationis, tunc apertè ſapiunt hæreſim.

Deinde addit quod licet non fiat per modum adorationis, ſi tamen per illa Maleficia peratur, aut expectetur à Dæmone, quod ſoli Deo facere conuenit, vt putà mortuos ſuſcitare, ſecreta cordium reuelare, futura, quæ ex cauſis naturalibus non pendent, prædicere, tunc talis petitio ſapit hæreſim. Tertio dicit, quod ſi eſt inuocatio Dæmonis non per modum orationis, & petitur à Dæmone id ſolum, quod virtute naturali ille efficere valet: quæuis alia qualibet in Maleficiorum exercitio adhibeantur, dicit illa non ſapere hæreſim. Dicit itaque quod celebrare Miſſam de defunctis pro aliquo uiuo, vt citò morietur vel hoſtiam conſecratam mulieri cum characteribus ſcriptam turpibus, dare ad amorem prouocandum ſibi

Maleficia cõ
inuocatione
Dæmonis.

Petitio quaſi
Deo competit.

Petitio ex vir
tute naturali
Dæmonis.

Eccle. 15.

Salomon.

Iob 41.

1. Cor. 10.

diuofum, non fapit hærefim. Idem dicit de reliquijs fati-
torum, de sacramentalibus, vt sunt calix, altare portabile,
oleum facrum, aqua benedicta, aqua fontis baptifmalis,
quæ omnia licet mifceantur in Maleficijs, dicit non fa-
pere hærefim. Et hanc fuam fententiam nititur probare
per hoc, quod alia iftis imponitur à iure pæna, quam hæ-
reticis.

Et pro hoc adducit cap. *Quicumque*. 26. q. 5. & cap. *De*
homine, de celebr. Miffæ. Addit infuper aliud, in quo non
poffum non mirari, tantam fuiffe illius ignorantiam. Di-
cit enim quod fi aliquis crocem, aut imaginem Deiparæ
Virginis Mariæ aut alterius fancti, irreuerenter proiecit,
let in terra & pedibus conculcetur, non faperet hærefim.

Pro qua re adducit cap. *Si canonici*. §. *fin. de offic. iudi. or-*
di. lib. 6. Ex his omnibus Pauli Grillandi dictis, non in-
uenio quod probare aut tolerare poffim: nifi illa duo pri-
ma, quorum alterum de petitione, quâ à Dæmone peti-
tur id, quod folus Deus præftare potest. Quæ duo dicit
fapere hærefim. Et hoc ipfum nos etiam docemus.

Reliqua vetò omnia quæ in tertio dicto continentur,
funt manifefte falfa, & acerba reprehenfione digna. Vt
autem hoc apertius efficiamus, id primò annotandum
eft, quod Sortilegium, aut Maleficium aliquod fapere
hærefim, idem eft, ac illud præbere vehementem hærefis
fufpicionem.

Nam aliàs non videtur quomodò Sortilegium, aut
Maleficium, quod in exteriore operatione confiftit, pof-
fit fapere hærefim: cum hærefis (vt in primo de iufta hære-
tic. puniti. 2. tomi capite diximus) non in operatione exte-
riore, fed in errore intellectus confiftat.

Res autem Sacras præfertim facramentum, aut sacra-
mentalibus ad Maleficia exercenda adhibere, apertam &
violentam præbet hærefis fufpicionem.

Quoniam nullus illa ad Maleficia exercenda adhibe-
ret: nifi crederet illa ad familia operis exercenda aliquam
habere potestatem.

Talis autem credulitas, aperta eft hærefis. Quia Deus,
qui facramentis non naturalem, fed aduentitiam virtu-
tem dedit, non ad destructionem & perditionem corpo-
rum & animarum, fed ad falutem animarum illam dedit.

Grillandus
refellit.

Sacramenta-
lium abufus
ad Maleficia
exercenda hæ-
refim fapit.

Dæmon tamen videns fe minus potentem ad Malefi-
cium amarorium exercendum, cum (vt diximus) non pof-
fit aliquem ad amandum inuitum cogere, ideo res
quælibet facratiores mifcere in huiusmodi Maleficijs
procurat, quas raro in alijs Maleficijs veneficis adhibet.
Quia Maleficia venefica potest Dæmon, fi à Deo per-
mittatur, in homine inuito exercere. Sub hac igitur fpe-
cie Dæmon multos fallit perfuadendo illis, quod ifto-
rum facramentorum abufus, mirabiles effectus quoad
amorem producat, quos ipfe optime fcit ab illis facramen-
tis, aut sacramentalibus effici non poffe.

Hoc tamen ille mendacij patet hominibus perfuadere
nititur, in vlipendium Chriftianæ religionis, & vt ho-
mines grauis Deum offendant. Nec ifta à folis prophæ-
tis hominibus: fed etiam ab his, qui altari feruiunt, fieri
procurat. Legi enim de quodam facriligo sacerdote, quod
cum mulierem quandam impotenti & impudico affectu
adamaret, vt illam in fui amorem traheret, medietatem
fanctiffimæ hoftiæ, quam in Miffa confecrauerat, fump-
fit dicens tibia quæ hic prodere non expedit: reliquam
vetò partem hoftiæ mifit ad prædictam mulierem, non
in forma hoftiæ: fed contritam, & in puluerem reda-
ctam, vt potapram ad fumendum in potu.

Quæ autem mulieribus hac in parte fiunt, tot funt
ac tam turpia, & abominabilia, vt fatius fit illa fententio
prætere, quam liquid illorum proferre. Vt igitur rem
hanc totam breui compendio concludamus, talem de
illa ftatuo certiffimam regulam. Omne Maleficium, quod
exercetur per comixtionem alicuius facramenti, aut
rei facramentalis reddit ipfum operatorem de hærefi
fufpectum. Quom nifi ille crederet talia facramenta,
aut sacramentalia habere virtutem ad Maleficiorum
operationem, non adhibiffet illa. Inquifitor igitur,
quum talem aliquem Maleficum agnouerit, capere po-
teft illum non quid propter Maleficium: fed propter
facramentorum comixtionem, per quam fe fufpectum
de hærefi reddidit.

Captum illum diuenter & curiofe examinabit de il-
lius credulitate. Sic dixerit fe non credere, quod

Sacerdoti fa-
crilegi amor
impudicus.

Hoflia confe-
crata abufus
ad amorem
illicitum.

Examen Maleficii faciendum ab Inquisitoribus.

sacramenta aliquam habeant ad Maleficia virtutem & potestatem: sed ideo apposuisse, vt dæmonis voluntati, qui hoc imperavit, obediret: tunc Inquisitor non poterit illum quamuis grauissimè peccantem punire: quia illi prohibitum est in cap. Accusatus. §. Sanè. De hereti. libr. 6. sed illius puniatio ad solum deferretur ordinarium.

Si verò Maleficus dixerit, se ideo sacramenta, aut sacramentalia in suo Maleficio miscuisse: quia credit illa virtutem aliquam & potentiam ad huiusmodi Maleficia habere, tunc merito Inquisitor iuxta prædictum cap. Accusatus. poterit illum punire, non propter errorem fidei, à quo si legitimè admonitus discedere noluit, erit per omnia tanquam hæreticus ab eo tractandus.

Et idem prorsus dicendum esse censeo de illo, qui crucem Domini, aut imaginem Deiparæ virginis, aut alterius cuiusque sancti irreuerenter proicit in terram, & pedibus conculcat. Nam hæc sine vehemèni hæresis suspitione fieri non possunt, præsertim cum sit hæresis in septima synodo damnata, dicens imagine non esse veneratione dignas: sed prorsus contemnerdas.

Crucis sancta & reliquiarum conculcatio sub hæresim cadit.

Quod autem Paulus Grillandus citat, & capi. Si canonici. §. fin. de offic. iudi. ordi. libr. 6. nihil certi probat: quoniam res illa cum præfenti negotio nullam prorsus habet similitudinem. Nam canonici illi, de quibus textus ille loquitur, nec pedibus imagines conculcabant, neque ob aliquam irreuerentiam aut illarum contemptum illas ad terram deiciebant: sed per ceremoniam quandam illud efficiebant, ad horrorem quandam abominationem & odium in populo excitandum contra illum: propter cuius crimen imponebatur cessatio iuvinis.

Quæ res licet fuisset reprehensione gna, non debuit tamen hæresicos nomine notari.

Si tamen illi ob irreuerentiam & contemptum imaginum eas ad terram proiecissent, fuissent procul dubio hæretici censendi: quoniam eos, qui ita faciendum esse olim doceant, septima synodus (vt proxime diximus) hæreticos esse declarauit.

De La

C A P. I V.

De Lamiis & Strigibus, an sint hæretici censendi.

PRÆter illos perditissimos homines Dæmonem cogitantes, de quibus supra duobus proximis cap. differimus, sunt adhuc alij etiam Dæmoni inferuentes, tanto illis omnibus peiore, quanto horribiliora flagitia committunt, per quæ Deo maiorem inferunt iniuriam, & fidem Catholicam apertius deserunt. Sunt enim ad eò mali & impij, vt quicquid malitiæ, aut sceleris, aut infidelitatis apud alios homines, qui Dæmoni quomodolibet inferunt, excogitari potest, id totum illi exerceant & perficiant. Hi apud Hispanos lingua eorum vulgari appellantur *Braxos*. Itali autem vocant illos *Streghe* & *Strigim*. Latine verò dicuntur *Lamia* & *Striges*. propter similitudinem (vt existimo) quam habent cum animabus, quæ huiusmodi nominibus vocantur. Sic illas sæpe vocat Apuleius in suo illo opere, quod inscripsit de asino aereo, præsertim libro primo. vbi de huiusmodi mulieribus loquens, hæc ait. *At illa colore spurcissimi humoris percussam quo me Lamia ille infecerant, aspernantur.* Et Philostratus in vita Apollonij Pythagorici dicit, *Lamias* à quibusdam *Larnas* appellari, & *Lemures* si seque ad amorem, & Venærem propensas, & carnes humanas præsertim formosorum esurienter appetere, quæ libidinis cupiditate alliciant eos, quos postea cupiant deuorare. Horum sectam apertè explicare oportet, vt inde melius respondere valeamus ad id, quod de illis inuestigamus, an videlicet tales sint hæretici censendi, an non. De hac re, quia vitia apud diuersos auctores leguntur, qui fortè rem non penè (vt oportebat) examinarunt, ideo illis omnibus prætermittis dicam ea, quæ certissimè experientiâ cognita sunt, & quæ ipsimet huius pestiferæ sectæ professores tam viri, quam feminae sponce coram iudicibus, à quibus hoc didici, confessi sunt. Quisquis hanc diabolicam sectam profiteri vult, adducitur primò ab eo, à quo docetur ante tribunal Dæmonis, in solio quodam ad regis instar sedentis. Dæmon enim se illis in figura

Homines perditissimi omnium & Dæmoni seruietes quomodo dicantur.

Larnæ & Lemures.

Lamiarum professio quomodo fiat.

*Dæmon maie-
statem emen-
tatur.*

quadam visibili & corporea ostendit, vt falsam maiesta-
tem suam, & imperium euentito quoddam signo illis
persuadeat. Coram illo itaque adductus, is qui hanc se-
ctam profiteri paratur statim debet abnegare baptismū,
& omnia Christianæ fidei documenta relinquere. Deinde
oportet, vt omnia Ecclesiastica sacramenta reiciat,
Crucem, intemeratæ Virginis, & aliorum quorumcū-
que sanctorum imagines prosteruere debet, pedibusque
proprie conculcare. Hanc tamen conculcationem ima-
ginum non est opus coram ipso Dæmone statim effice-
re: sed satis est, vt postea se facturum promittat, cum pri-
mum sese obrulerit occasio. His peractis Dæmoni, ve-
lut principi, aut regi sese perpetuò obligatum ac deuina-
ctum reddit, vouens in manibus eius, & promittēs, prout
religiosi in manibus prælati suæ professionis votum
emittere solent, se perpetuò futurum illi fidelem, & om-
nibus illius mandatis pariturum. Post hæc tactis scriptu-
ris super quodam libro, obscuras quasdam & ignotas
paginas continente, iureiurando promittit se nunquam
ad fidem Christi rediturum, nec diuina præcepta ser-
uaturum, sed solam ea, quæ per ipsam principem, Dæ-
monem, videlicet mandabuntur. Promittit insuper se
uenturum quoties vocatus fuerit ad congregationes no-
cturnas, & sacrificia se facturum, quæ horis illis noctur-
nis fieri viderit, preces emissurum, adorationis cultum se
illi exhibiturum, omnia denique alia, quæ ab aliis ibi-
dem fieri viderit se facturum. Quo vero & iuramento
per illum emisso statim Dæmon, qui in solio sedens
velut Regem se illi ostenderat, hilarem frontem præten-
dens promittit illi sic stanti se daturum, quam in se non
habet perpetuam sceleratam, & gaudia immensa, &
quascunque in hoc mundo cupit habere voluptates, &
tandem post hanc vitam multò maiora se daturum
promittit. Deinde vnum Dæmonem constituit ad illius
custodiam & doctrinam, qui illam perpetuò comiteret,
& illi per omnia seruiat, & omnia tribuat, quæ ille cupiet.

*Officium Dæ-
monis custodis
& ministrum.*

Huius Dæmoni ad custodiam destinato inter alia hoc
peculiare officium commissum est, vt quotiescunque
oportuerit ad ludos accedere nocturnos, ille hoc de-
nunciet suo clientulo, & illum deferat ad locum con-
gregatio-

gregationis. Hunc Dæmonem, qui velut patronus ad
custodiam datus est, ipsi homines huius diabolicæ artis
professores vocant (vt audio) *Martinetum*, aut *Martinel-
lum*.

Hic quotiescunque nocte aliqua facienda est ad ludos
& voluptates exercendas generalis eorum congregatio,
ante duos dies eam congregationem faciendam esse suo
clientulo annuntiat, horamque, & locum illi declarat, vt
cum tempus aduenerit, sit ad veniendum paratus. Hora
verò eundi iam appropinquante, statim Dæmon ille,
quem *Martinetum*, aut *Martinellam* ab illis vocari dixi-
mus ipsum hominem voce quadam ad similitudinem
humanæ vocis formata vocat.

*Martinetus
vocat ad con-
gregationem.*

Qua voce audita mox ille, qui iturus est, sumit pyxi-
dem vnctionis, & quædam sui corporis membra vnctio-
ne ex pyxide sumpta linat. Quo facto domum exit, &
illud inuenit prope domus ostium *Martinetum* illum
in forma hirci expectantem, super quo (vt ipsi homines
referunt) equitat, qui ad ludos deferendus est, manibus
suis crines hirci fortiter apprehendens, ne propter ve-
locissimum hirci motum, ille forte ad terram deiciatur.

*Martinetus
pro foribus
in forma hirci.*

Dæmon igitur sic illum in forma hirci suscipiens, ce-
lestimè illum per aëra transuehit, & ad locum vsque
congregationis deferit: vbi frequens virorum, mulierum-
que multitudo coram Dæmone ad instar Regis sedente,
concurrit. Quò postquam quisque illorum peruenit,
imprimis Dæmoni reuerentiam facit, alio tamen modo
quàm nos facere solemus.

Non enim faciem, sed terga dæmoni vertunt & caput
non versus pectus, sed versus scapulas flectunt: ita vt
mento ad cælum elevato caput ad terga deflectant. Crura
verò (nō vt nos facere solemus) flectunt à tergo illa cur-
uantes: sed à parte anteriori illa sursum à terra eleuant.

Qua præstita reuerentia aliquando illi offerunt sa-
crificia, non tamen semper. His omnibus consummatis
Dæmon ille, qui in solio maiestatis sedet, præcipit om-
nibus vt tripudiant, & psallant cum gaudio & lætitia
sumentes voluptates suas.

*Sacrificia La-
marum.*

Et vnusquisque Dæmon manu apprehendit mulie-
rem suam, ad cuius custodiam deputatus erat, & cum il-

illa saltat, & choreas facit, Choreis & saltationibus finitis inde ad mensas veniunt quæ lautissimis ferculis ornatae & præparatae iuveniuntur, ut quisquis ad librum illis vescatur.

Coniuius La-
marum.

Coniuius expleis luminaria extinguuntur omnia, & quisque Dæmon in forma incubi suam capit mulierem. Si qui verò adsunt viri hi habent Dæmonem unusquisque suum in forma succubi, hoc est in forma mulieris. & sic inuicem miscentur, & carnis libidines vsque ad satietatem suscipiant cum maxima (ut dicunt) voluptate.

Dei inuoca-
tio & crucis
signum pro-
hibentur.

Quibus omnibus completis, reuertuntur omnes ad domos suas equitantes in hircis, à quibus diximus eos primò ad congregationem deportatos esse. Et in his omnibus exercendis hoc summo opere ab illis omnibus cauetur, ne aut euntes, aut in congregatione stantes, aut ab illa redeuntes, Deus inuocetur, aut quomodo libet nominetur, aut crucis signum fiat: Quoniam si illorum aliquod fiat, Dæmones illud non ferentes statim fugiunt, & omnes illæ illusiones Dæmonis arte factæ, euanescent.

Laminiæ
multa faciunt.

Sunt præter hæc omnia multa alia flagitia, & scelera quæ istæ pessimæ Lamia committunt. Non enim satis illis videtur, quòd propter libidines explendas se Dæmoni tradant, & illi per omnia seruiant: sed alios insuper quotquot possunt ad Dæmonis obsequiù adducere, & à Dei seruitio auertere conantur, ut Dæmonis impetium suo ministerio augeatur. Nam præter hoc, quòd multos ad huiusmodi diabolicam artem præstendam sollicitant, pueros multos ante baptismum susceptum interficere nituntur, ne baptismo suscepto ad gloriam possint peruenire sempiternam. Nocturno domos alienas ingrediuntur, cameras quantumlibet obscuras Dæmone illis viam parante, intrant, puerorum sanguinem sugunt, aliquando illos suffocant, & multa alia circa illos mala committunt. Et ob hanc causam (ut existimo) vocatae sunt Lamia & Striges. Nam Lamia animal quoddam est nimium crudele faciem præterdeus multebrem, equinos pedes habens. De huiusmodi Lamia loquitur Hieronimus in *Trenis* dicens. *Lamia uideatur in m. nas lactuarius carissos suos.* Strix autem avis quædam est nocturna,

Cur dicatur
Lamia

na, & importuna sic dicta à stridore, quæta facit. De hac sic dicit Lucanus libro sexto.

Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur. Hæc avis pueros aggreditur nutritibus egentes, & ex illorum corpusculis vitalem sanguinem absorbet.

Et ab huius avis nocumento Striges appellantur mulieres istæ de quibus hæctenus locuti sumus: propterea quòd puerorum sanguinem, sicut avis illa, sugunt. Hæc sunt, quæ de ista pestifera hominum secta hæctenus certiora esse intellexi, quarum partem ex relatione aliquorum Auctorum, qui de hac re scripserunt, partem ex relatione aliquorum probatorum virorum, qui iudices existentes huiusmodi homines captos diligenter examinarunt, & ferè omnia ista ex illorum confessione acceperunt.

Fœminarum
quàm viro-
rum plures
arti diabolicæ
addici.

Et inter cætera, quæ de istis pessimis hominibus, certa experientia docente sciuntur, est, multò plures esse fœminas, quæ hanc diabolicam artem profitentur, quàm viros. Cuius rei duplex (mea quidem sententia) potest esse causa.

I.
Ex mulierum
credulitate
nimia.

Prima est, nimia mulierum credulitas, ob quam sexus iste facilis est ad deceptionem. Quarum defectum Dæmon optimè agnoscens, illas frequentiùs per fallacias & mendacia aggreditur, quàm viros. Nam Euam primam omnium matrem Dæmon seduxit, vir autè illius Adam (ut Paulus testatur) non est seductus: Ob hanc causam ipse Paulus non pertauit mulierem docere, ne ipsa decepta alios sua doctrina decipiat. Quem Pauli locuti interpretans Theophylactus ait: *Quia semel mulier virum edocuit, & cuncta peruerit, idcirco nequaquam hanc habeat velim docendi de cætero potestatem. Et namque mulier natura leuior, & facile fallitur. Aduerte autem quemadmodum non Euam dixerit deceptam esse, sed mulierem: tamquam de ipsi muliebri sexu differisset. Nam quemadmodum natura omnis humana perdita est, sic & per Euam in omne fœminæ genus delapsa est leuitas: qua & præuicatio ipsa primam Euam inuasi.* Hæc Theophylactus.

Mulier cur
potius dica-
tur quàm
Eua.

Secunda causa est, earundem mulierum fragilitas, & ad

Ex mulierum
fragilitate &
libidine.
I. Pet. 3.

334 *Alphonfi à Casiro*
& ad libidinem pronas. Sunt enim mulieres natura
proniores ad libidinem, quam viri. Et ob hanc præ-
cipuè causam (vt existimo) sexus muliebris vocatur à
beato Petro fragilius vasculum. Primus autem, & præ-
cipuus finis, ad quem homines huius diabolicæ artis
professores tendunt, est carnis voluptas, propter quã ad
libitum, & satietatem assequendam, se totos Dæmoni
dedunt. & alia omnia, quæ diximus faciunt.

Ob hanc igitur causam plures sceminae, quam viri
hanc diabolicam artem profiteantur: quia sceminae ve-
hementius carnis voluptates appetunt, & facilius huius-
modi appetitui succumbunt.

Sed inter tam multa, quæ de istarum Lamiarum se-
cta diximus, aliqua sunt, quæ quibusdam falsa esse vi-
dentur, & prorsus incredibilia. Sunt enim aliqui firmis-
simè tenentes & docentes, falsum esse, quod huius-
modi Lamiae deferantur ad ludos illos, & voluptates
illas capiendas, & quod Dæmones cum illis ad carnis
voluptatem coeant: sed omnia illa esse mera somnia, ex
quibus illæ decipiuntur, etiam in vigilia, putantes se verè
vidisse ea, quæ in sola imaginatione contigerunt. Et pro
hoc adducunt concilium Anquirense, vel Ancyrantum,
cuius verba habentur in cap. Episcopi. 26. quæstio. 5. Quo
loco inter alia hæc dicuntur: *Siquidem ipse Sathanas, qui
transfiguratur se in angelum lucis, cum mentem cuiuscun-
que mulieris ceperit, & hanc per infidelitatem sibi subiuga-
uerit, illud transformatur se in diuersarum specierum personarum,
atque similitudines, & mentem, quam captiuam tenet in
somnia deludens, modo læta, modo tristis, modo incognitas,
modo cognititas personas ostendens, per quaque denia deducit,
& cum solus spiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo,
sed in corpore euenire opinatur. Qui enim somniis & ve-
tèrnis visionibus non extra seipsum educitur, & multa vi-
det dormiendo, quæ numquam vigilando viderat?*

Hæc ibi in cap. Episcopi. Afferunt etiam pro eius-
dem sententiæ confirmatione aliqua exempla, quibus
experientia certa se comprobasse dicunt, mulieres ali-
quas, quæ se transferri ad alia loca putabant, ipsis vi-
dentibus toto illo tempore in terra iacuisse sopora-
tas, quod illæ se translatas esse ad alia loca dicebant.

Lamiarum
transuectio
& coitus cum
Dæmone an
vera sit.

Lamiam
aliqua sopo-
rata & illu-
sa.

Sed re vera, qui Lamias de loco ad locum à Dæmo-
ne transferri posse non credunt, non intelligunt Dæmo-
nis naturalem potentiam, quam sacrae literæ, & sacri il-
larum interpretes tam aperte expresserunt.

Nam corpora hæc inferiora cuiuscunque conditio-
nis existant, subduntur impetio angelorum, siue bono-
rum, siue malorum, quoad motum localem, ita vt ange-
li, siue boni, siue mali possint illa de loco ad locum pro
libito mouere.

Nam si angeli (vt communior Theologorum & Phi-
losophorum tenet sententia) mouent illos orbes coele-
stes, qui tam immense sunt magnitudinis: multò faci-
lius poterunt humana corpora, quæ multò minoris sunt
magnitudinis, de loco ad locum mouere. Præterea
Angelus tulit Abacuc prophetam capillo capitis illius
de Iudæa in Babylonem, vt panes, quos messoribus
suis portabat, præberet Danieli prophetae in lacu leo-
num incluso.

*Abacuc tras-
latus ab An-
gelo.*

Qui postquam panes Danieli præbuit statim ab eod-
em angelo reductus est à Babylone in Iudæam. Si ange-
lus bonus illud facere potuit, consequens est, vt Dæmon
etiam idem facere possit: quia, vt Dionysius Areopagita do-
cet) naturalia in Dæmonibus manserunt integra. Rur-
sum Dæmon ille, à quo Christus Saluator noster ten-
tatus est in deserto, assumpsit ipsum Christum (vt Mat-
theus refert) & ex deserto transtulit in sanctam civitatem,
& statuit illum super pinnaculum templi. Et iterum
assumpsit eum inde, & transtulit in montem excelsum
valde, vbi ostendit illi omnia regna.

Daniel. 13.

Mat. 4.

Si sanctum Christi corpus Dæmon, Deo permittente,
tam facile per tam longa spacia mouere potuit conse-
quens est, vt quod liber aliud corpus humanum possit, ad
quamlibet magnam distantiam mouere. Et inde aperte
sequitur vt Lamias non solum spiritu: sed etiam corpore
possit Deo permittente, quò voluerit transferri. Accedit ad
hæc omnia experientia manifesta, quæ certissime cog-
nita sunt ipsas Lamias à Dæmone transferri. Pro cuius-
rei comprobatione, multa possem referre exempla, quæ
ab his, qui viderunt, audiui.

*Christi trans-
latio facta à
Diabolo.*

His tamen cæmissis duo solum referam, quæ recitat
Paulus

Sed

Lamia in ca-
stro Nazano.

Paulus Grillandus in suo tractatu, de Sorilegijs quæst. 7. Hic enim refert, quod anno Domini 1524. ipsemet rogatus ab Abbate monasterij sancti Pauli de vrbe accessit ad castrum Nazanum, quod subest ditioni eiusdem monasterij.

Quò cum peruenit oblatae sunt ei duæ mulieres, vt eas examinaret, quæ accusatae, quod Lamiae essent, in carcere tenebantur incluse: Et ab vna illarum, quæ minoris, & facilius erat ingenij, se didicisse ferè totam illam ceremoniarum multitudinem, quam supra retulimus obseruare homines huius sectæ professores.

Campana
sono. Dæmon
recessit.

De altera, quam dicit vocatam esse Lucretiam, refert quòd dum illa ex congregatione ludorum deportaretur à Dæmone ad domum suam, prope auroram sonuit campana, quæ in Italia pulsari solet illo tempore, vt moueatur populus per illam ad orationem. Quò sono audito Dæmon recessit, & dimisit illam in quodam agro spinetis pleno prope ripam fluminis. Quidam autem iuuenis, quem illa optime agnoscebat, casu illac transiit per viam illi proximam, quem illa videns vocauit ad se.

At iuuenis videns illam nudam totam, præter vereda, quæ erant formoralibus tectas, & capillos sparfos habentem, obstupuit, & formidabat ad illam accedere: sed tandem blanditijs mulieris victas accessit, & quæsiuit ab illa, quid sibi accidisset, & ob quam causam illic nuda persisteret.

Illà verò rei veritatem voluit confectis mendacijs tegere, & simulare: quæ omnia cum minimè crederet iuuenis, dixit se nihil pro illa facturum, nisi veritatem aperte retelaret.

Illà igitur videns se mendacijs nihil proficere, promissit se vera dicturam iuueni, si ille promitteret se ea omnia perpetuo secreto seruaturum. Quòd cum iuuenis iururando promitteret, statim illa plena fide veritatem aperuit, dicens se à Dæmone ad ludos nocturnos fuisse portatam, à quibus cum ab eodem Dæmone ad domum reduceretur, audito campanæ sono Dæmonem recessisse, & illic illam reliquisse.

Hæc iuuenis audiens credidit illi, & illam secreto ad domum

domum suam duxit, ob quam causam multis ab illa fuit muneribus donatus. Sed tandem iuuenis promissi oblitus, retulit hæc omnia vni & alteri, & sic paulatim res divulgata est, ob quam causam illa capta & carceri mancipata est. Iuuenis autem in testem vocatus coram præfato Paulo Grillando cui huius mulieris examinatio commissa erat, hæc omnia, quæ nunc retulimus narrauit, & tandem ipsamet mulier hæc omnia vera esse confessa est. Ex qua historia, quæ aperta experientia comprobata est, manifestè conuincitur verum esse huiusmodi Lamias aliquando à Dæmonibus de loco ad locum valdè distantem transferri. Aliud refert idem Paulus Grillandus exemplum quod hic etiam addere placuit ne vno solo testimonio contenti esse videamur. Mulier quædam Sabinenfis diocesis hanc profitebatur diabolicam artem, de qua cum maritus suspicionem haberet, interrogauit illam pluries an pestiferam illam artem sciret & exerceret: quæ semper se scire negauit. Maritus verò in suspicionem sua persistens anxie veritatem perquirebat, qui ad eò astute se gessit, quod vidit illam quadam nocte se vnguento quodam vngentem, quæ vntione peracta vidit mulierem celerrimè quasi auem recedentem, & ex superiori demus solaris ad inferiora decedentem, illà maritus sequens, vt videret, quò tenderet amplius eam non vidit, & accedens ad portam domus inuenit eam clausam. Quæ res magnam præbuit illi admirationem. Die verò sequenti iterum maritus vxorè interrogat, & anxie scire cupiebat, & illa constanter (vt antè) se nescire dixit. Maritus verò vt mulier iam negare non possit, aperte dicit illi quicquid nocte præterita illà fecisse viderat, deinde sustibus illà percutit grauiter, & duriora minatur verbera, nisi veritatem dixerit, quam si aperte exposuerit, veniam se illi daturum promissit. Mulier igitur se iam celare non posse intelligens veritatem aperuit, & veniam à marito petiit, quæ illi maritus hac conditione indulsit, vt illi ad tales congregationes adduceret: illa verò vt veniam impetraret facile petita promissit, & promissum ex licentia Satanæ impleuit. Adductus igitur ille ad locum vbi ludi fiebāt, ludos & choreas, & cætera omnia contemplatus est, & tandem ad mensam cum reli-

Mulieris Sa-
binensis in La-
miam de-
prehensa hi-
storia.

Sabinenfis
Lamia ama-
rito virgis
caditur.

Vir Sabinenfis
cum vxore ad
congregatio-
nem Lamia-
rum transfer-
tur.

Lamia depor-
tata & depor-
tata à Dæ-
mone.

quis ut vesceretur sedens, cum cibos inspidos iudicaret, petiit sibi dari sal, quod in mensa deerat, & quamvis iterum atque iterum petisset, nunquam illi dabatur. Tandem cum post impertinam petitionem prolixamque expectationem sal illi daretur, dixit: Nunc laudetur Deus, quoniam iam venit sal. Quibus verbis prolatis Dæmones, quoniam laudes Dei audire refugiunt, statim recesserunt & reliqui omnes disparuerunt: luminaribusque extinctis mansit ille solus nudus, quousque mane facta vidit quosdam pastores quos interrogavit, quamnam esset illa patria in qua erat, illi vero responderunt esse agrum Beneventanum in regno Neapolitano. Qui locus distabat à patria illius viri per centum miliaria, ob quam causam licet diues erat, coactus fuit per viam mendicare, ut ad domum suam redire posset. Ad quam postquam peruenit ita-
 tem uxorem suam ob Lamie crimine accusavit, & totam rem gesta (ut narrata est) coram iudicibus exposuit. Qui rem totam plenè (ut oportebat) examinantes, vera esse omnia quæ diximus invenerunt, quæ etiam eiusdem mulieris confessione confirmata sunt. Multa alia possem referre testimonia ex his, quæ per fidelissimos testes in Hispania contigisse cognovimus, sed ea, quæ proxime narraimus sati mihi esse videntur, ad probandum Lamias illa aliquando à Dæmonibus de loco ad locum non solum spiritu, sed etiam corpore deferri. Quod autem alij obiciunt se expertos esse Lamias istas non corpore, sed spiritu à Dæmonibus deferri: quia dum illæ sic se deliras esse putabant, aliis videntibus, qui de hac re testimonium præbuerunt, veluti dormientes iacebant in terra: nihil hoc contra ea, quæ diximus, agit. Non enim dicimus semper illas corpore deferri: sed hoc fieri posse, & aliquando factum esse contendimus, concedentes insuper aliquando etiam fieri oppositum: ita ut non corpore, sed solo spiritu per illius phantasticam imaginationem à Dæmonibus de loco ad locum deferantur. Veram igitur esse illorum experientiam concedimus: sed oportet, ut etiam illi nostram veram esse credant, quia altera alteri non repugnat: sed utraque alterius vicibus contingere potuit. Sed restat, ut respondeamus ad cap. Episcopi. 26. quæst. 5. quod in specie contra nos pugnare videretur: si tamen omnia

Sal in epulis
diabolicis de-
sideratur.

Sabinensis
Lamia defer-
tur à marito.

Cap. Episcopi
explicatio.

omnia in illo cõtentia bene circumspectantur, aperte constat nihil contra nos agere. Nam lecta illa de qua in illo cap. agitur, longè distat ab hac Lamiarum secta, de qua nos impræsentiarum disputavimus. Primo quidem illius sectæ professores credunt mulierem quandam nomine Dianam, aut Herodianam conuersam in deam, habere aliquid veri numinis Lamie autem hoc non credunt: sed bene agnoscunt spiritum illis apparentem esse Diabolum, & Dei inimicum, & quamvis hoc agnoscunt, tamen propter voluptates, quas in illo recipiunt, libenter se illi subiiciunt. Secundò illius sectæ professores credunt (prout ex textu illius capitis constat) creaturam aliquam posse ab alio, quam à Deo in aliam speciem mutari, ut putà hominem in asinum, aut equum. An autem Lamie omnes hoc credant, mihi hucusque non constat: quoniam (ut ex his, quæ de illis legi, & audiui coniecere possum) impertinens est hoc ad sectam illarum: quanquam forte illarum aliqua hoc credunt, propterea quòd non solum Lamiarum, sed etiam Maleficarum sectam profitentur. Tertio differunt, quia secta illa non dicitur abnegare fidem Christi absolute, & illius sacramenta contemnere, et acem infringere, quæ omnia diximus à Lamiis fieri. De hoc tamen inter utranque sectam conuenit, quòd utriusque illarum professores cum diabolo in deliciis versantur: utriusque etiam credunt aliquando fieri in corpore, quod in sola contingit illorum imaginatione. Deinde dico, quòd licet ista secta Lamiarum esset illa eadem, de qua loquitur illud cap. Episcopi, nihil tamen contra nos ageret textus ille.

Non enim negat textus ille mulieres posse à Dæmone corporaliter de loco ad locum transferri, neque dicit illum motum semper in spiritu, & in imaginatione fieri, & nunquam in corpore: sed solum dicit mulieres illas decipi putantes in corporibus earum fieri, ea, quæ in sola contingunt imaginatione. Et certè sæpe ita euenit, quanquam aliquando (ut diximus) eas non decipi contingat. Et si vniuersaliter textus ille loqueretur, ut nunquam illas corpore deferri contingat, argumenta, quibus hoc probare nititur, nihil profus efficiunt. Nam ad suæ sententiæ confirmationem pro-

Lamiarum
duo genera.

Lamiarum
utraque secta
noctis obam-
brat. &c.

Cap. Episco-
pi de Lamiis
explicatur.

Visiones Lamiarum in corpore & in spiritu fieri.

ducit in testem Ezechielem prophetam, qui visiones Dei non in corpore, sed in spiritu se vidisse testatur, & Paulam qui nesciebat, an in corpore, an extra corpus esset, cum vidit arcana Dei. Fateor quidem hæc exempla satis esse ad probandum visiones illas aliquando non in corpore, sed in spiritu fieri, quod nos etiam facimus. Si tamen ex illis colligere velit nunquam talia in corpore, sed semper in spiritu fieri: quis non videt, quam inuadisum sit argumentum? Ex vna quidem aut altera singulari, etsi liceat inferre particularem propositionem, nunquam tamen licet inferre vniuersalem. Dico insuper aliqua esse in illo *cap. Episcopi*, relata circa illarum mulierum deportationem, quæ nunquam in corpore, sed in spiritu semper contingere constat.

Lamiarum equitatio super bestias.

Deinde enim ibi de mulieribus illis, quod credant se super quasdam bestias nocturnis horis equitare, & multarum terrarum spacia intempestæ noctis silentio pertransire.

Et de Lamiis nos etiam supra regulimus illas hoc idem credere. Quod enim non solum spiritu, & imaginatione sed etiam corpore aliquando deferantur, nos concedimus, & ratione simul, & experientia hoc fieri posse probauimus.

Quod autem super bestias equitent, & multa terrarum spacia breuissimo tempore super illas equitantes pertransiant, hoc non corporaliter, & verè sed in solo spiritu fieri concedam.

Nam bestie illæ, à quibus se deportari dicunt, non sunt veræ bestie: sed corpora quædam phantastica ex aëre, vel ex alia quavis materia à Dæmonibus ad similitudinem bestiarum confecta.

Aut fortè nulla sunt corpora: sed Dæmon tam vehementem illis imprimit bestiarum imaginationem, vt mulieribus illis etiam vigilantibus præsertim noctu quando corporei oculi nihil aut parum videre possunt, contingat id, quod dormientibus contingere solet: Qui ea, quæ in somniis acciderunt, sæpè postea vigilantes se verè vidisse contendunt.

Et certè idem huiusmodi mulieribus contingere potest, dum credunt se à bestiis per longa terrarum spacia breuissi-

breuissimo tempore deferri. Non enim tanta est alicuius bestie inò nec alicuius auis agilitas, vt vnus horum spacio possit trecenta, aut quadringenta milliaria percurrere. Nec tanta est etiam alicuius bestie leuitas, vt possit per tantum spaciura in aëre se suspendere, vt sua grauitas illam ad terram non deprimat, atque deiciat. Et de his, atque aliis eiusmodi quæ de motu illarum mulierum dicuntur, credo illud *cap. Episcopi*, esse intelligendum, quum dicit illa non in corpore, sed in solo spiritu, & in phantasia fieri.

Cæterum quod de incubis Dæmonibus dicitur, nisi sanè intelligatur, meritò incredibile indicabitur. Nam supposito quod Dæmones (vt communior tenet sententia) sunt spirituales substantiæ corporibus carentes, necessarium est, vt sint indiuisibiles & impartibiles.

Quò fit, vt nihil de sua substantia velut semen emitere possint, & inde consequens est, vt cum foeminis coire non valeant, quemadmodum viri cum illis coire solent. Et iuxta hunc sensum credo intelligendos esse aliquos doctores sacros, qui negant Dæmones cum foeminis coire posse. Chrysostronus *homilia. 22. super Genesim* hoc apertè negat. Philaster Brixienis Episcopus, quem beatus Augustinus se Mediolani vidisse refert, in quodam opusculo in quo de omnibus hæresibus disseruit, inter alias hæreses connumerat eam sententiam, quæ dicit Dæmones posse coire cum foeminis. Beatus Augustinus *li. 15. de ciuitate Dei, cap. 23*, dubius est in hac re, quæ dubitatio inde (vt suspicor) est illi orta, quod ipse putauit Dæmones habere corpora, quauis non eiusdem fortè conditionis cum nostris.

Dæmones incapaces sunt coitus.

Hæreses de coitu Dæmonum cum foeminis.

Hæc autem Augustini sententia, ab omni Theologorum schola reiecta est, neque est, præter vnum Theologum aliquis, qui Augustini sententiam in hac parte tucatur.

Sed quia (vt idem Augustinus loco nunc proxime citato ait) certissima experientia sæpè cognitum est, foeminas etiam inuitas à Dæmonibus fuisse compressas: idè modum inquirere oportet, quo id fieri posse fideliter & Catholicè dicamus. De qua re dicam quod sentio, paratius meliora doceat audire.

§. August. dubium de compressu mulierum & Dæmonum.

Dæmon quo-
modo corpus
consecrare pos-
sit.

Dæmon, qui natura cuiuslibet interioris conditiones & proprietates melius quam omnes mundi sapientes nouit, potest aërem condensare, & ex illo, aut ex aliqua alia materia corpus aliquod conficere, & illud iuxta figuram hominis, aut asini, aut equi disponere. Quo corpore confecto, licet animam vllam illi dare non possit, potest tamen circa motum localem omnia illa operari, quæ operaretur anima, si esset in illo. Nam potest mouere manus, pedes, linguam ad loquutionem, erigere membra genitalia, vt apta esse videantur ad coitum, & totum denique corpus mouere, sicut viri cum mulieribus coeuntes mouere solent. Quæ omnia cum fecerint, semina tamen, quod Græci *σπέρμα* vocant, ex corpore illo emitte non possunt. Quia semē illud (vt Physiici, & Medici docent) est pars substantiæ, quæ ex cibo optimè digesto remanet, illa scilicet, quæ proxima est, vt conuertatur in sanguinem. Quod vel ex eo coniciunt Medici, quod hi, qui nimium indulgent veneri postquæ totum, quod habebant hauserunt semen, tandem emittunt sanguinem. Corpus autem phantasticum cum sit prorsus inanimatum non potest cibos concoquere, nec vllam illorum facere digestionem. Quo fit, vt nec semen vllum habeat, quod cum semina coeuntes, emitte possit. Necessarium est igitur vt Dæmon, cum in corpore phantastico cum semina coit, ex alio corpore humano semen illud extorqueat, vt illud in vas muliebri emitte possit. Fœmina autem prestigijs Dæmonis illusa putat semen illud à Dæmone incubo ex proprio corpore emitti. Nec dubito quin fœmina ex tali semine concipere possit. Quod si contingeret, proles inde nata non esset filius Dæmonis dicenda: sed filius illius à quo Dæmon extorsit semen, quod in vuluam mulieris fuerit de-
cisum, & ex quo sequutus est talis conceptus. His igitur omnibus prælibatis, superest vt ad id, quod primò quaesitum est, respondeamus, an scilicet huiusmodi Lamiæ, & Striges, de quibus hæcenus differimus, sint censendæ hæreticæ, & velut tales puniendæ. Cui quæstioni facillè ex his, quæ de illis supra relata sunt, responderi potest. Multa enim ab illius sectæ professoribus sunt, propter quæ omnes illi non solum hæretici, sed etiam apostatæ me-
ritò

Semine caret
Dæmon.


Proles Dæmo-
num an verè

ritò censendi sunt. Nam honores diuinos Dæmoni tanquam Deo impendant, illam adorantes, & illi sacrificia offerentes. Quæ sine violata hæreticos suspitione nequaquam effici possunt. Nunquam enim talia Dæmoni præstarent: nisi illum aliquid numinis habere putarent. Hoc autem credentes blasphemii sunt, & in apertam incidunt hæresim, contra id quod Regius Propheta ait: *Quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deum nostrum?* Et in alio Psalmo: *Quoniam magnus es tu & faciens mirabilia, tu es Deus solus.* Et ipsemet Deus per Eliazam propheta ait: *Ego Dominus, & non est alius: extra me non est Deus.* Et eandem sententiam in illo eodem cap. scripturè repetit. Deinde homines huius pestiferæ sectæ professores sacramenta contemnant, per quem contemptum in aliam apertam & condemnatam incidunt hæresim, putantes sacramenta nullius esse valoris. quæ ex Ecclesiæ Catholicæ sententia, gratiam dignè illa recipientibus conferunt. Præter hæc omnia, crucem, & aliorum quorumcunque sanctorum imagines confringunt. Quæ res non paruam præbet hæreticos suspitionem. Nam dicere imagines non esse tolerandas, sed potius esse confringendas, hæresis est in septima synodo damnata. Nec solum hæretici sunt huius diabolicæ artis professores: sed, vt nihil illo tum malitiæ dicitur etiam sunt aperiissimi apostatæ. Quoniam fidem Christi expressè abnegant, & quod omnium pessimum est, iureiurando, promittunt se nunquam ad fidem Catholicam redituros. Meritò igitur hi estis viri homines, siue viri, siue fœminæ, qui hanc diabolicam profitentur artem, hæretici sunt censendi, & velut tales puniendi. Sed præter hæc quæ ad fidem spectant, quædam alia flagitia committunt, propter quæ absque iudicis ecclesiastici sententia, qui illos de hæresi damnaret, sola secularis potestas potest illos capere, & vitimo supplicio punire. Nam vt supra retulimus, pueros noctu occidunt, aut ægros, & valetudinarios efficiunt, & alia similia committunt, propter quæ digni sunt morte: etiam si de illorum infidelitate, aut apostatæ hæ non constaret.

Blasphemus
Lamiar.
Psal. 85.
Esa. 45.

Christi abne-
gatio & iura-
mentum apo-
statae facit.

FINIS.



CLAR. IVR. VTR. DOCT.

D. PAVLI
GRILLANDI
CASTILLIONÆI
Florentini Dioec. Aretin.
criminal. causar. Audito-
ris, R. P. D. Andr. Iacoba-
tij. S. D. N. PP. Almæque
Vrbis Vicarij Generalis
vtilissimus Tractatus de
Sortilegiis, eorúmque pœ-
nis.

Liber secundus de Sortilegijs.



EQVVM est vt post hæresis tracta-
tum subijciamus titulũ & materiã Sor-
tilegiorum, quæ sæpius ex illa descen-
dant, vel cum ea habent participatio-
nem talem, quòd sapient hæresis ma-
nifestè: & propterea rei ipsius criminis
examinè

examinè inquisitoris hæreticæ prauitatis quandoque
subijciuntur: & eisdem hæreticorum pœnis cruciantur.
vt in cap. accusatus. §. sanè. de here. lib. vij. Deuenio nunc ad
materiam.

CAP. I.

SUMMARIUM.

- 1 Sortilegium generaliter captum quid sit.
- 2 Sortilegi sunt humani generis inimici & humana
salutis hostes.
- 3 Sortilegi propriè sumpti qui dicantur.
- 4 Sortilegiorum species continentur sub verbo noxia.
- 5 Sortilegiorum professio dupliciter consideratur.
- 6 Sortilegium vnde dicatur.
- 7 Sors multis modis intelligi potest.
- 8 Sortilegium à quibus sit inueniuntur.

PRIMO enim quero † quòd sit Sortilegium
generaliter sumpto vocabulo pro omni specie
superstitionis. Respon.

† Sortilegiũ est superstitio quædam illusoria & summe
noxia qua vitur homo Dæmonis ministerio: vt habe-
tur. xxvi. q. v. in sum. & xxvi. q. ij. qua sine saluatore. vbi de
hoc. l. n. mo. & l. multi. C. de malef. & Math. & S. Thom. in
secunda secunda. q. xxv. art. iij. in tit. de superst. & not. x. cap.
1. & 2. de Sortileg.

Sortilegium
quid.

† Et idèd Sortilegi, diuinatores, & malefici, huius
diabolicæ religionis professi, dicuntur hostes humana
salutis & humani generis inimici. l. & si excepta. & l. fin.
C. cod. titu. Quero nunc quis dicitur propriè Sortilegus
text. enim xxvi. q. j. c. sortilegi. dicit quòd

Sortilegi ho-
stes humani.

† Sortilegi propriè hi sunt qui sub nomine fidei re-
ligionis per quosdam, quas sanctorum, seu apostolorum
vocat sortes diuinationis scientiam profiteatur: aut
quarundam scripturarum inspectione futura promittunt
ex quo text. not. quòd isti Sortilegi & incantatores sub

Sortilegi pro-
priè qui dicuntur.

Sortilegij
rationes &
mista.

Orationes
falsa Sortile-
gorum.

falso quodam feto religionis nomine sanctorum, vel Apostolorum sua conficiunt sortilegia: & hinc est quod isti incantatores & maxime mulieres in suis sortilegiis & incantationibus ut vulgariter dicitur sapius dicere iubent per maleficiatum aut infirmum, Ave Maria, vel Pater noster: aut alias similes orationes ad deuotionem alicuius sancti Apostoli, vel martyris: ut sub illorum sanctorum Apostolorum, vel Martyrum deuotione, ac praesidio opus, quod conficiunt, videatur ministrari: nihilominus omnia illa sunt falsa & ficta, et non ad veram deuotionem, seu intercessionem illius sancti Apostoli, vel Martyris dicuntur seu vouentur: sed sub illa falsa religionis demonstratione omnia opera praedicta arte & praesidio Daemonis conficiunt, & sub illius deuotione vouent, de quibus tum latius, infra dicemus, *quest. v. q. vj. text. tamen in d. c. sortilegi: videtur ponere solum definitionem istius verbi Sortilegi, strictè sumpto vocabulo, quod denotat duntaxat speciem diuinandi: & sic Sortilegia diuinatoria. Ego autem largè sumo hoc verbum Sortilegium siue Sortilegum, pro omni specie superstitiosa, siue malefica, siue amatoriam, siue diuinatoria siue ut dixi in prin. q. quoniam sunt tot diuersa nomina ritus & species istius diabolicae religionis, quod nimis longum esset velle cuiusque suam ponere definitionem: & ideo sub hoc nomine Sortilegij, siue Sortilegi omnium maleficorum & diuinatorum sectas comprehensas habere volo, itaquam sub vno genere comprehendens sub se omnes & singulas species ipsorum maleficorum in substantia differentes, prout requiritur de essentia vere definitionis secundum Bartol. in l. i. ff. de testamen. illa enim definitio est bona respectu illius Sortilegij spiritualis, de quo ibi, scilicet, diuinatiuis sed volens ponere definitionem Sortilegij, quae comprehendat omnes profectos cuiuscumque sint speciei sub eadem generali diabolica religione dicendum est sic.*

Sortilegus proprie is est, qui diabolicam religionem professus est, & noxia quaeque superstitiosa aut eiusoria Daemonis instructione componit: & secundum hanc definitionem omnes species Sortilegorum continentur, sub verbo *uicini* continetur species amatoriam & veneficam

ut infra latius dicitur sub verbo eiusoria continetur diuinaria species, sub verbo superstitiosa Sortilegia quae fiunt ab sanandum maleficiatos: ut l. nemo. & l. multi. & l. eorum. C. de mal. & math. cap. ij. de Sortileg. xxvj. q. v. sortes. & c. seq.

Sortilegiorum autem professio duplex est vna tacita: altera vero expressa: de quibus ad plerumque dicitur infra eodem in ij. *quest. & vide in sum. confess. in titul. de Sortileg. quest. ij. & per totum.*

Sortilegium autem dicitur à sorte, quae in hac materia accipitur pro arte diuinandi. xxvj. *quest. v. sortes. eodem causa. q. iv. c. fi.*

Sortilegum hoc nomen accipitur quandoque pro fortuna: ut in *auth. ut omnes obedi. in d. prouin. §. arripiant. circa fi.* Sumitur etiam pro conditione humana: & pluribus aliis modis de quibus per gloss. in *proem. Clem. in versic. sortis. & l. milites. in vers. sortem. Cod. de testamen. mili. sed habetur in l. ij. Cod. communia deleg. & in l. sed cum ambo. ff. de indi. vide. d. fede. de sen. in consil. cclxxxv. quod incipit. Domine reuerende, vbi plenè examinavit quid sit fors.*

Quari posset etiam à quibus fuerunt inuenta haec Sortilegia: & qui fuerunt primi, qui illa introduxerunt inter homines: dic quod populi Perlae ceteris curiosiores noscere ea, quae natura humana per seipsam facere nec docere potest, xxvj. q. iv. e. igitur genus, & quid sit Sortilegium, & quid sint Sortilegi vide Archid. in *cap. accusatus. §. sand. d. bare. lib. vj. & in summa conf. in titul. de Sortileg. q. ij. & ij. Host. & Rayn. in summa eo. titu. & S. Thom. in sum. secunda secunda q. xxv. in tit. de superstit. ver. ad quartum dicendum.*

CAP. II.

SUMMARIUM.

- 1 Sortilegiorum tres sunt species principales.
- 2 Sortilegus seu maleficiatus non curatur, nisi ab eiusdem artis perito & professo.
- 3 Ars medicina non operatur in Sortilegia: quia diabolus illorum author est.
- 4 Remedia arte diabolica, malefica & damnabili disciplina adhibita, non sunt à iure civili reprobata.

- 5 Diuinitio est principalis species sortilegij.
- 6 Diuinationum genera sunt quatuor.
- 7 Diuinatores multipliciter nuncupantur.
- 8 Necromantia unde dicatur.
- 9 Demones dicuntur sanguinem amare.
- 10 Sortilegia amatoria & venefica aequè puniuntur.

Sortilegiorum species tres.



Ecudò quero ¶ quot sunt sortilegiorum species. Respòdeo quòd multæ sunt ac diuersæ secundum diuersas hominum professiones & formas quibus illæ conficiuntur: principales verò & magistrales sunt tres, scilicet diuinatiua, amatoria, & venefica.

Sortilegium dilegi vsurparunt sibi nomen diuinatoris, per quam futura quædam præsentia vel præterita nobis ignota uaticinari conantur. 26. quæst. 5. non oportet & l. nemo. C. eo. tit. de malef. &c. ibi diuinandi curiositas &c. & secundum hanc speciem sortilegium propriè & strictissimè sumitur, quia dicitur à sorte quæ in hac materia sumitur pro arte diuinandi: ut supra dictum est. & hoc modo sumpsit text. hoc uerbum in e. sortilegij. 26. q. 1. At Ioan. loc. in sum. conf. in tit. de Sortil. & diu. q. 2. in fi. dicit quod triplex est genus diuinationis: quorum primum est quod fit per manifestam Dæmonum inuocationem, quod pertinet ad Necromanticos. Secundum autem est, quod fit per solam considerationem dispositionis vel moris alterius rei quod pertinet ad augures. Tertium est dum facimus aliquid: ut nobis manifestetur aliquod occultum quod pertinet ad Sortes: & ista duo ultima sunt per tacitam Dæmonum inuocationem: ut ibi dicitur. sub quolibet uerò istorum generum diuersæ sunt species. ut ibi not. & dicitur infra hac. quæst. 2. uer. redeo nunc &c.

Diuinationum aliqua ex tacito pædio Dæmonij.

Sortilegium amatorium.

¶ Secunda uerò species sortilegiorum ea est, quæ dicitur amatoria, quia fit propter amorem libidinosum: & ut plurimum ad flectendum pudicos animos ad libidinem tam uirorum quam uirorum sed frequenciùs uirorum ut l. eorum in princ. C. eo. tit. & l. 3. §. hac

har adiectio ff. ad leg. Cor. de sic. l. si quis aliquid. §. qui abortiuus. ff. de pen. ubi fit mentio de poculo amatorio, de quo latius dicitur infra eo. tit. 12. q. & quod si ex poculo huiusmodi forsitan malè còposito, uel indispositè sùpto fuerit secuta mors, absorbentis qua pœna ministrator ille qui exhibuit potandum puniatur, de hoc latius dicitur ibi & etiam uidebimus qua pœna puniantur, quando non fuit subsecuta mors: sed alius turpis effectus, de quo infra. q. 11.

Poculum amatorium.

¶ Tertia Sortilegiorum species est illa, quæ dicitur venefica, siue malefica: & ista est cæteris perniciosior & magis odiosa, per quam multa mala proueniunt & diuersè fabricantur infirmitates, morbi, & calamitates in humanis & brutorum corporibus, ex quibus mors sæpius causatur: quidam enim hac specie malefica pollutio pereunt, & hoc euenit quotienscumque compositio illa malefica est ualde atrox & plurimum ueneni habet in se quod qualiter fiat infra dicitur: quandoque uerò non tam citò mors prouenit: sed post longas luctuosas querelas & lachrymabiles fletus personæ maleficiatæ corpus paulatim conteritur, uirtus debilitatur, ita quod demù perit: & propterea species ista solet dici malefica, quia semper tendit ad malum l. eorum in princ. & l. multi. C. l. tit. & ideò non immeritò lex uocat istos humani generis inimicos: quia semper quasi tendunt ad hominum necem & destructionem, & quandoque sola carminis potentia interimunt absque ullo ueneni haustu: ut dicit S. Aug. in lib. 10. de ciuit. Dei. cuius dictum insertum est. 26. q. 5. c. nec mirum, §. magi. l. & si excepta. in princ. C. eo. tit. & alibi appellantur hostes communis salutis l. finali in princ. C. eodem titolo.

Sortilegia venefica & malefica.

¶ Quidam uerò reperiuntur, qui eadem professione muniti & malefica arte eruditi supra dictas infirmitates & maleficas pollutiones ex languentibus corporibus auferunt, & corpora ita grauiter turbata breui tempore sanant: quibus uerò medicis & remediis ipsorum curas conficiunt, & maleficas illas pollutiones remouent referre nephas est: Nec putes quòd curæ homini fieri soleant absque scientia maleficæ artis & Dæmonis instructione, quia maleficæ illæ pollutiones destrui non solent

Malefici curantes maleficiatus infirmitates.

solent nisi per eiusdem artis magistros, vel qui sint diabolice professionis bene instructi, aut quoquomodo participes quia maleficia ipsa absque Dæmonis ministerio & suffragio tam rebus ipsis, quàm verbis communiter inferi non solent in corporibus pariter nec tolli & hoc est quod dixit sanctus August. in lib. de civit. Dei prout refertur. 26. q. 5. nec mirum in se. quod huiusmodi remedia & medelas ars non commendat medicorū, quippe quia illa novit. ¶ Medicina enim naturalis & omnium physicorum & chirurgicorum ars tota communiter non sufficeret ad sanandū corpora ipsa, & remouendum dictas pollutiones, quæ dæmonis opera, & ingenio in dicto corpore fuerunt insertæ, eadem igitur artis pericia & suffragio æquum est vt tollantur: quia cuius est condere, eiusdem est soluere: cuius est condemnandi facultas, eiusdem est & absoluedi libertas. l. condemnare. ff. de re iudic. & l. nemo qui condemnare. de reg. iur. Et nihil tam naturale est, quàm eodem genere quod quàm dissolui quo colligatum esse reperitur. l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. Non nego tamen, quod si agritudines ipsæ ex rebus duntaxat naturalibus causantur, putà veneni, quò ex rebus etiam naturalibus contrarius tolli non possint, obque Dæmonis operationem si homines per se aut naturalis scientia hæc scire possent, & naturalium virtutes & potentias ita subtiliter cognoscerent, sicut Dæmon, quia ea, quæ mediocribus naturalibus proueniunt, mediocribus etiam contrariis naturalibus tolli necesse est per ea, quæ proximè diximus, sed quia istarum naturalium virtutes & potentia homini vt plurimum sane ignota tam in specie quàm in genere in arte medicina: & Dæmon qui subtilissimus est & perfectissimus naturalium virtutum cognitor melius ceteris omnia ista novit, nec vult illa posse cognosci nisi per illos qui sub sua fide diabolice religionem profitentur: & propterea vulgariter dicimus, quod maleficia & agritudines huiusmodi non possunt communiter tolli per medicos naturalis medicinae peritos: sed solum per istos magos & iacantatores, qui sub eadem professione morantur, & qui maleficia ipsa faci-

Medicina
non valet
contra Sorti-
legia.

Contraria
contrariis
curantur.

cere solent, & possunt, illimet eadem destruere & tollere possunt arte & instructione dæmonis: vt supra. & habetur per sanctum Thom. in secunda secunda. q. xcv. arti. vi. & l. corum. §. fin. C. 204. tit.

¶ Sed nota, quod de iure civili remedia ista non sunt damnanda: & hi, qui dicta remedia faciunt, & sanant languores prædictos nulla pœna ponuntur de iure civili, licet id agant arte malefica & damnabili disciplina: vt est tex. i. d. l. cor. §. fin. C. 10. tit. tamen de iure canonico non licet aliquo modo hominem maleficiatum contrariis maleficiis liberare. xxvii. q. vlt. admonent. de quo tamen latius dicemus infra q. xv.

¶ Sequitur modo vt videamus de aliis speciebus Sorilegiorum, quæ sunt quodammodo species subalternae ad illas, de quibus supra, quæ in veritate potius videtur respicere finem & effectum ipsorum Sorilegiorum, quàm principium: infra scriptæ verò respiciunt finem, principium, & medium: & istæ diuersis nominibus nuncupantur secundum diuersos modos & formas, quibus conficiuntur, & eisdem nominibus appellantur eorum magistris ab ipsa eorum arte cognominati.

Sortilegiorum
species subal-
terna ad alias

¶ Redeo nunc ad primam speciem, quæ est diuina; quæ inter ceteras obtinet principatum, in qua plures homines communiter decipiuntur atque incidunt, quàm in aliis: quia natura humana & illorum maximè, qui sunt curiosi, naturaliter appetit scire, quæ maiora sunt naturali scientia, & humano intellectui occulta uim.

Diuinitas est
præcipua spe-
cies Sorilegij.

¶ Et idè videmus, quod communiter isti Sorilegi, necromantici, magi, et similes quotiescunq; volunt opibus & superstitionibus suis fidem adhiberi, licet extranei sint & penitus ignoti, aliqua quæ ex præterito alicui acciderant, eidem ad vnguem, prout eueniant, referre solent, quorum relationes, quia sapiunt veritatem, alliciunt hominū mētes ad credendū sibi etiam ea, quæ falsa sunt omnino. Ista fuit sent. S. August. in lib. 1. de civit. Dei relata per sacros. Canones in cap. nec mirum. §. nullum iusfragium. xxvi. q. v. sub hac enim specie plures militant magistri, & omnes ferè malefici profitentur artem prædictam.

Diuinationū quatuor sunt genera. ¶ Pro cuius evidentia sciendum est quod diuinationum quatuor sunt genera siue species, sicut quatuor sunt elementa. Primum videlicet geomantia, quæ sit in elemento terre à τὴν γῆς quod est terra: & μαντεία, id est, diuinationo. hydromantia, quæ sit in aqua, ab ἕδω, quod est aqua. Pyromantia, quæ sit in igne, à πῦρ: quod est ignis, & aerimantia, quæ sit in aëre.

¶ Hinc dicti sunt Geomanti, Hydromanti, Pyromanti, & Aerimanti: qui artes ipsas profitentur: vt exprimit text. xxvj. q. iij. cap. igitur genus. in prin. quæ verba fuerunt assumpta ex dictis sancti Augu. lib. 1. de natura Dæmonum, & Hostiens. in sum. eo. tit. in prin. Quorum quædam ex ipsis professoribus appellantur.

Diuini, sic dicti, quasi Deo pleni. Isti enim diuinitate se esse plenos simulant, & astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant.

Incantatores. ¶ Alij dicuntur Incantatores, & hi sunt, qui artem verbis tantum peragunt: & est quandoque tanta istorum potentia carminis, vt verbis suis absque aliquo veneni haustu occidant: vt habetur xxvj. q. v. d. c. nec mirum in principio.

¶ Quidam alij sunt Arioli, sic dicti: quia circa aras Idolorum nepharias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt: quibus celebratibus Dæmonum responsa suscipiunt.

Aruspices. Alij dicuntur Aruspices, quasi horarum inspectatores: hi enim obseruant tempora, dies, horas, & momenta, ex quorum obseruantia bona vel mala futura prædicunt: hi etiam intestina pecudum inspiciunt, & ex his futura prognosticant.

¶ Alij sunt Augures qui volatus auium & voces intendunt: inde dicitur augurium, quasi auium Garium.

¶ Alij dicuntur Pythonici qui quædam religione diabolica professione sectantur, à Pythonē, id est, Apolline dicti, qui auctor fuit artis diuinandi.

Alij sunt Astrologi qui in astris vaticinantur: an verò sit hodie permessa vaticinatio per Astrologiam dicitur infra q. sequen.

¶ Alij dicuntur Genethliaci, sic vocati propter natalitiorum considerationes. Isti enim capiunt diem natalis & horam

& horam alicuius & per 11. cali signa fidei sumque cursus calculantur, & prædicunt felices & infelices futuros euentus & mortem quandoque.

¶ Alij demum sunt Salitores sic dicti: quia dum cuiquam membri aliqua pars salierit, aliquid exinde sibi prosperum, aut infelix significari prædicunt. Hæc omnia declarantur per text. in d. c. igitur genus. quæ tamen non pro doctis viris sed pro iunioribus & rudibus referre placuit.

Salitores.

Quibus super addo Necromanticos qui per Necromantiam vaticinantur quia videntur eorum incantationibus & coniurationibus resuscitari mortui, quibus per dictos Necromanticos sunt interrogationes: & illi ad eorum interrogata respondere: sic dicti à νεκρός Græcè, quod Latine dicitur mortuus, & μαντεία, id est, diuinationo: & vt plurimum quando hæc sunt ipsi magistri adiiciunt sanguinem cadaveri, quia Dæmones dicuntur amare sanguinem & propterea quotiescunque sit Necromantia cruor aqua miscetur, vt Dæmones colore sanguinis facilius pronocentur. Hæc habentur in c. nec mirum. 26. q. 6. in §. Necromantici. quæ pro tyronibus similiter adiuncta fuerit.

Necromantici.

¶ Videndum est modò qui sunt professores, siue magistri qui in secunda & tertia specie sortilegiorum militare solent. & breuiter dicas, quod hi qui sunt professores artis amatoriz, & in illa sortilegiorum specie militant, iidem in venefica specie profitentur & isti appellantur magi scilicet qui artem magicam profitentur vt dicit textus. in l. eorum in princip. C. eo. titul. & dicit capit. nec mirum §. magi, & isti sunt qui vocantur etiam malefici ob facinorum magnitudinem: vt dicit

*Magi.**Malefici.*

text. in d. §. magi. Ius enim civile illos vtriusque artis magistros æquiparauit tam in factura quam in peenis scilicet illum qui conficit sortilegia amatoriz & sortilegia venefica: & vtrumque pariter eadem poena puniri iubet: vt dicit leg. eorum in princip. & leg. si quis aliquid §. qui abortiōnis. ff. de poen. an idem sit de iure canonico, quod eadem sit in vtroque poena statuta aut diuersa, dicemus infra c. 10. q.

*Sortilegia**amatoriz**venefica**æque puniuntur.*

¶ Sunt quidam, qui dicuntur incantatores, qui sola potentia carminis perstringunt hominum vitas: isti soleant ut plurimum in tercia militare: & quidam alij, qui supra in prima specie expressi sunt, in hac tercia sapius se exercent: ut sunt Arioli, qui in eorum sacrificiis, & immolationibus adiungunt quandoque imagines cera, vel creta recentis, & illas iuxta feruentissimum ignem apponunt, vel acubus eorum capita, vel latera perforant, baptizant, & quamplura alia turpia faciunt: quae conueniunt terciae speciei, ut latius infra dicitur in sequen. q. & Necromantici similiter sapius solent in tercia specie laborare, de quibus similiter dicitur infra in d. q. seq.

C A P. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Sorilegia multis sunt modis.
- 2 Sorilegiorum professio duplex.
- 3 Sorilegij professio tacita qualiter fiat.
- 4 Sorilegij professio expressa dupliciter consideratur.
- 5 Sorilegij professionis expressa modus & solemnitas.
- 6 Sathanas summopere cupit adorari.
- 7 Sorilegi utuntur venenorum compositione.
- 8 Deus nullam recipit temporis distinctionem.
- 9 Tresauri an arte Diabolica possint inueniri.
- 10 Astrologi, Chiromantici & similes qui futura praediciunt, an poena sacrilegij puniantur.
- 11 Sorilegia tam amatoria, quam venefica dupliciter fieri dicuntur.
- 12 Sorilegia quo mediante, vel qua vi operentur.
- 13 Sorilegium amatorium non cadit in iniuriam.
- 14 Sorilegium amatorium requirit puram & liberam voluntatem.
- 15 Amor non potest in iniuriam cadere.

- 16 Sacramenta Ecclesiastica an effectiue possint in sacrilegijs concurrere.
- 17 Sacramenta Ecclesiastica cuius sint efficaciae.
- 18 Demones magicis artibus aduocari signis, ritibus, & carminibus ipsorum magorum etiam iniuris comparere coguntur.
- 19 Acharon nomen est Diaboli.
- 20 Sorilegium maleficum quid sit, & cuius sit efficaciae.
- 21 Venena quare, & quando dicantur bona, vel non mala.
- 22 Venena mala que dicantur.



RERTIO quare & quot modis sunt Sorilegia loquendo de omni specie: ut supra, Respond. multis, ac variis modis fieri posse.

¶ Pro cuius intelligentia sciendum est quod duplex est sorilegiorum professio tacita, scilicet, & expressa, intelligendo de professis cuiuscunque speciei.

¶ Tacita enim professio est promissio quaedam, quam quis facit alteri professio de obseruando quae sibi mandauerit sub promissione, quod grandia faciet, & mirabilia in vita sua, cognoscat futura, & multa alia his similia, dummodo fidem Catholicam abiiciat, & omnia Ecclesiastica sacramenta pessum det: & totis eius viribus adhaerebit cultui & obedientiae sui magistri, & illum tanquam verum principem adorabit, cultum verae adorationis sub idolorum forma sibi praestando & alia huiusmodi turpiora pacta: & cuncta opera per ipsum facienda sub illius nomine & deuotione conficiet: & ista dicitur tacita professio: quia non fit proprie cum Dæmone, sed cum ministro Dæmonis, & in qua nullae interueniunt solennitates extrinsecas, quae interuenire solent in expressa professione, sicut est solennis stipulatio, fides praestita per iuramentum de obseruantia promissorum: item homagium & fidelitatis promissio erga Dæmonem vnâ cum

Sorileg. multis modis sit.

Professio tacita cur dicatur.

postergatione & omnimoda diuisione fidei Christianæ,
& aliis quæ in ea requiruntur. *vi i. cap. qui sine Salvatore.*
26. *quæst. 2. & vide sum. confess. e. titul. quæst. 3. & 6.* vbi sit
mentio de vtraque professione & pacto habito cum De-
mone scilicet tacito & expresse: *et eod. tit. quæst. 10. in fine.*
quam submissionem ipse Dæmon postea ratam habet
& reddit se facile in obsequendo voluntati: & appetitui
illius sicut aliorum, quo facto omnia sortilegia, sicut
expresse professi fabricare incipiunt. *vi ibi not. & notatur*
etiam per quendam modernum Theologum *in quodam*
suo tracta. de strigi mag. Damon mirand. lib. 1. c. 4. & l. nemo
& leorum in princ. C. eod. titul. & i. t. 2. de sortileg. vbi dicitur
de illo, qui aspiciēbat in astrolabio pro inueniendis
furtis. & de hac tacita professione videtur etiam memi-
nisse *tex. si bene considerentur verba sua in dict. c. nec mirum.*
& Necromantici verb. ad hac omnia. vbi post narrationem
errorum remediorum, quæ sunt erga maleficarum
pro salute corporis subiungit textus hæc omnia fieri
arte Dæmonum ex quadam pestifera societate homi-
num & angelorum malorum exorta.

Professio ex-
pressa duplex.

¶ Alterum vero dicitur professio expressa: & est illa,
quæ fit expresse cum proprio Dæmone: & ista est duplex,
Vna, quæ dicitur solemnī siue publica, altera quæ dicitur
priuata. Solemnī enim & publica est illa, quæ fit
cum Dæmone, dum publicè residet in solio maiestatis
more Principis, quando sunt vniuersales congregatio-
nes omnium strigarum, maleficorum Necromantium,
cuiuscunque generis professorum certis nocturnis ho-
ris, locis, & temporibus Dæmonis arbitrio constitutis,
vbi vniuersis assistantibus fit ista professio.

¶ Priuata vero est illa quæ fit cum ipso Dæmone pa-
cto expresse cū iuramento (*vi infra*) citra tamen solemnita-
tes & hominū multitudinē: vnde contra istos dicitur
Esa. 28. c. *Dix. istis percussimus fœdus & cum inferno fecimus*
pactum. & de hac fit mentio in *sum. confess. eod. tit. q. 4. princ.*
& *quæst. 6. & 12.* sunt quandoq; eidem solemnitatibus,
quibus fieri solent veræ & solemnēs professiones mona-
chorum in Christi religione, dum profitentur regulam
monasticam relinquentes mundum, illi verè faciunt cō-
sacrum: quia relinquunt primò Deū Saluatorem abne-

Professio pri-
uata ali-
quando fit
eisdem solemn-
itatibus ac
religiosis

gentes illius nomen & baptismum & postea reliqua sa-
cramenta Ecclesiæ: deinde adhærent Dæmoni eidemque
perpetuam obedientiam spontanea voluntate promittunt,
saperadentes etiam sacramentum; & homagium indu-
bitatum adeò quòd penitus eliciantur Dæmoni subiecti
& plusquam vassali, & ex tunc contrahitur inter homi-
nem & Dæmonem amicitia quedam & pestifera societas,
ex qua multa mala & turpissima opera conficiunt: & que-
dam alia turpiora faciunt, quæ referre non audeo: vide
illum modernū Theologū *in d. trac. de strig. Damon mirand.*
i. t. 2. c. vbi latius omnia ista ponit, & in sum. conf. eod. tit. c. 3. &
4. in princ. ¶ Isti vero qui expressam professionem fece-
runt; reddunt etiam expressum cultum adorationis Dæ-
moni per solemnia sacrificia, quæ ipsi faciunt diabolo;
imitantes in omnibus diuinū cultū, cum paramētis lu-
minariis, & aliis huiusmodi; ac precibus quibusdam &
orationibus, quibus instructi sunt, adeò ipsum adorant, &
collaudant continuè, sicut nos verum creatorem adora-
mus. *16. q. 5. contra idolorum, & est glo. in c. accusatus. §. sanè.*
de hare. lib. 6. & in sum. confess. eod. tit. q. 2. & 3. & 26. q. 6. non
obseruetis & eadem causa. q. 2. 1. qui sine Salvatore. vbi est bo-
nus tex. quibus autem locis & quibus temporibus hæc
faciunt dicitur infra q. sequen. Et hoc procedit quia Dia-
bolus summopere desiderat ab homine adorari, &
Deum ipsum creatorem in hac adoratione imitari: quod
peruenit ex illo peccato superbiæ quo ipse Sathanas
voluit se facere æqualem Deo, & pariter sicut ipse ado-
rari quod peccatum adhuc in se retinet: vt dicit Sanctus
Thom. *in secunda secunda. q. 95. artic. 5. & Sanctus Augu-*
stinus in lib. 10. de ciuitat. Dei cuius dicta tradita sunt.
26. nec mirum. §. auguria verb. sed hoc quosdam fallit. &
verb. ad hoc vbi dicitur, quod Sathanas ad hoc valde
nititur, vt adoretur quasi Deus, & propterea illi, qui in-
terueniunt in dictis sacrificiis & expresse ipsam Satha-
nam adorant; ipsi sunt sibi ceteris prædilectiores & ni-
hil petunt quin exaudiantur ab eo ex his, quæ ipse
facere potest: & si petuntur ea, quæ ipse facere non
potest, fingit illa facere posse, & per multas illusiones
decipit suos professos: & propterea dicunt quædam,
quòd sortilegia & maleficia quæ sunt per istos sunt ex-

Societas inimi-
ca inter homi-
nem & Dæ-
monem.

Cultus Dæmo-
ni vt creatori
exhibetur.

Dæmonem
adorantes
ceteris sancti-
carios.

teris atrociora et grauiora, quippe quia diabolus sum-
 mopere capit istis complacere, a quibus maius premiu
 recipit, & isti sunt qui solent quandoque struere ima-
 gines ceree, vel etere, seu alicuius mixturae gummarum
 & similitum. & dicit S. August. in libr. xxi. de ciuitate Dei
 hac verba not. quod daemones alliciuntur his rebus, cha-
 racteribus, signis, et carminibus magicorum, non tanquam
 animalibus sed quasi spiritibus signis: quia enim homines
 in lignum subiectionis eis offerunt solemnia sacrifici-
 a, & prostrationes faciunt, gaudent summopere huius-
 modi reuerentiae signa sibi exhiberi. Alliciuntur autem
 diuersi daemones diuersis signis, secundum quod diuersis
 vitiis ipsorum magis conueniunt verba Sancti Augusti-
 ni relata per San. Thom. in tract. 99. dispu. 3. partis in titulo
 de mira. q. x. vers. respondeo in ff. vbi dicit, quod Daemones
 certis temporibus obseruatis, & determinatis carminibus
 & signis, ritibus, & imaginibus consecratis, vel potius
 execratis euocati adueniunt, quas imagines isti malefi-
 ci portare solent ad loca sacrificiorum deputata: quibus
 completis composito ingenti igne dictas imagines pri-
 mo baptizat in nomine Beelzebub principe daemoneo-
 rum seu Sathanae, & quibusdam alijs turpioribus verbis,
 quae referre non audeo: quibus sic peractis imagines
 praedictas igni adhibent, & ibi petunt quae mala et in-
 firmitates volunt in vera naturali persona illius, quem
 vel quam ipsa representat imago inferri, & quibus dolori-
 bus & tormentis cruciari: quandoque enim acubus vel
 alijs ferris acutis perforant sibi capita, costas, femora,
 pectus, ventrem, aut aliam corporis partem, in qua cu-
 piunt exoriri infirmitatem in personam maleficiati. de
 quibus imaginibus fit mentio in sum. confes. in rit. de sortileg.
 quasi. xij. vbi dicitur, quod hi, qui faciunt dictas imagi-
 nes, dicuntur astronomi, et illas vocant astronomicas:
 quae omnia opere daemoneum habent effectum, cuius si-
 gnum euidentis est, quia in eis necesse est scribi quosdam
 characteres, qui naturaliter intelligi non possunt, & ad ni-
 hilum operantur, nisi ad opera daemoneum execranda: &
 illuc ad modicum tempus auditur persona illa propter qua
 Sortilegia & maleficia praedicta facta fuerunt, quod
 grauer dolet, & lamentatur de maximo cordis, visce-
 rum,

Daemones ut
alliciuntur.

Imaginum
execratio.

Imaginis per
sona crucia-
ta.

rum, ventris, femoris, stomachi, ac capitis dolore, di-
 cens graui quadam infirmitate repentina cruciari, qua
 nullas medicorum cognoscere, nec curare potest: & haec
 est illa, quam Sortilegus daemoneis arte malefica sibi im-
 posuit interueniente postea sortilegio formali: ut infra
 dicam: & ista est veritas, cui nec sacri canones nec sacro-
 rum Theologorum schola repugnat. ut in d. c. nec mi-
 rum. §. si auiem quilibet opponit. circa finem. vbi ad hoc spe-
 ciale quaesitum respondet S. Augustin. & fatetur quod
 daemones possunt in sanis corporibus Christiano-
 rum immittere aegritudinem mediante ministerio Sor-
 tilegi. & malefici: sed reprehendit illos qui credunt in
 eis propter periculum animae: quia, qui in illis cre-
 dunt, recedunt a fide Christiana in totum, aut dubitant
 siue vacillant in ea. argum. cap. j. extra de haereti. & dicimus
 supra tit. primo. q. ij. Non tamen tibi persuadeas quod ex sola illa ima-
 ginum obseruantia, tactu & caeremoniis absque alia fa-
 ctura & maleficio possint huiusmodi infirmitates in di-
 ctis humanis corporibus exoriri: quia hoc esset ridicu-
 lum credere: sed sicut postea venearum compositio-
 nes & conficiunt mixturas maleficij, quod praestant
 maleficiando, aut in corpore, aut extra corpus. in cor-
 pore scilicet per pulcres venearum commixtos in
 cibo: aut potu personae maleficiandae: aut per varias vo-
 cationes factas in aliqua corporis parte: qua aegritudinem
 cupiunt exoriri: extra corpus vero sicut, quando i se
 facturae siue maleficia sic in vnum composita abscon-
 duntur in lecto personae maleficiandae, super quo iaci-
 tura sit, aut sub limine ostij camerae, vel alterius o-
 stij, super quo persona ipsa maleficianda transiura sit,
 itaque pedibus calcare continger, de quibus latius infra
 dicetur in vi. q. Et istimet expresse professi peractis sacri-
 ficis huiusmodi sepe ad conuenerunt interrogare Sathana
 nam in forma idoli super altare existentem: ut futuro-
 rum, aut praeteritorum, siue praesentium oculorum
 notitiam sibi demonstrer: quae Sathanas sua idolorum

Venena per
pulueres &
mixturas.

Sathana pre-
missa.

forma illis responsa restituit de praesentibus, & prae-
teritis valde occultis & remotis, verum & certum con-
suevit praestare responsum ex quo ipse, qui est spiritus
liber, subtilis, & eleuatus, nulloque premitur pondere
carnis, sicut homo videt & expressè cognoscit om-
nia, quae sunt & facta sunt, in vniuerso orbe terrarum:
quae omnia facile homini indicare potest: sed quae fu-
tura sunt minimè, quia illa solus Deus nouit esse, veta,
prout sunt vel erunt in suo esse.

¶ Quia apud ipsum, vt dicunt Theologi, nulla
datur temporis determinatio praesentis, praeteriti,
vel futuri, quia omnia sunt illi praesentia in coelesti
speculo diuinae Majestatis: eo igitur excepto nulla
creaturarum habet certam notitiam futurorum. *vt*
latius infra dicemus: quast. 10. & habetur per Esai. 12.
cap. annunciate nobis quae futura erunt: & dicemus quod
dum estis vos, & ideo Dæmon; qui est Dei creatura,
vt habetur Gene. primo. non potest cognoscere futura
ex certa scientia: sed per quasdam coniecturas, vt
latius infra dicitur in decima questione: quotiescunque
igitur fit interrogatio de praeteritis, aut praesentibus
occultis, vel de his, quae sunt in longinquis parti-
bus redditur prompta responsio: sicut ab eo qui ha-
bet certam scientiam, vt not. in dict. capit. nec mirum.
xxvi. quast. v. & notant Canon. in capit. ij. de Sortileg. &
leg. multi. Cad. eod. titul. quotiescunque verò qua-
ritur notitia futurorum, tunc non venit tam prom-
pta responsio, sed tardior dubia & implicita: quip-
pe quia illorum in veritate ipse est ignarus, quorum
certa notitia ad solum Deum spectat, & ad illum
duntaxat, cui Deus voluit reuelare: vt habetur Esai.
in cæto quadragésimo primo capitulo: & dixi supra proxi-
mè: & habetur Act. Apostolorum. 1. capit. vbi dici-
tur, non est vestrum noscere tempora, vel momenta, quae
pater posuit in sua potestate, & per Sanctum Thomam
in secunda secunda questionis vigesima sexta articulo sexto.
dixi infra eodem questione sexta.

¶ Hi verò qui tacitam habent professionem cum
Dæmone, licet ipsi quoque sua execrantur maleficia
Dæmonis ministerio & sulfragio, & corpora sancta

ad huiusmodi languoribus sanant, nihilominus non
habent eandem vim & potestatem: sicut hi qui sunt
expressè professi & sunt respectu illorum (vt ita dixe-
rim) tanquam fratres nouiti, aut status tertij ordi-
nis respectu professorum, cum ipsi tam in eorum pro-
fessionibus, quam in cultu imitantur diuinum, &
mores nostrae religionis secundum diuersitatem pro-
fessionis, & caeremoniarum: omnia tamen ad eun-
dem effectum tendentia: *vt dixi textus. capit. excom-*
municatis: et secundo in princip. extra de heret. vbi
dicitur facies quidem habentes diuersas, caudas verò
ad inuicem colligatas, &c.

¶ Inter quos non omitam illos qui arte huius-
modi iactant se posse inuenire thesauros in locis val-
de remotis & subterraneis absconditos, & quandoque
inducunt homines ad talem insaniam, vt foueas
quam in gentes conficiant pro inueniendis thesauris
huiusmodi: & ista videtur mihi, quod sit vna ex tur-
pioribus illusionibus; quas Dæmon homini faciat:
quia in rei veritate nunquam legi, vidi, nec audi-
ui, quemquam ex Nectromanticis, Magicis, aut Sor-
tilegis huiusmodi aliquos vnquam inuenisse thesau-
ros: aut alias aurum vel argentum: sed quamplures
vidi huic operi incumbentes, qui mirabiliter conati
sunt velle experiri: post multos labores & Diabolicas
obseruantias demùm nihil viderunt, nec inueniunt
nisi terram: & ratio est, quia Deus non permittit, nec
vult Dæmonem posse thesaurizare: quia alias seque-
retur, quod isti Magici, Nectromantici, ac ceteri dia-
bolicæ fidei professores essent cæteris Christi fide-
libus ditiores, ac prestantiores, & quamplures re-
perirentur ex ipsis Christi fidelibus, qui animo ditanti
prosequerentur illos, nec corarent Christianam
ipsam poltergare fidem, vt magno thesauro a-
bundarent & venerarentur ab omnibus.

¶ Quinimò videmus hodie totum oppositum,
quod isti Sortilegi, Magici, Nectromantici &
similes sunt cæteris Christi fidelibus pauperio-
res, sordidiores, viliores, & contempnibiliores

Sortilegi &
ceteri iustro-
di reliquis sūt
pauperiores.

in hoc mundo Deo permittente calamitosam vitam
 communiter peragunt, Deum verum infelici morte
 perdidit, & aeterni ignis incendio cruciantur: *ut in capit.
 firmissime extra de haer. c. 26. quast. 5. nec mirum: & c.*
 qua Daemon arguta illos decipit eadem & similibus
 promissionibus ipsi nos decipere student, sed non ca-
 piunt nisi aliquos qui sunt simplicis cognitionis: & ca-
 rent intellectu & ratione: vel qui sunt nimium cre-
 duli & curiosi, qui aviditate quadam impudenter aspe-
 runt scire ea; quae nulla ratione aut honesta causa com-
 peti sibi inuestigare *d. cap. nec mirum §. auguria. ver. pa-
 tentis.*

*Auguria De-
 monum &
 Sortilegorum
 est eadem.*

¶ Sed quare nunc, an astrologi, chiromantici, & simi-
 les, qui ex signis caelestibus & aetrorum cursibus futuri
 praedicunt incidunt in peccatum & videtur dicendum
 quod sic, quia istorum noticia ad solum Deum creato-
 rem pertinet *ut supra proxime diximus & habetur Es. 47.
 cap. annunciate nobis c. Tu dic aut isti Astrologi, &*
alii praenominati volunt futura ipsa praedicere ex certa
scientia & non licet eis, quia signa illa caelestia sunt
signa rerum, non causa rerum, scilicet causa finales de-
licet inclinent naturam humanam ad aliquid facien-
dum non coarctant, nec imponunt necessitatem, alio-
modo esset in nobis liberi arbitrij potestas a Deo tribu-
ta si cogere mur contra voluntatem nostram peccare
ut dicit sanctus Thomas in secunda secunda. quast. 26. ar-
ticul. 6. c. not. per. Abb. in cap. 2. de sortileg. aut praedicunt
illa per modum demonstrationis seu inclinationis
& bene dicunt dummodo non demonstrent necessita-
tem praecisam, neque causativam in eo quod ratione li-
beri arbitrij prudenter homo evitare potest: ut dicit, &
istis modo non peccant nunciando.

*Praedictiones
 ex demonstra-
 tione.*

*Chiromantia
 an cum pec-
 cato exercen-*

¶ Iterum quaeri potest, quid de chiromantia, quae est
 divinatio quadam, quae fit per lineamenta manus: an li-
 ceat fieri sine peccato vel sine poena: dic quod eo-
 dem modo aut quis narrat praeterita, quae evenerunt
 illi, cuius manus intuetur, & non est peccatum, nec
 prohibita: aut, quis praedicat futura: & isto casu
 fit eadem distinctio, *de qua supra:* aut quis vult praedi-
 dicere necessitative & certo modo, aut inclinative

mo casu divinatio ipsa sapit haerem per ea, quae supra
 proxime diximus. secundo vero casu non sapit haerem, nec
 meretur poenam quae illa praedicat: quia vaticinium illius
 chiromantiae fit ut plurimum per regulas astrologiae:
 ut not. isti summistae, maxime Ioan. *lec. in summa confess.
 solum titulo. q. secunda c. tercia c. quinta. & S. Thom. d.
 dist. 9. §. articulo. xv.* aut nos loquimur de secunda specie,
 quae dicitur amatoria: & haec Sortilegia fieri possunt per
 utrunque professum scilicet tacite & expressae professio-
 nis, sicut alia divinatoria.

¶ Sed adverte, quod haec Sortilegia, & ea quae se-
 quantur tertia specie fieri possunt dupliciter, & in cor-
 pore, & extra corpus personae maleficiandae. *ut l. corum:
 in prin. c. l. multi. C. eodem titu. c. l. si quis aliquid. §. qui
 abortionis. ff. de poen. c. l. ij. §. hac adiectio. ff. ad le. cor. de sic.
 c. habetur in d. c. nec mirum. §. nullum suffragium. in ver-
 sed hoc quosdam fallit & c. in corpore enim fieri dicuntur per
 cibum vel potum regulariter ut d. §. qui abortionis. c. §. h.
 hac adiectio. extra corpus autem, hoc est extra intestina
 sunt per aliquas mixturas compositas ex herbarum fo-
 lliis vel radicibus, metallis, reptilibus terrae, avium plu-
 mis, vel membris, seu intestinis earundem avium, avima-
 lum, vel piscium, aliarumque similibus rerum natura-
 lum: illaque quandoque consuunt in chlamyde personae
 maleficiandae ad amorem, vel sub capite lecti super quo
 persona ipsa dormit abscondunt, aut sub lumine ostij
 camerae, aut alterius super quo ipse maleficiandus vit
 aut mulier transierat sit. Quidam solent apponere ima-
 ginem cereae iuxta ignem ardentem completis sacrificiis,
 de quibus supra & adhibere quasdam preces nepharias, &
 turpia verba, ut quemadmodum imago illa igne confu-
 mitur & liquefit, eodem modo cor mulieris amoris ex-
 lore talis viri feruenter ardeat & c. In istis etiam Sortile-
 gijs ad amorem ut plurimum admiscerentur sacramenta
 Ecclesiarum, sicut est hostia consecrata: *ut not. gloss. in c.
 accusatus. §. si de de haer. lib. vi.* vel nondum sacrata sed
 circumscripta notis & literis sanguineis super qua dici
 curant quandoque unam, duas, tres, quinque pluresve
 millas, quibus celebratis tradunt hostiam ipsam non*

*Imagines cereae
 igni admota
 ad amorem.*

*Sortilegijs a-
 matorijs quae
 immiscerantur*

inte

integram prout est : sed in pulverem redactam valde subtiliter personæ maleficiandæ, quam assumere faciunt in cibo: sicut in pulmento, vel in potu: eodem modo faciunt cum calamita immixta aliis speciebus & tradita *ut supra*, in cibo vel potu personæ maleficiandæ, ex quo dicunt illam esse naturæ attractivæ, & quod potentia & voluntatem absorbentis attrahere ad amorem personæ tradentis: sed omnes sunt nugæ, & dæmonis fallaciæ quæ raro vel nunquam fortiantur effectum stante liberi arbitrii potestate, mirum quid esset, quod malter casta & honesta violenter traheretur ad peccandum & amandum illum, quem natura ipsa suæ conditionis non patitur, quia nemo, *ut supra proxime dixi*, inuitus compellitur ad peccandum, nisi qui curiosè & sponte accedit ad peccatum. *id. e. nec mirum. §. auguria. ver. his ergo portenti. non negatur tamen quod Dæmon astutia & sollicitudine sua non possit tam graviter, & sollicitè mulierem ipsam tentare & illi persuadere, adeo quod incidat in peccatum, & incipiat amare virum illum, quem prius nunquam noverat.*

§ Et idè dixerunt quidam magni Theologi, quod si aliquis maleficiatus, aut maleficiata reperitus qui devenit ad effectus, ad quos tendunt maleficia prædicta, id profectò non provenit virtute, & potentia maleficij, vel Sortilegij, rationibus prædictis, propter liberi arbitrii potestatem, sed deuenit virtute diabolice tentationis, qua Dæmon, ut credentium animas facilius decipiat, ita quod firmiter credant quod illa Sortilegia faciant miracula & vera sint eorum opera. Atque met adeo vehementer sollicitè infestat mulierem ipsam tentationibus & persuasionibus die nocteque adeo, quod nunquam sinit ipsum vel ipsam aliquo momento quiescere, nec in somnis, nec in vigilia, ad quod multoties accedente maxime opera, & ministerio extrinseco Sortilegij, qui extrinsecus cooperatur, & literis amatoris, & precibus pollicitationibusque verbalibus: adeo quod fragilis sexus sæpe illa queatur, & cadit in peccatum, & hoc non provenit virtute, & potentia Sortilegij.

sed dæmonis tentationibus, & opera hominis extrinsecus cooperantis: *ut dixi*, qui insectantur mulierem ipsam tanquam venatores feram, aut aucupatores avem, & necesse est, quod post aliquod bellum reddat se victam in manibus hostis, & cedat propter suam debilem naturam, & imbecilles vires quas habet ad resistendum diabolo, imò per quam facilis est, credula, & quæ nova sunt tam bona quam mala libenter appetit: *ut not. Gen. ij. & c. forus. de verb. signi. nec dici potest hoc violenter fieri, sed sponte, quia mulier ipsa sponte incipit incallescere in amorem illius viri & voluntariè illum desiderat; & hoc evenit ex natura sua, & voluntate, violentia Sortilegiorum & hæc est facilior via ad seducendum pudicos animos ad libidinem, quam alia: & maxime si quando hæc tentatio fit, mittuntur nunciij, Epistolæ amatoris, & similia ad mulierem his vel similibus modis videntur facilius flecti, quam vi ipsius malefici.*

Mulier facilis est & credula.

§ Et nota ynum valde singulare quod Sathanas videns seminis potentem in hac specie Sortilegiorum amatoria: in qua non potest hominem inuitum trahere ad amandum, sicut in tertia specie, in qua etiam viro vel muliere inuita in eius corpore agnitudines intromittit, *ut infra latius dicemus in specie illa, & habetur in d. cap. nec mirum: circa fixem in versicu. sed hoc quosdam fallit. &c.*

§ Effectus enim illius Sortilegij requirit puram & liberam voluntatem.

Effectus Sortilegij.

§ Quia nemo amat inuitus, & licet isti vulgares fatentur soleant se inuitos amare, & propter poculum assumptum compelli ad amandum, hoc est falsissimum si volumus intelligere de necessitate præcisa, ut compellatur homo ratione & voluntate, quia hoc non permittit Deus, ne tollatur liberi arbitrii potestas, quam habet homo. Si tu diceres, compellitur homo persuasionibus dæmonis, tunc dico quod non compellitur in ratione, sed in concupiscentia carnis, quia debilis est, & admodum fragilis naturâ suâ: atque nisi fortiter

§ deli

Nemo inuitus peccat.

Effectus maleficiorum invidie virtutem habentis.

*Sacra male-
ficiis tantum
miserantur ad
amorem.*

& deliberatè resistat vel fugiat incidit in laqueum, *ut la-
vidis infra dicam in hac q.* & haecenus nunquam vidi, nec
legi potest maleficiorum ordinationibus, siue potius
machinationibus ab istis maleficis facta misceri, nisi in
in his quæ sunt ad amorem & in hac specie.

In hoc bis aut ter habui in facto sortilegos, qui hinc
fortilegio siue maleficio incumbentes, hostiam com-
miscuerant, vnam videlicet clericum religiosum, qui
hostiam ipsam sacratissimam accipiebat, cuius partem
ipse sceleratissimus, qui cupiebat amari assumpserat
dicendo quaedam verba satis turpia atque nephanda,
quæ hic referre non expedit: reliquam verò partem ho-
stia miserat ad ipsam mulierem, non in forma hostia,
sed minutatim contritam aut in puluerem redactam
sumendam in cibo aut potu,

*Hostia sacra-
ta abusus ad
amores.*

¶ Iterum habui alium, qui hostiam ipsam nondum
sacratam acceperat: & super illa circum circa cuius san-
guine annularis digiti nonnulla verba satis turpia des-
cripserat: deinde ipsam hostiam super altari imposuerat,
hoc est super nudo lapide sacro, sub linteamine ta-
men altaris absconditam, & à quodam sacerdote rotun-
dæ conscientia super illa quinque missas celebrari fecerat
certis orationibus ad eius propositum superaddi-
tis: deinde hostiam ipsam sumpsit, quæ tamen non

*Hostia conse-
crata in pul-
uerem redac-
ta ad quid.*

erat expressè consecrata, cuius partem pro se assumpse-
rat: alteram verò partem personæ maleficiandæ tradi-
derat redactam in puluerem: *ut proxime dixi*, asserentes
vterque ipsorum, qui hostiam ipsam assumpserat, indil-
solubili amoris vinculo ad inuicem colligari, nihilomi-
nùs nullum effectum apparentem vidi nec percepi.

¶ Nec sunt adhuc anni duo elapsi, quòd alium simi-
lem casum audiui Romæ accidisse de quadam impudi-
ca muliere, in cuius cophinis repertæ fuere duæ hostia,
super quibus ambabus erant descripta verba quaedam
sanguinea &c. quas ipsa tenebat (ut asseruit) ad effectum
tradendi cuidam alteri mulieri, ad instantiam viri qui
eiusdem mulieris amorem concupiscebat.

¶ Alius quoque nondum est annus elapsus quòd duæ
impudicæ mulieres Romæ quas vidi & audiui ab ex-
cellentissimo viro Reuerendo Domino locum tenente

Reueren-

Reuerend. D. Vicarij Papæ: qui illas captiuas habuerat
& examinauerat, quæ acceperant oleum baptismatis quo
inunxerant sibi labia dicentes hæc verba: *ides abrenuncio*
tibi: & cum labijs illis sic munctis deosculatæ fuerant vi-
ros quosdam causa captandi amorem ab ipsis (ut ipse
asserebant) nihilominus demum omne experimentum
fallax & suorum excessuum condignas vidi luere pœ-
nas.

¶ Aliud exemplum à triennio & citra in eadem vbe
contigerat, quòd quædam turpissima mulier acceperat
particulam cutis illius, quæ infans indutus egredietur de
vtero matris quàm primum venit in lucem, illamque si-
militer, super nudo lapide sacro læuerat, & super illa
plures missas numero quinque celebrari fecerat, cuius
que prædictam post modum assumpserat, & baptizauit
sub nomine personæ maleficiandæ cum aqua baptis-
matis & ceremoniis consuetis: deinde eandem in præ-
terem redegit ad effectum tradendi personæ malefician-
dæ: tamè interim captâ fuit, nec perficere potuit sortile-
gium: sed congruas sceleris sui luit pœnas.

*Cutis infan-
tis ad sortile-
gia.*

¶ Redeundo igitur ad propositum dico, quòd isti sor-
tilegijs plus requirunt remedia sacramentorum Ecce-
lasticorum in istis sortilegijs amatorijs, videntes for-
san quòd Diaboli auxilium non est sibi satis, putantes se-
cundum Dæmonis persuasiones, quòd sacramenta hu-
iusmodi summo opere commoueant animos hominum ad
amandum terrena & illorum concupiscentias naturales:
sed in hoc iudicio meo summo opere decipiuntur putan-
tes tantum immensum Euchariæ sacramentum mûn-
davis lasciuji, & peccatis præstare suffragium.

*Sortilegi ama-
torijs adhibet
sacramenta.*

¶ Quia in sacrificiis nullum aliud est maius, per quòd
omnia tolluntur peccata & anima Christiani per ipsum
vniatur Deo. *de conse. dist. ij. cum omne crimen. & cap. ni-
hil in sacrificijs. & in Clemen. j. de reliq. & ve. sanct. & ibi
not. d. Cardin. & similiter cetera sacramenta, quæ ad ex-
clusionem spiritus maligni & purificandum animam à
peccatis, & ad confirmandum vniorem fidei Christianæ
adiuueata fuerunt, prout est oleum sanctum baptismatis,
crismatis, & extremæ vnctionis. j. q. j. de m. a. h. & c. sumis-
sime de her. & de consecra. dist. xv. in prin. & eadem dist. cap.*

pr. by

presbyteri. e. nullus ministrorum. & ceteri supra titu. i. in ij. in princi. fatuum esset dicere quod istos contrarios effectus operarentur. Sed ego credo quod Sathanas sub hac specie vehementer decipit istos Sortilegos, persuadendo illis, quod istorum sacramentorum abusus parit mirabiles effectus, quod ad amorem: seu hoc ipse facit in vilipendium Christianæ fidei, & ut grauius offendar diuinam maiestatem: quinimò quandoque reperitur quidam sacerdotes qui sunt adeo proterua & reproba conscientie: qui audent in ipso sacrificio missæ scienter dicere nonnullas prauas orationes, & nepharias preces, & maleficiandam personam nominare: & apprehensis Sortilegiis super altari manibus propriis illa immolari Deo non verentur, exorantes quod suscipiantur exaudiendæ preces, ut illum ad quem destinata sunt sortiantur effectum: ex quibus apparet quod Sathanas adeo subtiliter operatur quod ad hominibus & sacerdotibus Dei ministris apud altare sacratum cultum adorationis extorquet, in maximum dedecus Ecclesiæ & diuinæ maiestatis illos decipit prout vidimus. s. proxime de Thesauris.

Cutis virginea.

Membrana virginea formata.

Dæmonum aduocatio quomodo fiat.

¶ Quidam alij capiunt cutim virginem aut infantis, de quo supra diximus: aut alterius quadrupedis nondum nati, hoc est quando nascitur abortiuum, quam redigunt in membranam, quam appellant chartam virginem, & tenent quandoque in forma quadrata, quandoque vero in forma rotunda sicut hostia vel parum uinum, & super illis describunt aut scribere faciunt verba incantatiua & conuratiua spirituum, quibus immiscent certos characteres & signa quædam extranea, quibus dæmonum inuocatio continetur: ut latius j. dicitur. q. viij.

¶ Qui dæmones magicis artibus aduocati, mediantribus istis Sortilegiis, characteribus, & signis coacti adueniunt, certis temporibus obseruatis, & determinatis carminibus, ritibus, & imaginibus consecratis vel potius execratis ut dicit sanctus Thom. in trac. qq. prima part. q. ij. ver. nonum. in titu. de miracu. vbi etiam dicit quod per ista vel similia nomina de nones vocati coguntur venire si magus illos aduocat: & licet insint, & appareant aliqua nomina dei, nihilominus illorum signis, & vident effectus

effectus semper tendit ad istud: sed ideo illa Dei nomina apponunt, ut facilius legentes decipiantur, & credant per illorum nominum expressionem rem ipsam sanctam atque deuotam esse. Et ex istis quamplurimas vidi & abstuli de manibus maleficorum: & inter alia sæpius vidi ista verba inserta. *agios otheos: agios ischpros: agios athanasios: hoc est Deus sanctus: Deus fortis: Deus immortalis: &*

¶ Clarum est, quod hoc nomen *Atharon* est nomen Sathanæ, siue Beelzebub. ut not. ij. Regum, dum Elias diuino numine inspiratus reprehendit Ochoziam Regem, qui derelicto diuino cultu Deos extraneos adorabat, dicens. *Nunquid non est vobis Deus vester Deus israel: et ceteris ad consulendam Beelzebub, Deum Atharon: de lecto quem ascendisti non resurges &c.* Quidam alij admiscunt in istis sortilegiis amatoriis partem aliquam chlamydis, aut camisæ filum, si habere possunt personæ maleficiandæ & cum illis & aliis mixturis componunt, facturas eas: quidam vero capiunt auium aut brutorum intestina vel membra, seu aliam corporis vel membri particulam, prout quidam cepere iecur vulpisi, oculos lupi aut illius caput: cor cerui: noctuæ intestina, aut bubonis: linguam milui, aut philomenæ, & similia.

¶ Nec putes, quod sola istarum rerum mixtura sufficiat ad cauendum prædictos amoris effectus, nisi adessent verba diabolica exorcizantia, & Sortilegi mens & intentio, prædicta omnia Sathanæ uouentis & veluti sacrificia immolantis ad huiusmodi turpes effectus: quæ admodum enim per verum sacerdotem immolatur hostia, quæ Deo creatori cum deuotione offertur: ita per istos maleficos & Sortilegas verum diuinum cultum imitantes violantésque hæc eorum reproba sacrificia immolantur, quibus oblati & emisissis precibus statim efficiuntur à Dæmone consecrata seu potius execrata, per not. in d. c. nec mirum. §. sed hoc quosdam &c. & sanctus Augusti. in lib. x. & xxi. de ciuit. Dei idem testatur: vide. S. Thom. in trac. qq. dis. q. x. vers. nouum prima part. in tit. de mira. & in ver. respondeo in fine. alioquin sequeretur, quod quilibet alius Christianus extra illorum professionem, si haberet notitiam illorum verborum posset eadem conficere Sortilegia, & eodem effectus concii-

Ochozias rex increpatur.

Sortilegiorum mixtura.

Consecratio seu execratio facta à Dæmone.

per, quod non est dicendum per ea quae supra dicta sunt: & per ea quae habentur in d. c. nec mirum, §. necromantici, ver. ad haec omnia.

Sortileg. species malef.

¶ Tertia succedit species Sortilegiorum quae malefica dicitur, & merito: nam est illa nullum bonum, sed omnia mala proueniunt, diuersae ægritudines. ex ipsis Sortilegiis in humanis, aut brutorum corporibus exoriuntur: & mors quandoque succedit citius vel tardius secundum venenorum atrocitatem, aut leuitatem: & ista similiter dupliciter sunt: aut in corpore, aut extra corpus sicut amatoria: excepto quod sunt diuersae compositiones. scilicet ex diuersis speciebus & mixturis: quia in specie illa praecedenti ut plurimum interueniunt res dulces calidae & amarae, humanae naturae placabiles, coadiuantes naturalem calorem & potentiam luxuriandi, & ideo lex appellat illa bona, vel non mala venena: quae non sunt facta hominis necandi causa: ut l. ij. §. hac adiectio ff. ad leg. corn. de sicar. In hac verò vltima specie, quae dicitur malefica, & propter odium vel indignationem, ut plurimum fit ad vindictam & vltionem alicuius iniuriam: sunt diuersa, immo contraria sortilegia & maleficia, in quibus mala venena. scilicet ea, quae facta sunt hominis necandi causa, ut plurimum commiscentur quandoque plus, quoad minus, secundum quod isti malefici grauiorem vel leuiorem quærunt interre iacturam: & ista pocula venefica sunt communiter frigida, amara & noxia, & naturae humanae hominumque saluti contraria. ut dicitur lex in l. §. si excepta. & l. si in pri. C. eo. tit. de malof.

Et ideo lex appellat ista mala venena, & non solum puniuntur ille, qui ipsa potanda tradit: verum etiam qui illa conficit, seu componit, tenet, & vendit. d. l. ij. §. hac adiectio. ex his enim variae ac diuersae proueniunt in humanis aut brutorum corporibus infirmitates & ægritudines insanabiles exoriuntur. scilicet febris, tussis phthisis, phrenesis, dementia, dilucida interualla, intestinorum corrosio, cordis dolor intensus, vel capitis, ventris mugitus, morbus fonticus, membri debilitatio, nerui alicuius attractio, vel alia similis calamitas, ex qua corpus paulatim consumitur & absque remedio medicorum tendit ad necem. Quandoque vero introducitur

Impressio autem
missio.

ducitur virilis membri languedo, & debilitas renum in viro: in muliere verò vuluæ arctatio aut matricis frigiditas & indignatio talis, ex qua vir redditur omnino impotens ad generandum: mulier verò incapax & vndique reprobata ad recipiendum sperma in coitu & ad concipiendum: ita quod redditur inutilis pro matrimonio: & fit quandoque separatio non dico thori, sed ipsius matrimonij: & datur facultas iterum nubendi illis qui petunt dissolutionem: & ego vidi semel in facto casum huiusmodi vbi mulier conquerebatur de viri impotentia, quae ex maleficio huiusmodi prouenerat, quae durauerat per triennium, prout iura requirunt, adhibita postea septima manu propinquorum fuit facta dissolutio matrimonij, secundum quod habetur in x. c. litera. de frig. & malef. & nos. doc. in c. fraternitatis eo. tit. quas compositiones & mixturas isti malefici ex pluribus speciebus venenorum componunt, quaedam ex herbarum foliis, festucis, aut radicibus, piscibus, animalibus, aut reptilibus venenosis, lapidibus, atque metallis. vide. S. Thomam in trac. qq. & x. prima partis in tit. de miracu. ver. sextu. quorum tamen quaedam in liquoribus, quaedam verò in pulueribus resoluta tenent: & cum ipsis sortilegia sua fabricare student. Quidam verò sunt, qui sola verborum potentia hominem, aut brutum interimunt, aut ægotare permittunt, & alia quaedam miranda faciunt: ut habetur in c. igitur genus. xxvi. q. iij. & diximus supra hac q. in prin. & tetigi infra eo. q. seq. quae omnia daemone instructione & doctrina nouerunt ei, haec sunt in veritate, quae reddunt humana corpora languentia vel moribunda saepe, licet in ipsorum maleficiorum sine facturarum resolutionibus species & materiae quaedam multum extraneae appareat, prout alias vidi pluries, quod praedicti maleficiati, postquam habuerunt remedium liberationis saepius ex pectore projiciunt, aut ex ore enomunt, vel interius per secessum emittunt acus, capillos, ferramenta, clauos, plumas, sulphur, lapides, & res demum tales quas impossibile erat dictum maleficiatum potuisse comedere; non solum integras, sed nec fractas, vel minutim in frustra concisas vnde videtur quid mirandum: sed dicere (ut quidam dicunt)

Verborum potentia malefica.

Languores masculiati.

Vomitibus masculiati.

quod Sathanas ad maiorem hominū deceptionem facit apparere dictas extraneas species in resolutione facturæ ut res magis miranda videatur quandoquidem inspicitur, & considerantur ea esse talis naturæ, formæ & qualitatis, quod impossibile erat illa potuisse ingredi in corpore maleficali per aliquam partem naturam: sed in rei veritate non sunt veræ species naturales: & quod sit verum apparet: quia illa emittuntur per vomitum: vel sterces & sic inter illas materias liquidas apparent à principio cum primum exeunt de corpore: sed si seruatæ materias illos biduo, triduo, aut quinque dierum spacio, prout alias ego studiosè seruari feci, videres omnia ea liquefacta penitus, & ipsarum formas penitus totas. quod si naturalia essent profectò in sua priori siue primæua forma remanerent, nec possent per aliquos liquores aut humiditates corrumpi, maximè ferrum & lapides propter eius naturalem duritiem, ut manifestum est omnibus.

Quidam alij dixerunt, quod Dæmones ut res miranda videatur tunc temporis, quando maleficiatus prouocat ad vomitum, vel ad opus ventris velocissimè & inuisibiliter afferunt ibi species illas siue materias de quibus supra veras & naturales quas aliunde acceperant & attulerant ibi. Sed nota, quod licet Dæmon sua potentia naturali hoc facere posset & tam dextro modo illas inferere in vomitum, vel stercore maleficiati quod vultus hominum aduenteret: tamen prior opinio mihi magis placet, quod sint apparentes species sub illis formis non naturales: quod sit verum apparet ratione prædicta: quia communiter non durant sub illa forma, sed breui tempore soluantur in illis liquoribus, cum quibus mixta aduenerant: prout ego pluries vidi, & manibus propriis terigi quæ à principio, ut dixi, apparebant veræ & naturales & retinebant in se nescio quid duri, tamen breui tempore (ut prædixi) resoluantur & pereunt.

Quandoque verò istæ mulieres maleficæ siue malefici media nocte ingrediuntur thalamum personæ maleficiandæ (in quibus quomodo & qualiter ingredi possunt maximè quædo ostia & fenestræ sunt omnia clausa & fortissimis ferris, & clauibus conclusa, dicitur infra

Clauis, lapides, aut quæ. Euenit an sint species naturales.

Maleficia quomodo ingrediuntur cubicula clausa.

na. q. viij.) & maleficiandum ipsum, siue masculus sit, siue femina dormientem suis liquoribus, aquis, oleis, aut pinguedine, siue aliis similibus vnctionibus plura & diuersa venena continentibus inungunt quandoque femora, quandoque autem ventrem, aut caput, guttur, pettus, vel costas, seu aliam partem corporis personæ maleficiandæ, quæ sit dormiens nihil sentit: & est tanta vis & potentia illius vnctionis, quod paulatim durante calore ipsius dormientis ingreditur in os carnes, & vadit ad penetralia cordis & viscerum maleficiati: vnde paulò post causantur ingentes dolores in corpore maleficiati, cum primum scilicet maleficium vel factura (ut dicunt) tangit intestina maleficiati, illuc succedunt maximi vultus & lamentationes quàm crebræ: & hoc vno modo Sorilegia venefica sunt in corpore, quia maleficiam siue factura tangit intestina. Alio modo sunt similiter in corpore per cibum, aut potum, quia illa eorum venena, & maleficas mixturas, in puluerem ut plurimum redactas, in vino vel ferculis intromiscunt, & isto modo tradunt mala fercula & pestiferos potus ignaris, & his, qui bona fide eum eis comedunt vel bibunt: & ideo consulo omnibus, ut quàm maximè præcaueant ne comedant vel bibant cum his, qui dicuntur malefici, aut cum mulieribus maleficis: sed fugiant eorum vel earum conuersationem: & merito constituit Imperator, quod istorum conuersationem & amicitiam, quamuis vetus sit, vnusquisque omnino fugiat. l. nullus. C. de mal. & math. quia sunt inimici humani generis & hostes communis salutis. ut dicit rex. in l. & si excepta. in prin. & l. si. C. eq. tit. semperque student inferre aliqua mala in humanis corporibus, vel in bonis, & hoc faciunt Dæmone instigante, ut semper operantur malum contra aliquem ex Christi fidelibus: & necesse est quod hoc faciant imperante Sathana, postquam illius imperio se subiecerunt & promiserunt obedientiam. ut latius diximus supra. ea. q. in prin. in secunda specie.

¶ Alio modo sunt hæc maleficia scilicet extra corpus, quod est, quando isti malefici abscondunt in capite lecti, vel in alia parte super qua maleficiandus iacere debet ipsa venefica sorilegia, aut sablimi-

Vnctiones venefica dormientes in thalamo maleficiandis ista.

Conuersatio maleficarum fugienda.

Maleficia extra corpus.

Maleficium in
limine ostij
vel sub pului-
no lecti ali-
quando reco-
duntur.

ne ostij camere abscondant eadem, dummodo persona maleficienda super illis transitura sit, & illa pedibus calcare contingat: quia statim facta calcatione quando sunt in limine, vel facta iacencia corporis quando sunt in lecto, factura ipsa sortitur effectum, & recipiunt quandoque certa venena adeo atrocia & furibunda, quibus pedibus calcatis statim perit qui illa calcauerit: quaedam alia sunt, quae non statim occidunt, sed spacio duorum trium, vel octo, aut x. dierum plus vel minus, secundum quod voluerint ipsi malefici: quia sciunt illa temperate prout ex pluribus confessionibus reorum istius criminis accepi, qui similiter facti sunt ex quibus rebus conficiuntur & qualiter fiat illorum temperatio & quem effectum operantur singula, quae hic referre non licet: sufficiat tibi scire, quod haec fieri possunt arte & industria Daemonis ex rebus naturalibus ministerio & opera sortilegi, interueniente, ut fateretur Sanctus Augustinus in lib. x. de Ciuit. Dei. & habetur xxvj. q. v. c. nec mirum. circa finem, & l. multi. & l. eorum. in principio. cum pluribus alijs legibus, Cod. eodem titulo.

Et nota vnum, quod in omnibus Sortilegijs cuiuscunque sunt speciei semper interueniunt verba quaedam malefica, opus illud quodcumque sit Daemoni consecranda, & eius auxilium ad id faciendum, siue potius machinandum inuocantia.

¶ Concludo igitur in hac materia, quod in quolibet Sortilegio tria concurrere debent, persona malefica, scilicet professa, verba consecratiua, & materia consecrata, & ad illum effectum composita: excepto maleficio incantatoris quod verbis tantum perficitur: ut habetur xxvj. q. v. igitur genus. & v. q. nec mirum, & supra diximus hac ea. q. in prin.

CAP.

- 1 Sortilegia quibus in locis vel temporibus fabricari soleant.
- 2 Lucem odit & fugit qui male agere intendit.
- 3 Christus luci comparatur, quia veritas est.



VARTO quæro † quibus locis & temporibus hæc Sortilegia fabricantur: & vbi ipsi Sortilegi & alij similes conuenire solent. Respond. quod vt plurimum in locis syluestribus, occultis, subterraneis; & ab hominum conuersatione remotis, & peregrinis, ruinosis, atque desertis, & semper de nocte fiunt: vt nos. in cap. Episcopi. xxvj. q. 5. Ratio potest esse duplex. prima, quia Daemon post casum ex paradiso effectus fuit obscurus, & tenebrosus, vt concludunt communiter Theologi & maxime. S. Thom. in Tract. qq. q. xxvj. art. j. & vj. in sit. de demon. consequens est, quod omnia opera quæ ipse facit fiant in obscuro & tenebroso loco, & tempore, eò maxime etiam quia opera ipsa sunt peccata, quæ communiter dicuntur nigra & opposita luci veritatis, virtutis, & iustitiæ, merito conficienda sunt tempore nigro & obscuro: quia dici solet communiter quod † qui male agit odit lucem. xxvij. q. 9. perniciosam & de penit. dist. x. item si ante. † Lux enim veritatis illa, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quod est Christus. vt habetur Io. 1. 3. & 8. c. & l. inter claras. in prin. C. de sum. trini. & est lux interna, quæ clarificat animam & intellectum hominis de conse. d. xv. in prin. Sathanas. n. virtutib. bonis operibus, & veritati. quantum potest. aduersatur, ex quo ipse mendax est & tenebrosus: vt sup. diximus, nimirum si loca sordida, obscura, & tenebrosa sibi elegit ad similitudinem sui: vt no. Io. iij. c. & lxxxj. d. valent interdum. Secunda redditur ratio, quare potius de nocte, quam de die hæc opera fiunt: quia si de die fierent possent videri ab aliquo & facilius discoperirentur eorum maleficia, & deuenirent ad notitiam curiæ, & iustitiæ, ac proinde facilius caperentur.

Demonis opus
facit obscurus

puerenturque. ne igitur tam facile detegantur, & impediatur eorum opera fieri, & sacrificia celebrari faciunt de nocte in locis predictis, ut à nemine habeant impedimentum, per ea quæ supra dicta sunt. & no. in d. ca. Episcopi. xxvj. q. v. & nec mirum. ea. q.

CAP. V.

SUMMARIUM.

1. Sorilegi quibus rebus, mixturis, et instrumentis communiter utantur.
2. Sorilegius, per tacita professionis homines exercet, quæ soleant instrumenta concurrere.
3. Sorilegii amatori instrumenta quæ esse soleant.
4. Tentationi Diabolica nemo resistere potest absque gratia divina.
5. Diabolus summo opere abhorret signum sanctæ Crucis, & insignia Dominica passionis.
6. Diabolus duas manus habuisse dicitur: unam attrahentem, alteram compellentem.
7. Memoria passionis Christi expellit Diabolum.
8. Muliebris sexus fragilis & ad malum labilis est.
9. Sorilegum veneficum quibus instrumentis exercetur.
10. Venena mala quæ dicantur.
11. Venena non mala quæ, et quare dicantur.
12. Imagines an in sorilegijs aliquid operentur.

QUINTO. quæro quibus rebus, mixturis & instrumentis utuntur isti sorilegi ad hæc sua sorilegia fabricandum? Respond. quòd variis atque diversis, quorum pars maior declarata fuit supra. cod. q. ij. nihilominus ad maiorem expressionem: quia materia ista non est minus confusa quàm diffusa, dicam

eam aliqua vltra ea quæ ibi dixi:

¶ Aut loquimur de prima specie, quæ est diuinativa, in qua quandoque versantur sorilegi qui sunt professionis explicitæ: aliquando hi, qui tacita sunt professionis.

¶ Primo casu, dic quòd quotiescunque sunt in celebratione sacrificiorum omnibus fere & eisdem instrumentis utuntur ad sacrificandum quibus utuntur nostri sacerdotes Christianæ religionis, & cum illa reuerentia cultum Dæmonis sub idolorum forma celebrare solent, & offerre preces, quibus veri sacerdotes Christianæ religionis verum diuinum cultum venerantur, ut not. lo. in sum. confess. in tit. de sorileg. c. j. & 2. & not. in c. nec mirum. 26. quest. 5. & in cap. contra idolorum. 26. quest. 4. ibid. dict. Archid. Gemin. & alij, ubi expressa sūt & not.

¶ *Sortilegiorum* mentio de istis sacrificiis: in locis enim quæ supra proxime diximus, quæ ipsi retinent loco templorum, solent sacros construere & super eisdem ponere idola & alias diuersas imagines; quibus in istis sacrificiis & precibus offerre solent thura & alias diuersas fumigationes: deferunt etiam tunicas quasdam loco catinæ, cotæ, tunicæ, planetæ, vel pivialis, & cum illis celebrant sacrificia, habentque inter ipsos quosdam qui melius cereris sunt depositi ad illas ceremonias exercendum, quos illi præponunt & appellant sacerdotes, sicut apud veteres dicebantur sacerdotes Cybelis, sacerdotes Apollinis & similes: & nunc idem oblectant ludæi inter se. isti enim sunt, qui sacrificia ipsa manibus propriis celebrant & ministrant & maxime reuerentiæ cultu diabolum venerantur, ac si verè esset illorum Deus, & hoc est in quo diabolus summo opere delectatur, ut adoretur. & nec mirum & per S. Tho. in sum. q. 95. art. 3. in si. de superstitione, & habetur Matth. 23. quibus completis sacrificiis ipsi sorilegi suas proponunt interrogationes de his, quæ noscere cupiunt & ab ipsis idolis voce diaboli responsa suscipiunt de futuris, ac de præsentibus occultis secundum quod ipsi magis scire cupiunt, sicut futurorum responsa sunt ut plurimum dubia: & ad plures sensus ac commo-

¶ *Sortilegiorum* interrogatio. nes de præsentia futurorum. quoniam futurorum ipse Dæmon est igno-

rus, quatenus vellet illa predicere ex certa scientia prout sunt in suo esse, de quo latius dicam infra q. seq.

Sortilegiis ta-
citis qua in-
strumenta
solvuntur.

¶ Secundo vero casu quando ipsa sortilegia fiunt per homines, quia sunt tacita professionis, & tunc diversimodum interveniunt instrumenta; quandoque illa faciunt in aqua per hydromantiam: quandoque in igne per pyromantiam: quandoque in terra per geomantiam: quandoque vero videntur aëre, quando faciunt per aëriam: ut latè ponit & declarat ista d. Hostien. in sum. de sortilegiis. §. 2. quandoque faciunt illa ex inspectione intestinorum avium animalium; aut per eorundem voces, garrum, occursum & similia: ut latè diximus supra eodem q. 2. & habetur in c. igitur genus. 26. q. 4. & q. 5. not. mirum. & lo. lec. in sum. confes. in titu. de sortilegiis, q. 2. ver. diuinatio, alij respiciunt in astrolabio, vel in clauicula Salomonis ut in c. 2. extra eodem titulo.

¶ Si verò loquimur de secunda specie sortilegiorum amatoria distinguere: aut ipsa sortilegia fiunt in corpore: aut fiunt extra corpus: hæc enim distinctio non conuenit priori specie: in corpore enim communiter fieri solent per cibum vel potum ut l. 1. §. hæc adiectio. ff. ad legi. corn. de sic. & l. si quis aliquid. §. qui abortionis ff. de penit. & l. eorum in princip. & l. malit. C. de male. & mathe. in quibus poculis & mixturis comestibilibus commiscetur multa quæ latè diximus supra eodem. quest. 1. non expedit iterum reperere vide ibid.

Sortil. amat.
extra corpus
interueniunt
ligatura.

¶ Si verò fiunt extra corpus, & tunc interueniunt quædam ligaturæ, quas ipsi magistri consuunt in chlamyde maleficiandi, aut in alia parte latenter abscondunt, sicut in lecto inter plumas vel matras; aut sub limine ostij vel alio loco super quo persona maleficianda transitura, aut iacitura sit: & ultra ea quæ diximus ibi. in 3. q. adde quod ipsi sortilegi admiscere sepius in istis amatoris aquam benedictam scilicet fontis baptismatis, aut communis amphoræ existentis in ecclesia: aut oleum sanctum baptismatis, crismatis aut extremæ unctionis: ramos oliuarum benedictarum: frondes palmarum: candelas benedictas: sacros agnus deos: thura benedicta ceteri paschalis, & his similia. Quandoque autem capiunt aliqua

aliqua ex reliquiis sanctorum martyrum, si habere possunt scilicet particulas ossium, capillorum vel vestium: alij autem capiunt frustula quædam indumentorum sacerdotalium, aliorumque panniculorum benedictorum, quibus sacra ministeria venerantur celebranturque sicut calicis, corporalis, purificatorij, tunicellæ, manipuli, amicti, stolæ candidæ, lapidis sacraui, mappæ altaris, planetæ, sudarij, calicis & similia: & ista omnia vel eorum partes admiscere solent in ipsis sortilegiis amatorijs adhibitis eorum nephandissimis precibus & diabolicis verbis ad turpes libidinis actus, tot sacramentorum & aliorum sacrorum perpetrantes ab usum: nec obmiram unum quod quidam ex his, qui sunt expressæ professionis deferunt quandoque imagines quasdam ad loca sacrificiorum terræ vel ceræ aut gummarum: seu alia quavis mixtura, confectas illasque baptizant prius nomine personæ maleficiandæ sub deuotione & inuocatione diaboli, cum eisdem ceremoniis quibus vi solent nostri sacerdotes in vero baptismo, & adiciunt quædam verba valde turpia & nephanda, quæ hic inferere non placet, ne quæquam fortasse nimis curiosum ad illorum experientiam concitarem: quamuis alius extra professionem effectus huiusmodi efficere non posset, ut latius, diximus supra in fin. 4. quest. quibus imaginibus quandoque aperiunt pectora, & ipsarum corda ingenti calore ignita reddunt: aut tantum decinent quod liquescunt, putantes quod eodem modo cor hominis maleficiandi vel mulietis simili amoris ardore aduratur, seu mollicetur: & obediens reddatur ad votum sortilegi vel amantis: sed stulti non aduertunt quod Dæmonis fallacia vehementer decipiuntur, ut alias diximus supra in dist. ij. quest. si tamen postea appareat quod mulier flecti videatur & amari incipiat, id non prouenit virtute & potentia sortilegij: sed diabolicæ tentationis & opera extrinseca alieuius hominis qui ipsam sollicitat & persuadet: ut diximus supra d. ij. q.

Particula in-
dumentorum
sacerdotalium
sortileg. amat.
miscoentur.

Imagines ad
locum sacri-
ficiorum ad
Sortil. de se-
runtur.

¶ Pro cuius corroboracione adde quod dixit Sa-
ctus Bonavent. in secundo sententiar. distinct. xxvij. unte-

380

Pauli Grillandi

Tentatio dia-
bolica.

no. 39. ubi dicit quod tanta est vis diabolice tentationis, quod homo isti absque diuina gratia resistere non potest: non quod hominem præcise compellat ad peccandum propter liberi arbitrii potestatem & gratiam passionis Domini nostri Iesu Christi: sed tanta est quandoque ad malum hominis inclinatio & voluntatis pronitas, quod nisi esset aliud sustentans necesse haberet homo quandoque motu voluntatis in malum incidere.

¶ Diabolus enim nihil est quod magis timeat & vehementer abhorreat, quam signum siue figuram crucis: & memoriam Passionis Domini nostri Iesu Christi: & ratio est quia ante aduentum Christi, & illius passionem, diabolus habebat mirabilem potestatem super omnes homines viuentes: habebat enim duplicem manum, una, quæ dicebatur manus attrahens: altera, quæ dicebatur manus compellens. Manus enim attrahens erat illa

Manus attra-
hens Diaboli.

¶ Potestas, qua ioseph Sathanas attraherat ad limbum omnes iustos & sanctos viros: Manus vero compellens erat illa potestas præcipitandi hominem in malum, vel per fallaciam, vel per violentiam: quem tunc tentabat ut Draco, tentabat ut Leo: omnes enim homines vel per fraudulentiam, vel per violentiam superabat, quæ magna ipsius potestas debilitata fuit per passionem Domini nostri Iesu Christi, per quem appargit lumen veritatis, & interius per diuinam inspirationem, & exterius per humanam instructionem, ita quod nos omnes & quibus illius liberauerit, & propterea Diabolus tam fortiter abhorreat memoriam passionis prædictæ: per quam eius potentia debilitata fuit, & nobis liberi arbitrii vires, & potestas grandius restituta est: nihilominus remansit sibi illa generalis tentandi facultas, quam potest contra omnes in differenter exercere Deus permittere, immo contra ipsummet Iesum illam experiri voluit: *ut habet. Math. ij. c.* non tamen habet nunc illa per modum violentiæ: sed persuasione & fraudulentiæ, quorum tot & tantas ipse habet, ut vix homo illis resistere possit. ista sunt verba not. Bonaventuræ *in ij. sent. dist. xix. q. ij. num. 22. & 23.*

¶ Redens

¶ Redendo nunc ad propositum dico non esse mirum, si mulier pudica ex se quandoque seclit ad libidinem & dirigit cor suum ad amandum illum quem prius nullo modo cognouerat: quod solem prouenit ex illa festina & insatiabili dæmonis tentatione, quæ intrinseca est sollicitas animam, accedente postea Sorilegi extrinseca operatione sermonis ambalata: literarum amatoriarum, & alijs similibus extrinsecis sollicitationibus, quæ proprie sunt cæ immediata lapsus ipsius mulieris ut incidat in laqueum. & qui muliebris sexus fragilis est facile decipitur, seclitur, & apprehenditur: *ut habetur in c. foris. de ver. sig. & not. glo. in cap. i. de claud. despon. xxiij. q. vij. quod præposuisti: & q. v. c. ada. & c. mulier. & dixi. in eo. q. vi. in fine.* Sorilegia vero ipsa, qualiacunque & quocunque sint, non sunt cæ immediata seclendi pudicum animi &c. sed dicuntur causa mediata & remota, propter quæ dæmon magis deliberatè studet illam tentare & capere in laqueum, postquam per turpem abulum illius sacramentorum in grauem offensam diuinæ maiestatis obtinuit diuinum cultum prosterni, & ipse ut Deus adorari, & hoc est quod ipse magis desiderat, quam aliud. *ut alijs diximus supra. q. præcedenti & latius dicam infra in fine huius. q.*

Mulier fragi-
lis & flexilis

¶ Tertia species instrumenta similiter plurima sunt, quorum partem vidistis supra in *ij. q.* quibus aliqua superaddam: idè dico, quod aut sunt in corpore per cibum vel potum, aut extra corpus aliquo ex modis prædictis. primo casu nota vnum breuiter & generaliter, quod omnia per Sorilegia siue maleficia venefica, qui sunt in corpore non sunt absque veneno. Omnes illæ mixtura, cõpositiones & pocula sunt mixta veneno, aliqua mitiori, ut minus officiant, aliqua vero atrociori, ut citius vulnerent, occidant, quæ *(ut dixi)* ex diuersis rebus conficiuntur: quædam ex herbarum folijs, festucis, aut radicibus: quædam ex venenis serpentum: quædam ex reptilibus terræ, animalibus, vel piscibus venenosis, lapidibus, sulphure, gummis, ære, plumbo, argento viuo, quod ipsi Mercurium appellant aliisque diuersis metallis in puluerem tedactis, seu alio modo combustis: & sic ex rebus naturalibus illa componunt dæmonis instructione locent: &

hæc

in poculis amatoriis communiter commisceri solent. d. l. iij. §. adiecto. Et d. §. qui abortionis. Et ibi. Bar.

¶ Aut illa fiunt extra corpus scilicet extra cibum vel potum, & diuersas similiter vnctionū mixturas & venenorum compositiones accipiunt, quibus maleficiandorum corpora dormientium linire & perstringere solent, & quam primū ipsa vnctura ad præcordia penetrauerit, quæ facillè penetrat stante calore dormientis, statim audiūtur gemitus & maximi ululatus insurgūt, quos persona maleficiata dolore quam graui sustinere non potest.

Sortilegia recondita.

¶ Quidam alij sortilegia huiusmodi sub alia forma composita consunt latenter in chlamyde, aut abscondūt in lecto ipsius maleficiandi, seu in aliquo loco subterraneo fouea facta aut sub limine ostij super quo destruedus trāsiturus sit: & pedibus illa calcare contingat.

Sortilegia in residuis hominum.

¶ Quidam autem capiunt residua quædam ex corpore personæ maleficiandæ scilicet capillos, dentes, unguet, pilos, siue setas corporis, sanguinem, si habere possunt, aut particulam pelliculæ manus vel pedum.

¶ Alij verò capiunt particulas vestium earundem personarum, caligarum, solcarum, siue plantarum, calcamentorum, camisæ, diploidis, birettri, scuffæ, aut veli muliebris, cinguli siue zone, stringarum & similia.

Sortile per particulas cadaverum suspensorum.

¶ Quidam etiam capiunt particulam alicuius cadaveris eorum scilicet qui iam sepulti fuerunt & vt plurimum quærunt illorum cadauera, qui furca suspensi aut alia turpi morte periere: & illorum ungues quandoque, aut dentes, capillos, aures, oculos, barbam, manum, pedem, vel digitum, aut aliquod ex eorum intestinis scilicet cor, iecur, epas, siue pulmonem, militiam rectè ventris partē, aut intestinorū pinguedinē, nervos, ossa, vel carnē. & cū istis alijs & similib' turpissima cōponūt sortilegia. Quidā alij capiunt particulas quasdā vestiu ipsorū cadaverū cū quibus humati fuerunt. quidā alij capiunt chordā siue capistrū viri laqueo suspensi, aut illius camisā & cū illis similiter quā plura mala turpissima exēciātur, nec veterur nocturnis temporibus cadauera ipsa exhumare, aut ipsimet in sepulcris ipsorum intrare. & hæc pluriē habui in factu Romæ & ab ipsis rei in corū examine per plures spontaneas confessiones accepi, quæ quidem omnia fuerunt per demonstrationem ad oculum verificata. Qui-

dam verò ceperunt auium aut ferarum intestina, membra, ossa, plumas, vel setas, quid de oculis, aut capite, vel dentibus lupi: quid de iecore vulpis, pedibus vel cornibus cerui, capite vel lingua milui, pedibus vel unguibus castoris: quid de ore vel becco aquilæ: quid de galli crista & testiculis & alijs quampluribus.

¶ Quidam sunt, qui imagines ceræ vel alterius mixturæ conficiunt, illasque portant ad loca sacrificiorum, quibus completis imagines ipsas sub nomine personæ maleficiandæ certis adhibitis cæremoniis baptizant omnia opera ipsorum cum deuotione Sathanæ offerentes, quibus sic oblati & execratis imaginibus ignem ingentem apud ipsas confouent, illasque spinis, acubus, clavis, vel alijs rebus acutis, quandoque in vultu, in gutture, in renibus, pectore, femore, costis, aut ventre, vel similibus locis perforant & cruciant; deprecantes continuè vt verum corpus maleficiandi eisdem patiatur puncturas & poenas: & eisdem doloribus crucietur: ac si eius corpus his instrumentis verè perforari contingeret: & licet sæpius persona maleficiata in eodem corporis parte similes dolores intolerabiles patiatur; nihilominus nõ proueniunt virtute vel potentia dictarum imaginum vel sacrificiorum: sed potius ex vnctionibus & alijs mixturis veneficis, quas adhibent corpori ipsorum maleficiatorum, vt supra dictum est in iij. q. Sed quæro nunc si dictæ imagines nihil profunt, nec operātur effectum in sortile-

Images an profunt effectus Sortileg.

gio, quare fiunt. Respond. quod licet ex istarum imaginum immolationibus non subsequantur immediatè effectus de quibus. s. tamen ex longinquo & mediantè sequuntur, quia Dæmon inter alia desideria sua hoc manus habet vt adoretur ab homine ad similitudinem Dei, vt supra proximè dixi: sed vt proprius & facilius adoratione ipsā cōsequatur & augeat docuit sortilegos suos hæc sortilegia per imagines fabricare, illasque primò, & Damon à Sortilegis fabricate omnia baptizare: cum illis preces more sacordotali offerre ad hoc, vt cultus suæ adorationis amplificetur & latius extēdatur, & sub isto colore captādi amorē, inferēdi agridinē, inueniēdi thesaurū, vel alia similia decipit istos ignaros: nihilominus opus maleficii perficitur venis, q̄ sūt propēcā immediata egridinū: istæ verò imagines dicuntur causa mediata, propter quā Dæmon diligē-

Images cum Damon à Sortilegis fabricate omnia baptizare: cum illis preces more sacordotali offerre ad hoc, vt cultus suæ adorationis amplificetur & latius extēdatur, & sub isto colore captādi amorē, inferēdi agridinē, inueniēdi thesaurū, vel alia similia decipit istos ignaros: nihilominus opus maleficii perficitur venis, q̄ sūt propēcā immediata egridinū: istæ verò imagines dicuntur causa mediata, propter quā Dæmon diligē-

tius satagit ad instructionem veneratorum & illorum exhibitionem, ita quod persona maleficiata audiat quid habet in corpore: & imò ista dicitur causa remota & mediata ad maleficium: mixtura autem poculi aut vinctio- nis est causa immediata: *vt no. in c. nec mirum. xxvi. quest. v.*

¶ Ex quibus vides, quod Sathanas sub diuersis signis, instrumentis, mixturis, compositionibus, legaturis, characteribus, atque figuris instruit sortilegos ad faciendum diuersa maleficia secundum diuersas hominum opiniones, quas prosequi intendant: & vt facilius Dæmon simplices credentium animos fallacis suis apprehendat, sæpius sortilegia ipsa sub aliquo tegmine sanctitatis abscondit, aut cultu veræ deuotionis obumbrat, vt res videatur honesta & sanctitatis deuotione foueri, & idè istæ mulierculæ vel similes in dissolutione dictorum Sortilegiorum semper quasi iubent dicere Angelicam salutationem, siue Dominicam Orationem, hoc est, *Aue Maria*, vel *Pater noster*, ad deuotionem alicuius Sancti Apostoli vel Martyris, seu Sanctarum Virginum: ad deuotionem verò Dei, & beatissimæ passionis, seu Virginis Mariæ nunquam, nec reperies etiam quod faciant vnquam dicere Symbolum fidei, scilicet, *Credo in vnum Deum, &c.* & hoc est quod Diabolus vehementer abhorret: *vt aliàs diximus supra. ca. q.* quia per illud fidei Christianæ obseruantia & Dæmonis exclusio demonstratur: ipsæ verò mulieres aut viri remedia huiusmodi vt plurimum faciunt instructione & suffragio Diaboli: & imò dicuntur superstitiosa & reprobata: *vt latius dicemus infra. in seq. q.* vbi plenius examinabimus istum articulum, an & quando liceat maleficium contrario maleficio liberare: & quomodo & qualiter cognoscatur, an remedia ista sint superstitiosa & reprobata vel non, & casu quo sint damnata, qua poena puniatur qui illa scieat exercet, *ibi dicitur.*

CAP.

CAP. VI.

SUMMARIUM.

- 1 Sortilegium an effectum à rebus vel simplicibus vel mixtis fortiri dicatur.
- 2 Intellectus angelicus an post lapsum fuerit obtenebratus vel diminutus.
- 3 Natura angelica est præteritorum & presentium occultorum optima interpres.
- 4 Diabolus cognoscit omnia malefacta occultissima.
- 5 Futurorum duplex cognitio.
- 6 Diabolus futura prædicit licet fidei.
- 7 Exemplum mirabile sortilegij.
- 8 Oblivio an cadat in demonem.
- 9 Diabolus multa cognoscit.
- 10 Diabolus potest multa artificiosè sortilegia docere, etiam in comodissima, & humana natura contraria.
- 11 Matrimonium Sortilegio contractum dissolui potest.
- 12 Ecclesia an sortilegiis fidem adhibere possit.
- 13 Exemplum sortilegij impediens costum & virtutem generatiuam.
- 14 Sortilegi an eorum arte, & demonis suffragio possint aëris mutationem inducere.
- 15 Deus quare permittat diabolum suam diuinitatem deurpare & persequi.
- 16 Sortilegum consulere, aut ad executionem sua attis prouocare an impune liceat.
- 17 Infirmitates corporales an possint licite sortilegiis amoueri.
- 18 Remedia qualiter sunt superstitiosa vel naturalia indicanda.

Dæmon cur
Sortilegia ali-
quo velamine
sanctitatis
prætextat.

SEXTO quæro quomodo potest esse, quod ex præmissis rebus simplicibus aut mixtis effectus sortilegiorum huiusmodi, & tot accidentia in humanis corporibus ita fortiter causentur, seu erant collantur, aut futurorum occultorumve revelationis tunc clarè succedere possunt: nam quibusdam ridiculum potius quam credibile esse videbatur, quod ex tactu vasis imaginis ceræ cretæ, aut alterius mixtæ si tangatur in aliqua parte sui corporis per maleficum, in eadem parte corporis personæ maleficiandæ statim exoriatur infirmitas, & causentur dolores intensi, aut amoris cupiditas, & vehemens libido præparet incendia cordi, & sic de singulis aliis sortilegiorum speciebus: hæc enim videntur esse satis remota à credulitate recti iudicij, & tamen in rei veritate effectus & accidentia huiusmodi negari non potest, quod veniunt atque recedunt opera & ministerio dictorum sortilegiorum.

¶ Et immò pro faciliiori solutione istius dubij. Videndum est primò de virtute & potentia demonis, quæ & qualis sit, & quam pietatem habet super homine, quæ cognita facilis reddetur solutio istius dubij.

¶ Sciendum est enim quod anhelus sathana, qui est propriè diabolus, mirabilem habet virtutem & pietatem cognitiuam circa naturalia & secreta naturæ: plus enim de his ipse solus est instructus & bene informatus, quam omnes homines de mundo simul: ita dicunt Theologi, & maxime, S. Thom. in trac. qq. q. 16. art. 6. in tit. de demon. S. August. lib. 10. de ciuit. Dei. se. & habetur in c. nec mirum. 26. q. 5. ex quo enim ipse Angelus est substantia spiritalis est pura intelligentia habet omnes virtutes intellectiuas & omnia secreta naturæ, quæ naturaliter spectant ad angelum siue bonum siue malum, de quibus latius per eundem Thom. in dicto libr. qq. q. 16. ar. 5. ij. 2. 6. & per totum de demoni & q. 6. arti. 4. & 6. in tit. de mira.

¶ Deus enim, dum à principio creauit naturam angelicam in paradiso eandem virtutem & potestatem dedit angelo Sathanae, quam dedit angelo lucis: quia à principio omnes lucidos & præclaros creauit ita dicunt omnes Theologi, & habet Ezech. 28. c. dū loquitur diabolo figuratè in personam regis Tyri dicēs, Tu signaculum similitudinis plenas sapientia, & præfectus decore, in delitijs paradisi Dei fuisti, &

Angelus omnibus omnibus est eadem potestatis.

lapidem ignitum orambulaſti, perfectum in vijs tuis à die conuersionis: donec inuenta est iniquitas in te. Peccasti & eiecisti de monte sancto Dei & perdidisti te. Cherubin, hæc dicit Dominus Deus habetur etiam de hoc de conse. dist. v. j. hi duo. & no. 26. q. j. nec mirum. §. sed hoc quosdam &c. vbi S. Aug. loquens de accutissima intelligentia diaboli dicit, quando magis potest diabolus, cognoscere agritudinem: esse mortalem vel non, si hæc eadem cognoscit homo per quasdam coniecturas & signa, multò magis illa cognoscit diabolus, quem angelica potestate sublimen per prophetica oracula fuisse testatur. idem dicit Thom. d. q. 16. de modo. Quam primum igitur Sathanas, qui tunc propter illius summam pulchritudinem & splendorē Lucifer vocabatur, incidit in peccatum superbiæ cū suū creatorē, volens se facere æqualem Deo, credens posse exercere vires suas in cælo, & alij prenominatim præter & contra Dei voluntatem, statim ipse cū sequacibus suis de cælo expulsus fuit: & per sua æterna habitatione statutus fuit infernus locus tetricus & tenebrosus & propterea perdidit omnem beatitudinem, sedem cælestem diuinæque maiestatis speculationem: lux cælestis candoris conuersa fuit in tenebris. Hinc quæri posset an intellectus diaboli per peccatum fuerit in tenebris: ita quod non habeat lucem illam intellectus cognitiuam ita subtilem & elaram, sicut prius habebat. de quo vide S. Thom. in d. q. 16. art. 6. de demon. vbi concludit in effectu quod Diabolus peccando proprietatem naturæ suæ angelicæ non amisit, sed naturaliam eis adhuc integra remanent & splendidissima. idem sentit Dio. in lib. de diuit. nomi. c. 3. & nos. in d. c. nec mirum 26. q. d. §. sed hoc quisdam fallit &c.

¶ Quo ad ea verò quæ sunt diuinæ cognitionis, prout est scientia futurorum ex certa ratione secreta cordis hominum & similia ista enim omnis intellectus angelicus etiam angeli boni est incapax ex se ad cognoscendum & comprehendendum, & propterea indiget quodam superiori lumine illustrari ad ipsa cognoscenda, quod lumen est diuinæ gratiæ & ad hoc non perueniunt nisi angeli boni per gratiam angelus autem sathanae est indignus & incapax istius gratiæ propter peccatum de eo, dist. j. hi, duo, & imò nō potest veraciter futura prædicere.

Intellectus diaboli indiget superiori lumine ad diuinam cognitionem.

Angelus videt
que natura-
lia nouit.

In his verò, quæ naturalia sunt, vterque angelus habet mirabilem virtutem & potestatem cognitiuam longè supra humanum intellectum, adeò quod ea, quæ sunt hominis scientiæ quodammodum impossibilia ipse Diabolus videt omnia, & expressè cognoscit, quippe quia ipsa est spiritus liber & eleuatus, & dicitur substantia spiritualis & incorporea, ita appellatur ab omnibus Theologis, nulloque premitur pondere carnis seu alia corporea ponderositate, quibus possit eius velocitas intellectus quoquomodo offuscari aut impediri, quomodus videat & expressè cognoscat omnia quæ conueniunt naturæ angelicæ, ut supra dixi:

Angeli præsen-
tia & præse-
ntia nouit.

Et ideo aut nos loquimur de scientiâ præteritorum, aut præsentium occultorum, quæ homini sunt ignota penitus, & istorum ipse est optimus interpret & cognitor. ita dicit S. Thom. i. d. xvi. ar. vi. & S. Aug. in lib. x. de ciuit. Dei. & not. in c. nec mirum. xxvi. q. v.

Hinc est, quòd Diabolus cognoscit atque videt omnia furta etiã latentissima, & eorū fures, & alia huiusmodi crimina licet occultissima sint: ut sunt cõiurationes, tractatus, incendia, assassinia, homicidia occulta, falsitates, sacrilegia, stupra, adulteria, & his similia. non solum quæ fiunt inter præsentia, verum etiam & inter absentes, & in partibus multum longinquis aiquere motis: ex quo ipsa omnibus his icu oculi hominis præsentialiter adesse potest, & de illis notitiam haud dubiam nobis exhibere potest: ut patebit. j. in eadem qua. in quibusdam exemplis: exceptis tamen hominum cogitationibus in mente retentis, quæ licet sint de præsentibus tamen Diabolus illas ignorat, maxime quando nondum fuerunt deductæ ad cognitionem alterius per aliquem actum extrinsecum aut signum. illorum enim solus Deus est cognitor & verus interpret: ut habetur Matt. 22. c. & Marc. 12. & dicemus. l. eo. q. 10. futurorum quoque diabolus est incapax: sed si deuenit ad cognitionem quandam coniecturalem & demonstratiuam, siue inclinatiuam: quia hanc habet ex consideratione corporum cælestium & motus astrorum, sicut astrologus: sed ista dicitur dubia & incerta notitia: quia potest abesse à veritate ut not. in c. epi. 26 q. 5. & c. sortes. s. augustinus eadem

eadem causa. q. 4.

Et ideo dicit S. Thom. d. q. 16. art. 7. quòd futurorum duplex est cognitio: vno modo cognoscuntur futura quantum est in se ipsis & natura sui: & hæc cognitio pertinet ad solum Deum: nulla enim creatura habet istam facultatem nisi ex diuina gratia specialiter fuerit sibi reuelatum, sicut fuit sanctis Prophetis: & ideo bene dixit Esa. 41. c. annunciate nobis quæ ventura sunt & dicemus quia dii estis vos.

Futuror. du-
plex cognitio.

Alio modo cognosci possunt futura in suis causis, quantum ad causas suas actiuas, vel secundum potentiam causarum & hæc est illa cognitio coniecturalis & demonstratiua, de qua supra proxime dixi, & de hac Diabolus participare potest quippe quia ipse cognoscit principia rerum & est illi magis nota virtus causarum naturalium, quàm hominibus, nã per scientiã astrologiæ, vel per alia signa, & coniecturas facilius & certius cognoscit diabolus futura, quàm homo, quia subtilius cognoscit causas ipsarum rerum naturales, & quæ antecedunt rem ipsã essentialiter, quæ nos vocamus iudicia & signa rerum: quia sunt principia quædam futurarum rerum quæ procedunt operationes naturales postmodum successuras, siue euentus rerum futurarum: & per ista fuit inuenta prognosticatio per astrologiam, quæ fit iuxta demonstrationes & iudicia astrorum & corporum cælestium: igitur qui per scientiam & notitiam ipsam futura coniecturaliter & inclinatiuè prædicere, quærit, non peccat si dixerit quòd sic ista minantur, siue demonstrant: sed dicendo affirmatiuè & certitudinaliter, prout res sunt, vel erunt in esse suo, peccat grauiter: vide Abb. & alios cano. in c. ij. extra eo. sic. & ideo Diabolus ut videatur habere maiorem potestatem & se esse æqualem Deo, non veretur futurorum quorumcunque velle clarè certam notitiam necessariam demonstrare: & rem futuram, quæ adhuc nõ est in rerum natura certo modo futurã, prout erit in suo esse demonstrare quando venerit in lucẽ, & erit certa in rerum natura: sed in hoc mædax est & decipit hominẽ: quia istius notitiæ ipse diabolus est omnino incapax: ut concludit S. Tho. in d. q. 16. art. 7. de demon. & hoc idem ceteri Theologi concludunt & tenent.

Futuror: cogni-
tio in suis
causis.

Prognostica-
tionis inuen-
tio.

Futuror. in ea-
pax Demon.

Diaboli astu-
tia in reddendis
responsis.

Responsa Da-
monum du-
bia & incerta

¶ Et propterea ipse diabolus, ut facilius homines decipiat, quotiescunque contingit de ipsis futuris interrogari semper respondere solet verbis impliciter dubiis & incertis, quæ ad utrumque sensum accommodari possunt affirmatiuum scilicet & negatiuum: ut patet exemplo vaticinij strenuissimi Ducis armorum domini Brachij senioris Perusini, qui paulo antequam cum hostibus concurreret & bellum iniret consuluit demonem quendam, quem astrictum tenebat, numquid futuri belli victoriam, vel suam aut suorum stragem reportaret: & an ipse in columis euaderet vel periret: cui responsum dedit per ista verba: *videlicet ibi redibis, non morieris in bello: & aliud quoddam graecis pronunciasse legitur, videlicet, Aio te Acacidem Romanos vincere posse.* quæ verba media sunt adeo composita, quæ adaptari possunt ad utrumque sensum, affirmatiuum, scilicet & negatiuum, hoc est victoriæ & succubentia, siue mortis: & hoc modo decipere solet simplices credentium animos: & quocumque euentus præter aut contra speciem consulentis succedit, tunc diabolus se optime saluat in contraria opinione redarguendo ipsum consulentem de ignorantia sua, aut mala intelligentia verborum suorum aut contraria interpretatione. Et quia diximus supra, quod diabolus habet notitiam omnium presentium, quæ iam facta sunt vel fiunt tam inter presentes quam inter absentes, licet nobis occultissima sint. Subdã exemplum clarum diebus nostris exortum in ciuitate Perusina, ut referri audiui à quodam religiosissimo viro, & honesto sacerdote maturo ætatis, qui retulit mihi cognouisse quendam presbyterum Iacobum Perusinum, qui magicæ artis erat multum eruditus: & sapius experiebatur ante prædictam, quadam die dum ipse presbyter Iacobus celebraret missam in Ecclesia Cathedrali Sancti Laurentij illius ciuitatis, dum esset circa medium missæ verteretque faciem ad populum ad dicendum verba illa, quæ dici solent parum ante consecrationem Eucharistiæ, videlicet, *Orate fratres &c.* loco illorum verborum dixit, *orate pro castris Ecclesiæ, quia laboramus in extremis:* & illo tunc eodemque momento Dux militum Ecclesiæ vnã cum toto exercitu ab hostibus, quibus paulo ante concurrerant, succumbebant, & exercitus ipse ruebat, & scindebatur in diuersas partes: & nihilominus distabant exercitus huiusmodi ab vrbe Perusina spacio quinquaginta miliarium vel circa, adeo quod impossibile erat quod

per

per hominem etiam currendo stassetam, siue per postas poruisset tam cito tale factum nunciari, Deinde interrogatus presbyter ille ab aliquibus ex circumstantibus, qui præconium ipsum audierant: quidnam sonarent verba illa, & ad quem effectum in illo mysterio missæ loco solitorum verborum, *orate &c.* promulgata fuissent: qui presbyter respondit ex tempore, quod ita dixerat: quia verum est quod illo tempore tunc milites & exercitus Ecclesiæ, qui cum hostibus concurrerant succumbebant atque peribant: & quia auxilio indigebant ipse sacerdos orabat & intercedebat pro illis, interrogatus quis dixerat, vel reuelauerat sibi quod milites & exercitus ipsi tunc succubarent: qui respondit, quod spiritu sancto sibi tunc eadem reuelante, populo manifesta uerat, & cum ista responsione illos quietos dimisit: nihilominus in rei veritate Diabolus fuit, qui illa dicto presbytero manifesta uerat, de quibus sapius interrogabat eum de ipsis militibus & exercitu, & de concursu atque victoria, & habita reuelatione à diabolo illam populo manifesta uerat eo modo quo supra: & licet ea, quæ castris ipsis tunc contigerant, propter loci distantiam impossibile esset, quod tam cito hominibus ipsis innotescerent: tamen diabolus, qui est spiritus liber, & incorporeus potuit illa videre, & presentialiter interuenire, & ictu oculi se transferre Perusiam, & ea omnia dicto presbytero, audio illa scire, manifestare & aperire totam seriem facti sub breui verborum compeendio: & ipse populo prout fecit, aperuit. ex quibus apparet quod demon habet notitiam omnium presentium & præteritorum tam eorum quæ sunt inter presentes, quam eorum quæ siue inter absentes, quæcumque sint absentia longa vel breuia.

¶ Aut nos loquimur de notitia rerum naturalium creaturam ab ipso Deo, siue natura, aut hominum operatione: & circa ista similiter habet mirabile, virtutem cognitiuam, quia omnia, quæ à Deo creata sunt in mundo ipse cognoscit vnã cum viribus & virtutibus suis: ipse enim notitiam habet omnium herbarum nomina & vires suas, quæ habent in folijs, festucis, atque radicibus: item omnia animalia terrestria, & eorum naturas & qualitates omnes: aues & volatilia celi: item omne

Diabolus quibus
manifestauit
presbytero Perusino.

Demon habet
notitiam rerum.

pisces & animalia aquatilia, omnium metallorum sulphurisque vires, omnium lignorum lapidumque & eorum virtutes & potentias naturales habet in promptu.

Secreta natura non ignorat nec obliuiscitur Damon.

¶ Et breuiter dicas, quod circa ista naturalia & secreta naturæ in ipso Dæmone nulla cadit obliuio nec ignorantia quia cuncta notissima repeta ante oculos ita dicit S. Thom. in d. tract. qq. q. xxi. art. vi. in vers. respondeo quod quia peccando &c. & ad primum ver. ad vij. de Damon. Idem concludit ille Prienas in d. suo tract. &c. lib. i. c. 13. & lib. 2. c. 7. vbi recitat quod Dæmon quicunque etiam minimus nouit omnia cum suis viribus: & proprietatibus.

¶ Primò enim nouit omnia elementa.

¶ Secundò omnia metalla.

¶ Tertio omnes lapides. ¶ Quarto omnes herbas.

¶ Quintò omnes plantas.

¶ Sextò omnia reptilia terræ. ¶ Septimò omnes aues.

¶ Octauò omnes pisces.

¶ Nonò omnes orbis & motus cælorum.

¶ Decimò omnes & singulas stellas, figuras, & signa cælestia, ac eorum influxus & omnium prædictorum virtutes & potentias naturales, ex quibus infinita quodammodo sumuntur venena, quorum quædam sunt ad nocendum occidendumque, quædam verò orta sunt ad sanandum que dicuntur bona venena ex quo natura illa procreauit ad medelam. l. 3. §. hac adiectio. ff. ad leg. cer. de sua.

Damon & notitia quam habet de rebus naturalibus.

¶ Cum itaque Diabolus habeat notas omnium prædictorum, nomina, virtutes, atque potentias naturales sicut melior medicus quam reperiri possit in vniuerso orbe terrarum, & propterea dicunt Theologi quod iste Diabolus est optimus philosophus, theologus, arithmeticus, mathematicus, dialecticus, physicus, grammaticus, musicus & medicus excellentissimus: qui modica experientia quoscumque viros etiam excellentissimos & præcitos dictarum artium & peritiæ mirabiliter superaret: & ideo ex eorum siue earum mixturis ipse Diabolus facit vel facere instruit suos sortilegos, quomodo & qualiter agere debeant, vt componant venena illa ad formandum sortilegium siue facturam, & diuersas inducere ægrotudines in humanis corporibus, quorum venenorum & maleficorum quædam componunt ex herba-

ram folijs, festucis aut radicibus, quæ sunt mirabilis virtutis & potentia: & quædam sunt, quæ nõ oriuntur in partibus nostris, sed illas affert Dæmon ex Ægypto aut ex partibus orientalibus seu alijs: vbi nascuntur & habent meliores vires, vt alias à quibusdam magicis per me examinatis referri audiui. ¶ Quædam verò ex lignis. ¶ Quædam ex lapidibus. ¶ Quædam ex metallis scilicet ex plumbo, ære, stanno, argento viuo, quod appellant Metcuriu. ¶ Quædam ex reptilibus terræ venenosis.

¶ Quædam ex proprio serpentum veneno.

¶ Quædam ex auium, aut animalium, siue piscium venenosorum membris vel intestinis, quæ habent diuersas proprietates à natura in quibus insunt diuersa puluis maleficia, & virtutes, seu potentia naturales quæ diuersas operationes inducant. vide S. Aug. lib. 4. q. 24. de ciui. Dei. & S. Tho. in d. tract. qq. quasi. 6. art. 10. in titu. de miracul. & Prier. in suo tract. de brig. mag. lib. secundo. c. 7.

¶ Quædam enim redigunt in puluerem, & hæc vt plurimum miscentur in ferculis vel potu, ex quibus fiunt diuersa pocula, de quibus dicemus infra eo. q. 11. Quædam verò redigunt in pinguedinem, cum quibus faciunt diuersas vnctiones, nec verentur quandoque in ipsis pulueribus siue mixturis commiscere pinguedinem siue angiam quam samunt ex proprio corpore christiani, aut infantis defuncti siue baptismo, & hanc ipsi appellant pinguedinem pagani, quam dicunt habere mirabilem virtutem, & cum ipsis & dictis pulueribus aliisque rebus adiunctis diuersas componunt vnctiones maleficas, ex quarum tactu, aut aliorum cibo vel potu, in humanis aut brutorum corporibus infinitæ causantur ægrotudines, & morbi intrinseci: quandoque ex his provenit lucis priuatio: quandoque verò membri debilitatio, neruorum attractio, dolor capitis, dentium, pectoris, stomachi, ventris, cordis. & iste sæpius cæteris cœnit: quandoque renum dolor intensus aut alterius membri & partis corporis.

Pinguedo pagani quæ cœnit sic virtus.

¶ Quandoque verò provenit febris, tussis, dementia, phitis, hydropisis, aut aliqua tumefactio carnis in corpore, siue apostema extrinsecus apparet: quandoque verò intrinsecè apud intestina aliquod apostema fit

ad d. terribile & incurabile, quod nulla pars medicorum id sanare & remouere potest, nisi accedat alius maleficus siue sortilegus qui contrariis medelis & remedijs aggritudinem ipsam maleficam tollat, quamfacile & breui tempore remouere potest ceteri verò medici, qui artem ipsius medicinæ proficiunt nihil valent & nesciunt afferre remedium: & hoc est quod dixit. S. Aug. in lib. 19. de ciui. Dei. & not. in. c. nec mirum. §. ne hac aut. xx. vi. q. v. vbi dicitur quòd ista remedia, quæ sunt ad tollendum istas maleficas egritudines nulla ars commendat medicorum, & imò sunt valde prohibita de iure cano. & Ecclesia multum reprobatur illa. xxvi. q. vii. admoncant. & latius dicemus infra ca. q. loco suo. Si igitur remedia huiusmodi non adline corpus ipsum maleficiatum paulatim consumitur, vsque quo deuenit ad extremum vitæ: quandoque verò velocius occidunt. quando volunt inferre mortem absque remedio adhibent venena atrociora, quæ vitam ipsam citius perimunt.

¶ Quedam etiam faciunt vt inducant abortiuum prægnantis mulieris & hæc dicuntur pocula abortionis, de quibus habetur in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pen. & l. iij. §. hac adiectio. ff. ad le. corde sica. et l. diuus. ff. de extraordin. crimi. vbi est. glo. not. l. cicerone. & l. prægnantem. ff. de pra. de quibus diffusius dicemus. §. eod. titu. q. xiiij.

¶ Quæq; verò inducitur desiccatio dolæctis in nutrice.

¶ Quædam sunt ad desiccandum torum lac vniis gregis, vel secundi armenti vaccarum, adeò quòd nihil casei penitus reddant: quamuis antea in maxima abundantia reddidissent, & similiter abortiones totius gregis vel armenti inducere possunt: prout alias vidi & habui in facto Romæ, quòd duæ maleficæ mulieres cum istis maleficiis perire fecerant abortando multos secundum lactus & lac matrum desiccauerant penitus.

¶ Quidam verò cum eisdem compositionibus & venenis impediunt in masculo vel foemina virtutem generatiuam emittendi sperma.

¶ Quandoque verò in masculo membri languentem, & omnimodam impotentiam coeundi in muliere verò vuluæ arctationem talem, siue matricis indignationem talem, quæ summopere abhorret concubitum & vitæ

Generatio-
nem impe-
dientia vene-
ficia.
Coeundi im-
potentia in-
manibus &
foeminis.

accessum

accessum ad coeundum: & pari non potest: aliquo modo copulâ carnis: vnde euenit quandoque, quòd durare huiusmodi maleficio & impedimento Ecclesia mandat matrimonium ipsum separari & impartiri licentiam alteri coiugum, qui vel quæ non patitur impedimentum ad alias nuptias conuolare: sed hoc procedit quando impedimentum ipsum durauit triennio: deinde alter vel vterque coniugum fatetur impotentiam suam, tunc adhibita se- prima manu propinquorum aut vicinorum fit separatio ipsius matrimonij per Ecclesiam: vt habetur in. c. l. & c. si. de frigi. & malef. & ibi Panor. & imò dixit Host. in sum. co. titu. de sorti. §. si. in fi. quòd isto casu Ecclesia credit sortilegijs & illorum eff. etibus, de quibus habetur. xxiiij. q. i. si per sortilegijs, & pro clariori huius rei intelligentia exemplum facti exhibeo.

¶ In agro Sabinensi in quo hæc maleficarum secta plurimum inualuit & de præseni quoque magna ipsarum copia reperitur. Quidam vir egregius literatus, & illæ conditionis & famæ. qui in vno ex oppidis illis ortu habuit, licet modo sit senex, quadam die à quinquennio circa mihi retulit quòd ipse, dum erat in flore iuuentutis suæ tempore quo sponsam duxit, ad matrimonium consummâdum opera & ingenio cuiusdam maleficæ mulieris, quam mihi nomine proprio declarauit, maleficiatus fuit, & adeò fortiter apprehensus fuerat dicto maleficio, quòd cum vxore ea nocte & postea per multos dies nullum penitus debitum reddere potuit. ex quo habebat maximam verecundiam & nunquam cessabat admirari, considerans, quòd prius erat perquam validus in simili actu carnalis copulæ, ex quo maximam solitus erat habere delectationem: eue verò contra adeò quòd sua misera vxor eiusque parentes reclamare cæperunt, primò priuatim putantes postmodum durante impedimento deuenite ad matrimonij separationem, adeò quòd iste sponsus, pro dolore & verecundia, quasi demens & desperatus euaserat: & multos ac multos medicos conuocauit vt liberaretur ab ipsa infirmitate & impedimento, & nihil proderat sibi: demum quidam senex ipsi consuluit, vt mitteret in quibusdam montibus altis pro quodam magno & solenni magistro, qui vocabatur Magister magna experientia quis.

Matrimonij
dissolutio ex
maleficio.

Magister ma-
gna experi-
entia quis.

risia, qui in veritate erat solennis magus & male-

Magus quidam
celebris.

ficus, qui quamprimum vidit ipsum sponsum cognouit illius infirmitatem, & breui tempore illum liberare spondidit vna nocte tantum, & iussit quod dormisset illa nocte cum vxore, et prius exhibuit quoddam poculum dum volebat ire dormitū, & præmonuit ipsum eiusque vxorem ne illa nocte munirent se signo crucis, neque timerēt aliquo pacto si aliquid ea nocte viderēt vel audirent: quia non poterant sibi nocere. qui maleficiatus, cupiens multum ab ipso maleficio liberari, omnia ad vnguem seruauit: quinta autem noctis hora vel circa cepit audire maximos tonitrus, pluias tempestosas & fulgura quam maxima deinde terræ motus adeo terribiles quod tota domus quassabatur à ventis, velut arbor quæ quassaretur à ventis: deinde audiuit voce humana quosdā magnos vlulatus & clamores, & auertens oculos vidit in eius camera plus quā mille vt apparebat, ad inuicem certantes & vnguibus, pugnis, & calcibus crudeliter pugnantes, & lacerantes alterius facies, & vestimenta tota: inter quos vidit mulierē quandā, quæ erat alterius vicini, & dicebatur quod erat malefica: de qua ipse sponsum multū suspicabatur, ne ab ea pollutus fuisset: quæ vltra oēs maioribus gemitibus & vlulatibus cruciabatur, & cines faciēq; suā totā vnguibus lacerauerat propter quæ ipse maleficiatus dixit quod aliquantulum pertimuit à principio, dubitās ue quid mali sibi accideret: deinde recordatus de monitionibus magistri se assumpsit vires: vxorē verò semper tenuit sub pannis absconditam ne ista videret: postquam verò ita certauerāt per mediā horā vel circa ingressus fuit magister in camerā prædictā, & erat tunc circa mediā noctē: ad cuius ingressum oēs illi pugnantes vnā cū muliere ipsa statim disparuerunt & abierunt penitus: ipse autem magister accessit ad ipsum maleficiatū, & illius humeros tetigit manu perficādo aliquantulum dicendo, quod non dubitaret amplius quia iam liberatus erat: & illuc discessit: post cuius recessum dictus maleficiatus sentit paulatim calorē quendam in renibus & lūbis: ita quod mēbrū virile cepit erigere vultū & subito saluit: & ipse apprehēsa vxore reddidit debitū satis pingue cū maxima dulcedine & delectatione. & deinde profectus fuit vsq; ad senectutē & suscepit optimā prole vniūque

Maleficia
dantes, iniu-
com.

Potentia ge-
neratim re-
sistentis.

que sexus: & ego quosdā ex suis filijs cognoui & allocutus fui cū eius vxore tunc vetula: quæ omnia prædicta ingenue falsa est dicēs, quod nunquā diebus suis grauiori fuit pullata timore quā nocte illa de qua sup̄. Alia etiā plura exempla de hoc referri possent quæ causa breuitatis omitto. vide illū Prier. ni. d. suo trac. de strigma. de modo. cap. li. 2. c. 2. ubi in 3. puncto refert exemplum cuiusdam dirissimi Comitis dicec. Argentin. qui huiusmodi maleficio steterat biennio impeditus, quod nunquam potuit vxoris Comitissæ virginitatem dehorare, quæ pulcherrima erat: vide ipsum.

Ligatura Co-
mitis Argenti-
ni.

Post hæc quero, an isti malefici & magi possint eorum arte, & Dæmonis suffragio inducere pluias grandines & fulgura, aut magna tonitrua, & etiam an possint quando illa venerint remouere & facere vt cessent. & vide: etur dicendum, quod non, quia ea, quæ de celo veniunt & ad nos descendunt diuina dispositione proueniunt à corporibus cælestibus, vel ab aëre mediante ordine quodam naturali dictorum corporum & illorum conjunctionum, secundum quod clarè demonstrant astrologi: tamen dicas, quod isti possunt Dæmonis industria inducere imbres, grandines, & fulgura, & alia de quibus sup̄ & è conuerso ea sic irruētia remouere: & ratio est: quia Dæmones possunt elementa conuere & inducere ventos, pluias, fulgura & grandines inducere: & hoc est quod dicitur in l. multi. C. de maleficijs & mal. l. eorum in fin. eo. tit. in d. l. multi. dicitur quod multi sunt, qui magicis artibus manibus accinēti elementa conuertunt & per quæ omnia supradicta proueniunt in d. l. eorum. dicitur quod ipsi malefici possunt tempestates ipsas remouere, & id operari ne legeribus terræ nascentibus officiant. & propterea intra ciuilia nolūt quod isto casu maleficus siue malefica puniatur quando illorū affectus redunt ad bonū & vtilitatē: istarū enim maleficarū vna componit maleficiū, altera tollit: vna instruit, altera destruit: vna polluit, altera sanat: vna impedit, altera soluit impedimentū: & sic vna ludit alteram: diabolus verò vtraque, vt plurimum ea quæ destruit maleficiū indicat alterā maleficam siue maleficiū, qui vel quæ maleficiū fecerat, non tamen verbis expressis, sed quibusdam signis

Maleficia bo-
nom operan-
tes non pu-
niuntur in
iure.

signis & coniecturis, ex quibus facile comprehenditur qui fuerit: & hoc prouenit astutia & fallacia Demonis qui delectatur in fraudibus & scandalis hominum: ut dicunt Theologi in locis supra not. & habetur in c. Episcopi & nec mirum 27. q. 5. ¶ Cum itaque ægritudines, mortes, & accidentia, de quibus supra proueniunt ex prædictis mixturis & rebus naturalibus, non est dicendum, quod proeceedant ex illis ceremoniis & imaginibus seu illarum tactibus & sacrificiis & aliis turpibus obseruantis, de quibus supra: sed idem ceremonias illas obseruant, & baptizant imagines, & alia huiusmodi faciunt: quia diabolus, ut alius diximus supra, summopere delectatur in sacrificiis illis, quia cupit adorari, & ut facilius ipsi sortilegi & malefici ad illa deueniant, diabolus persuadet illis, quod ex huiusmodi obseruantis & solemnitatibus effectus, de quibus supra, proueniunt: sed valde mentitur quia proueniunt ex naturalibus rebus, ut supra: videlicet eodem modo dicendum est de sortilegio siue maleficio amatorio, in quo sapius de modo instruit & mandat commisceri sacramenta Ecclesie vel sanctorum martyrum reliquias, hostiam sacram & similia de quibus supra 3. q. in ij. specie tamen effectus amoris & flexibilis pudici animi libidinem non prouenit virtute illius sortilegij siue maleficij: sed virtute diabolicæ tentationis, & vtriusque sollicitationis, & persuasione insecræ & extrinsecæ ut ibi dixi. sed hoc ideo facit diabolus ut facilius adoretur, & turpius diuinum cultum tractet, & dissipet, & illius destructionem quærat.

¶ Sed quæri, posset quare Deus permittit Diabolus quod tam turpiter res diuinas & cultum suæ adorationis derurpet, & destruat quodammodo, cum facile posset illi resistendo omnia ista prohibere ne fierent, sicut alias non permittendo impedit Demone ne possit quædam alias facere, qui alias de sui natura facere possent. dicimus infra q. seq. Respond. secundum communem Theologorum conclusionem, quod ideo Deus non prohibet hominem hæc facere ne videatur sibi velle auferre liberi arbitrij potestatem, quam à principio sibi dedit, ut possit operari bonum & malum ad libitum suum & impediendo ne iascidas in malum videretur sibi auferre illam libertatem

Ceremoniis
magicis mor-
bi non infe-
riuntur.

Liberi arbitrii
potestas
homini à
creatione con-
cessa.

ratem & velle illam omnino fieri bonum. nec igitur rumpat aut violet legem, quam à principio ipse constituit, ut sequatur ordo naturæ, sicut à principio ordinata fuit: ideo non impedit hominem, quod non faciat ista: & quæcunque alia mala quando vult operari malum alioquin quis dubitat quod decorè remittente hæc fieri minime possent. Sed hæc potestatem liberi arbitrij homini dedit ut posset operari bonum & malum quodcunque velit ad libitum suum: si bonum fecerit consequetur gloriam, si vero malum perpetuam damnationem. Deditq; diabolo facultatem tentandi, ut posset potestatem ipsam quoscunque indifferenter exercere: ut not. Gen. 3. & Matth. 4. ipsemet Iesum Christum potestatem illam tentandi expertus fuit: ut habetur etiam Marc. 1. & Luc. 4. in princ.

¶ Sed antequam ad vltiora deueniam. Quæro aliqua remedia istis, quæ fiunt erga maleficiatum ad tollendam maleficiam & liberandum maleficiatum. Et primo quæro an liceat impune consulere sortilegiu siue maleficiu ut dissoluat facturas, & liberet ægrosum à maleficio, & si licet an liceat incantare & coniarateimbres, gradines, & fulgures, ne noceant fructibus arboris, aut plantis. Et hic breuiter, aut nos loquimur de iure civili aut de iure canonico primo casu licet impune consulere & adhibere sortilegiu siue maleficiu ad faciendum opera quæ vertuntur in bonum & profut. & non debet quis pro bono opere cruciari. l. eorum §. fin. & ibi Bar. hoc nota expressè. C. de malef. & Math. & hoc est clarum de iure civili sed de iure canonico non licet aliquo modo etiam pro recuperanda corporis sanitate quærere remedia diabolica & superstitiosa licet aliter sanitas ipsa recuperari non possent, nisi per remedia prædicta, ita dicit text. ad litteram in c. admonet. 26. q. 7. & tangit verbu Panof. in c. 2. cōsorsij. vbi potius sanctissimi Pontifices patiuntur bona ecclesiarum furto subtrahere penitus perdi, quam quærantur per remedia & arte huiusmodi, & hinc est quod ecclesia potius tolerat dissimulationem matrimonij & tanti vinculi sacramentalis fracturam, quam quod permittere & concedere maleficiatum cōtrariis maleficiis liberari lex. 24. q. 6. si per fortarias & de frig. & malef. c. si. & ratio huius est: quia magis expedit pati in corporis iactura quam animæ dicitur cap. fin. de sortileg. argu. cap. si. de iure. de maior. & obediens.

Libertatem ar-
bitrii cur
dederit Deus
homini.

Remedia con-
tra maleficiam
& iure cano-
nice interdici-
ta.

& ibi Panor. & omnes scribentes, ad quod ius civile non consideravit, quod principaliter tendit ad conservationem temporariam. *d.c. solite. & not. doc. in d.c. admoneant. & no. etiam in c. nec mirum. §. ad hac. 26. q. 5. quod tene menti.*

¶ Item dicendum est de remediis superstitiosis, ligaturis, & appendiculis; quæ sunt per ipsos sortilegos, siue maleficos, ad sanandum alias ægrotudines non maleficiales: ut est febris, dolor capitis, ventris, & similes quas amovere non licet huiusmodi remediis: & hoc est quod vult dicere tex. *in d.c. nec mirum §. ad hac omnia &c.* ubi dicit quod ad hæc pertinent ligaturæ execrabiliū remedium, quas ars, non commendat medicorum: quibus autem pœnis puniantur, qui præmissa faciunt vel consulunt facientes, *dicitur infra eo. ti. q. 11.*

¶ Præterea non prætermittam hunc notabilem casum, qui sapissimè occurrit in facto maxime apud rusticos: reperitur quidam ægrotus aliqua ægrotudine, non maleficiali, loco medicorum, quorum ut plurimum habent penuriam, adducitur mulier, quæ quibusdam verbis, & remediis asserit velle ægrotum brevissimo tempore liberare: ægrotus verò qui est puræ conscientie dicit, caue, quia nolo curari per remedia superstitiosa, & ab Ecclesia reprobata: quia magis expedit, ut patiar corpus quam anima, *ut supra proximè diximus*: & illa respondet, quod nullatenus dubitandum est de hoc, quia ipsa cum sanctissimis precibus, & orationibus, ac remediis Ecclesiasticum vult ipsum liberare, & incipit facere ligaturam & dicere ægrote: quod dicat cum devotione salutatione angelicam aut orationem dominicam. *s. Ave Maria vel Pater noster*: & ipsa quoque magistra aliquas preces alta voce promulgat, deinde duo vel tria verba dicit submissa voce, quæ nullum sapiunt divini cultus odorem: & licet per illa verba expressa non constet, quod fiat demonis invocatio, tamen non possunt congruè adaptari ad sensum præcedentium verborum: quippe, quia quæ ad illa longè extranea sunt, queritur, an dicta remedia sint reprobata & superstitiosa: & quilibet diceret quod non, ex quo non constat aliquid expressè de malo: sed de bono patet expressè.

Solut.

¶ Solut. tu dic videlicet quod scribit S. Thom. *in sum. q. 101. ar. 11. in 11. de superstitio. & d. 10. ar. 1. in sum. conse. eo. cum de sortil. c. vi.* quod in istis remediis plura sunt consideranda. Et primò considerandum est utrum remedia illa naturaliter tales effectus sanitatis causare possint, quod facile indicabitur consilio medicorum, quod si tales effectus naturaliter concipere possunt non erunt iudicanda superstitiosa, sed vera & naturalia, ex quo medicinæ professio approbat illa: si verò tales effectus naturaliter parere non possunt, sunt omnino illicita & damnata, quia necesse est, quod pertineat ad quædam tacita pacta cum demonibus inita. *ut not. S. Aug. in lib. 21. de civit. Dei & habetur in d.c. nec mirum. §. ad hac omnia. 26. q. 5.* Hoc enim specialiter apparet & cognoscitur secundum ipsos, quotiescunque adhibentur aliqui characteres, seu nomina ignota, aut alia quæcunque observationes, quia manifestum est, quod naturaliter efficaciam sanitatis & expulsiōis ægrotudinis illius habere non possunt: alia sæpe iudicanda sunt superstitiosa & illicita: & ista sit regula firma, per quam facile iudicari poterit an remedia ipsa sint honesta, vel illicita, & superstitiosa: & hæc nota, quia sunt valde vtilia in foro conscientie, & multum conferunt sacerdotibus, his maxime qui laicorum confessionibus incumbunt: quæ enim dicta sunt de verbis, eadem dicenda sunt de breuib. & scedul. quas sæpius faciunt isti incantatores, ut suspensæ deferantur ad collum, siue in sinu ipsius ægroti, ubi, si ultra nomina Dei, alias orationes, & preces, reperiantur aliqui characteres, aut nomina ignota, vel malè sonantia ad præcedentia iudicanda sunt omnino superstitiosa, quia, *sicut dicit S. Chrysostomus*, multi confingunt aliqua nomina hæbraica Dei & angelorum, & alligant, quæ non intelligentibus metuenda esse videntur: cauendum est etiam, ne aliquid falsitatis contineant: quia impossibile esset, quod effectus dictorum operum possit expectari à Deo; qui non est auctor neque testis falsitatis, sed puræ veritatis. *ut habetur Ioan. primo: plenum gratiæ & veritatis: illa etiã breuia reprobata sunt in quibus apparet nomina quædam ignota, ineffabilia & inusitata: vel sub hac conditione traduntur, quod, quicumque portauerit bre-*

*Nominum
barbarorum
confictio.*

Cc

uia huiusmodi apud se nullos timeat hostium incurfus, aut insuitus: vel quod sibi aliquid boni continget, inueniet, vel consequetur, aut aliquid aliud simile: omnia ista sunt ab Ecclesia reprobata, merito damnabilia, & punienda: vid. d. lo. loc. in sum. confes. x. c.

G A P. VII.

SYMMARIVM.

- 1 Sortilegi, & Strigimaga, siue Lamia an vere & corporaliter deferantur a diabolo quouis voluerint.
- 2 Diabolus potest somnia & imaginationes in humanis mentibus imprimere.
- 3 Febris est morbus naturaliter in humano corpore causatus.
- 4 Striga & malefica sunt extra protectionē Ecclesie.
- 5 Diabolus summopere nititur Christianos a vero cultu auertere.
- 6 Angelus quid proprie dicatur.
- 7 Corpora a Demonibus assumpta an sint vera vel fantastica.
- 8 Corpora a demonibus assumpta ex qua materia sint.
- 9 Corpora a demonibus assumpta an virtutem habeant generatiuam.
- 10 Sperma hominis oritur ex purissima substantia cibi iam digesti.
- 11 Sperma non generatur in corporibus a demonibus assumptis.
- 12 Demon potest assumpto corpore coire & generare. Filius ex demonis coitu generatus cuius filius dici debeat.
- 13 Dæmones multa agere eorum natura possunt: sed a diuina maiestate impediuntur.

- 14 Dæmones non faciunt miracula, sed bene angeli boni & homines.
 - 15 Miraculum est testimonium diuine virtutis.
 - 16 Dæmonis virtus vehemens est & acuta.
 - 17 Dæmones possunt in homines dupliciter operari.
 - 18 Dæmones possunt Deo permittente in corporali specie hominem de loco ad locum deferre.
 - 19 Diabolus an naturaliter Christum super pinnaculum templi detulerit.
 - 20 Spiritus siue angelicus siue humanus multa est potentia.
 - 21 Rei siue quilibet dicitur moderator & arbiter.
 - 22 Magi Pharaonis an arte sua virgas veraciter verterint in serpentes veros, non illusorios.
 - 23 Animal brutum an arte diabolica & magica loquatur.
 - 24 Asina balaam qua virtute ipsum fuerit bis allocuta.
 - 25 Simulachrum fortune quondam Roma habitum locutum fuisse Valer. Max. refert.
 - 26 Sortilegium primo profuentes quam obseruent solemnitatem.
 - 27 Sortilegium profuentes sub qua forma diabolum adorent.
 - 28 Ratio legis principaliter est attendenda.
 - 29 Striga & apostata differunt.
 - 30 Apostatarum species sunt dua.
 - 31 Apostata quo casu sit deterioris conditionis heret.
- Capitulum primo quæro an isti Sortilegi & Strigimaga siue Lamie vere & corporaliter deferantur a dæmone, vel solum in spiritu. Res. quæst. ista est multum ardua & famosa. Doct. vtriusque facultatis tenet, quod deferuntur in corpore: sed dicitur deluduntur in spiritu, per tex. in capitulo Episc. vige-

simi sexta. q. 5. ex quo textu videtur firmiter probari illa opinio. Theologi verò tenent contrarium, quòd dæmon potest deferre corporaliter hominem viuentem de loco ad locum vero motu locali: & per consequens quòd deferret istas lamias siue strigas corporaliter: ut supra: quam opinionem rationibus, auctoritatibus & exemplis preclatè demonstrant: ego verò vtranque referam, demum superaddam opinionem meam. Fundamentum, ut dicitur, prioris opinionis est textus in dicto. c. Episcopi. vbi dicitur, quòd quadam scelerata mulieres retrò post Sathanam currensa dæmonum illusionibus & fantasmatibus tam graviter seducta sunt, quòd credunt se & proficentur cum Diana de paganos nocturnis horis, vel cum Herodiano, vel cum innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias: & multarum terrarum spacia in tempesta noctis silentio pertransire, eiusque illusionibus obcdire, velut domina, & certis noctibus ad vius seruitium euocari. & in fine dicitur, quòd Dæmon quam priuim mentem cuiuscunque mulieris caperit, & illam per infidelitatem subiugauerit, illicò transformat se in diueras species personarum, & mentem quam captiuam tenet in somnijs deludens, per quaque deuisa deducit: & cum solus spiritus hac patitur, infidelis hac non in spiritu siue anima: sed in corpore euenire opinantur. Deinde subiungitur ratio. Quis enim in somnijs & nocturnis visionibus non extrinsecipsum delucitur: & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat? quis verò tam stultus & hebes sit qui huiusmodi omnia, quæ in solo spiritu sunt, etiam in corpore accidere arbitretur? Hæc sunt quæ in effectu dicuntur in d. c. Episcopi. per quem text. dicitur manifestè probari, quòd istæ mulieres strige, siue strigimaga, & strigones (ut vulgariter loquar) & ceteri qui sunt maleficæ professionis, non in corpore, sed in spiritu duntaxat deferuntur: hoc est, qui in somnijs deluduntur à dæmone, & omnia quæ ipsi vel ipsæ asserunt corporaliter vidisse, tetigisse, fecisse, & presentialiter interfuisse, omnes sunt illusiones dæmonum præstigiolarum, & figuræ apparentes oculis intellectus & mentis iam captiuatæ ipsorum virorum siue mulierum: quas figuræ & apparentia signa, ac operationes illas diabolus tam subtiliter & diligenter accommodat, quòd vnusquisque, qui illa videt in somnijs, oculo mentis verè &

Deportatio
Sortilegarum
non est realis.

Delatio Stri-
gum præstigio-
sa.

corpore

corporaliter vidisse non dubitet, imò reueat & firmiter credat more somniantis: & tamen verè corpus non mutatur de loco.

Præterea dicunt ipsi, si esset verum, quòd Dæmon deferret hominem corporaliter de loco ad locum tam veloci motu ad remotissimas partes, sequerentur plura inconuenientia, & maxime hoc quia posset ad libitum suum trahere quoscunque etiam inuitos, & illos deferre ad extranea & deserta loca, & compellere illos ad peccandum, aut malè tractare eosdem: vel etià quoscunque cupidos perficere longum iter breuissimo tempore posset illos apprehendere per aërem corporaliter ictu oculi, & deferre vsque ad locum ipsum ad quem peruenire desiderant, & sæpius hoc faceret, quoniam ex his multi reperiuntur, qui velent euolare si posset. hi maxime qui magnorum principum secreta & ardua negocia tractant: imò posset etiam trahere hominem ad infernum: & sequeretur diuinæ legis destructio: quia data possibilitate in vno quò ad materiam corporalis delationis, sequitur in omnibus alijs, quæ sunt eiusdem ponderis & qualitatis: ut dicit Sanctus Thom. in trac. q. prima partis q. 5. in titu. de mira. q. 16. art. 9. & 10. titulo de dæmon. quam potestatem, licet Sathanas habebat tempore legis antiquæ ante Christi incarnationem & passionem: tamen per mysterium mirabilis passionis, illa potentia quam habebat Sathanas illius duplicis manus atrahentis & compellentis, partim fuit totaliter abscissa & remota: partim verò debilitata siue ingustata: ut alias dicimus supra. q. præcedenti ad eò quòd hodie non potest ista miracula facere, nec hominem deferre, aut compellere ad malum: secundum quòd concludit sanctus Bonavent. in ij. sentent. distin. 19. q. ij. nume. 22. 23. Item sequeretur aliud: quòd quotiescunque isti Sorilegi & malefici velent aliquem incarceratum, crimine capitali à furca vel ultimo supplicio liberare, posset vtiq; ad ipsorum libitum hoc facere, si dæmones posset aliquem corporaliter deferre: quia isti magi mandarent dæmoni, vtdictum incarceratum apprehenderet, & extra carceres incoluimem deferret: quòd esset valde mirabile si esset verum: quia isti essent domini dominantium, quinimò ipsimet dum

Rationes contra transfusionem diabolicam.

capiuntur pro ipsis criminibus sortilegiorum: si possent à Dæmone corporaliter deferri, semper facerent se deferre extra carceres, & euitarent pœnas corporales, adeò quòd rarissimi, aut nulli ipsorum perirent: & tamen videmus contrarium, quòd ipsi malefici tota die capiuntur, cruciantur mille tormentis, suspenduntur laqueo, concremātur igne, & multis alicuius suppliis afficiuntur absq; aliquo impedimento: vnde sequitur, quòd ipsorum corpora non sunt in Dæmonis potestate, sed animæ solùm.

¶ Nec est mirandum, si ea, quæ istæ strigimæ & alij similes vident oculo mentis, in apparentia, siue in imaginatiua intellectus dormiendo, asserunt verè & naturaliter vidisse, & corporaliter interfuisse: quia sæpe videmus quòd somniantes adeò verisimilia putant ea, quæ prius viderant esse in somniis, vt pro veris quandoque illa promulgare non dubitent adeò firmiter insistant in illa opinione. Si enim vapores & fumositates ciborum ex stomacho insurgentes ad cerebrum similes effectus & somnia causare possunt (vt medici testantur) quātò magis Dæmon potest apparentias ipsas humano intellectui representare & demonstrare mille rerū species, quæ nullæ sunt: hoc enim negat nemo.

Febris quid sit

¶ Præterea si febris, quæ est morbus naturalis, & ex indispositione elementorum corporeorum vt plurimum causatur, & est calor mutatus in ignem, vt inquit Gale. in prior. parte aphorif. 6. c. qui aggrediens quandoque partes illas cerebri intellectiuas, adeò illas vehementer apprehendit & præoccupat, quòd inducit phrenesim, ita quòd ægrotus vigilando & loquendo in meridie efficitur phreneticus, & ex sano intellectus efficitur insanus, demens, furiosus: & dum plures adsunt non veretur fatua quedam & extranea loqui & affirmare pro veris, item videre multa, quæ nulla sunt in veritate: si enim accidentia huiusmodi in animata permurant hominis intellectum, ita tenaciter & verisimiliter, quātò magis Diabolus, qui est substantia spiritalis, & creatura Dei animata, sensibilis, & ingeniosa potest istas imaginationes & apparentias demonstrare humano intellectui:

quia

quia cū sit incorporea potest partes illas imaginatiuas intellectus præoccupare, & demonstrare per apparentiam aliqua esse, quæ in veritate nulla sunt, naturaliter & adeò veri similiter, quòd quis putet etiam medio iure iurando affirmare vera esse & interuenisse, quæ nulla sunt vera neque naturalia: vt d. c. episcopi.

¶ Sit ergo conclusio istius opinionis, quòd istæ mulieres strigæ nuncupatæ, aut viri eiusdem professionis non deferuntur à Dæmone in corpore aliquo pacto, sed daturat deluduntur in spiritu. Quæ opinio exemplo etiam comprobatur. Quidam maritus ex oppido quodam agri Sabiniensis habens vxorem maleficam siue strigem (vt vulgariter dicitur) de quo tamen crimine maritus non habebat certam notitiā: sed suspicabatur satis de ipsa interrogata quantoque ab ipso, nusquid esset verū, quòd ipsa esset talis professionis & sectæ: semper mulier ipse audacter negauit; deinde paulatim crescente fama cōtra ipsam de isto crimine, quam maritus ex plurium virorum fide dignorum testimonio & relatione perceperat, quòd dicta vxor multum strictè conuersabatur cum quibusdam aliis mulieribus: quæ erant strigæ, & maleficæ pulicæ, & quod interueniebat cū eis ad multa turpia maleficia: & ad congregationes etiam nocturnas: vnde maritus decreuit velle animum suum declarare & ipsam in flagranti apprehendere, & cepit inuigilare pluribus noctibus magna cum diligentia & attentione: & ita stetit vigilans duodecim noctes vel circa: vt videret si ipsa de nocte veniret ad ludum Dæmonum, vel ad faciendū aliquod maleficium, & singulis noctibus obseruabat inquirendo lectum, ostquā vxor venerat dormitū, si reperiebat ipsam penetrare locum vacuum, & semper illam aduenire, & manus palpare, quæ apud ipsum iacebat. Deinde mulier ipse paucos dies vnā cum quibusdam aliis mulieribus strigæ & maleficis captā & incarceratā fuit: quæ vnā cum aliis examinata, demum confessā est venisse ad ludū vnā cum aliis mulieribus incarceratis eius sociis, tali die vndecimæ mensis &c. & tali nocte, & hora & c. id ē conuerso facturā alię. Maritus vero volēs vxorem defendere assererat se grauissimam iuramentum

Strigæ nullo modo deferuntur in corpore.

Confessio Maleficæ.

Maritus vxor
v. Maleficam
defendere co-
natur in ius-
ticio.

to, quod illa nocte, de qua dicebatur, & illa hora maxi-
me vxor sua erat in lecto, apud ipsum iacens, & quod illa
studiosè reigrit non semel tantum: sed iterum & pluries:
& allocutus fuit cum ea, ergo sequitur quod corpus non
patitur neque mouetur à Dæmone: sed solus spiritus hæc
patitur per dictas illusiones.

¶ Contrariam tamen opinionem quam Iphres ex cel-
lentissimi viri tenuerūt, quod imò verè & naturaliter de-
ferantur in corpore: & hanc opi. omnes ferè Theologi
sequuntur. S. Bonauen. in 4. sent. dist. xix. q. 3. Aug. in lib.
10. c. 21. de ciuit. Dei. S. Thom. in sum. secunda secunda. q.
xcv. arti. 5. in tit. de supersti. & idem Thom. in trac. qq. pri-
ma partis. q. 8. in tit. de mira. c. q. 16. ar. 5. & 6. in tit. de Da-
mon. & quidam Modernus Theol. magister Syluest. prier.
in quodam tractatu quem nuper edidit de Strigi. Dæmon.
miran. lib. 1. s. penul. c. 1. vbi nō tert. expresse, quod
possunt corporaliter deferri atque deruntur à Dæmo-
ne ea maximè ratione, quia Dæmō natura sua, & secun-
dum eius vires & potentiam naturam potest mouere
& portare corpus longè etiam magis ponderosum quàm
corpus hominis de loco ad locum motu locali, Deo tam-
en permittente & non aliter: satis isto casu Deus
videtur permittere quando Dæmoni non resistit in istis
operibus, quod non resistat, sed ermittat, patet quia &
viri & mulieres, qui fecerunt hoc professionem saltem
expressam, vt faciunt commuter omnes istæ strigæ &
maleficæ, quæ omnes sunt extra gremium Ecclesiæ & à
communione fidelium penitus alienæ de quibus Deus
& Ecclesia nullam penitus iram gerit, & habentur si-
ue reputantur pro creaturis diaboli: vt nos. 26. quæst. 2. qui
sine Saluatore. c. q. 5. d. cap. p. in prin. & pluribus aliis
rationibus & auctoritatibus, de quibus latius per eos in lo-
cis prædictis concludent in effectu Dæmonem deferre
posse hominem de loco ad locum motu locali verè &
corporaliter. & respondent ad dictum c. Episcopi, quorum
responsio hoc concludit in effectu, quod ille rex loquitur
de alia secta mulierum longè diuersa ab ista. Ego autem
olim adhaerebam priori opinioni per tex. in d. cap. Episcopi
nihilominus post longa rerū experientia, & causarū
huiusmodi multitudine ne propter multas ac varias earū
opera

Ratione pro-
batur transue-
sio realis.

operationes & exempla quorum aliqua vidi, aliqua ve-
ro à fide dignis accepti sum modo istius secundæ opinio-
nis quod deferantur in corpore. Pro cuius declaratione
præponam. Primò aliqua euidencia. Secundò funda-
menta quedam declaratiua. Terriò nonnulla exempla
subiiciam pro corroboratione. Quarto responde-
bo ad ea quæ dicuntur supra pro priori opinione &
& maximè ad d. c. Episcopi. Quintò & vltimò deducam
inconuenientia quedam, quæ sequerentur tenendo prio-
rem opinionem. Primò igitur pro euidencia præsuppono
vnum, quod est tritum apud omnes Theologos & cano-
nistas, quod Diabolus inter alia desideria quæ ipse ha-
bet hoc vnum tener, quod summopere desiderat ab
homine adorari: & sicut Deus maxima cum veneratione
cultum habere, & in hoc vehementer saragit vt Christia-
nos à vero diuino cultu auerrat, & illos obediētes at-
que deuotos suæ potestati subiiciat: vt ab eis cultum ip-
sum recipiat: ita dicit. S. Aug. lib. 10. de ciuit. Dei. relatus
per sacros canones in c. nec mirum §. magi. c. sequen. 26.
q. 5. & S. Bonauen. in 4. sent. dist. 19. q. 3. S. Thom. in sum.
secunda secunda. q. xcvi. arti. 5. in tit. de supersti. in quo
quidem cultum eundem ferè, ritum & ordinē tener, quē
in vero cultu diuino obseruat ecclesia, & non solum cir-
ca res & mysteria verum etiā quo ad personas, sicut enim
ecclesia & Christiana religio admittit plures viros diuer-
sæ congregationis, habitus, & nominis sicut est congrega-
tio & religio sancti Benedicti, quæ est monachorum: & ordinibus
item sancti Augustini, Dominici atque Francisci & alio-
rum, qui licet sint diuersi nominis & habitus, & circa
modum viuendi diuersas regulas obseruent: tamen quò
ad diuinum officium scilicet horas ordinatas & Missa-
rum celebrationem, & alia pia opera omnes tendunt ad
eundem effectum scilicet laudandi Deum & orandi pro
proximæ suæ salute & proximi: eodem modo Sathanas sub
sua diabolica religione recipit plures professos diuersæ
professionis, habitus, & nominis, qui habet diuersos ritus
& mores: tamē in effectu omnes tendūt ad idē scilicet ad
laudandū & venerandū diabolum infernalem, & illi bonā
fidelitate & homagiū continuandū, & hoc est quod dicit
tex. in c. excommunicamus in prin. Et primum & secundum

Strigis dese-
runtur in cor-
pore
ex §. ratiōni-
bus.

Cultus Da-
monis obser-
uatur istam
sæ congregationis,
habitibus
& ratiōibus
& ordinibus
ac inter Chri-
stianos
Catholicos.

de hæreti. facies quidem habentes diuersas, caudas autem adinuicem colligatas: quia de veritate omnes conueniunt in idipsam: de quibus quidem diuersis nominibus: ac diuersorum ordinum professoribus sub eadem religione constitutis, diximus supra latius eodem titulo. q. ij. Secundo euiden. aliter, præsuppono quod Angeli, tum boni, cum mali secundum Philosopherum & communiter Theologos sunt substantiæ, quædam spirituales, intellectuæ mobiles arbitrio, & incorporeæ, quæ non dependet à corpore. nec quod ad sui principium, nec quod ad finem & non habent corpora naturaliter sibi unita. ita dicit S. Tho. in. irac. qq. disputat. prima parte titu. de mira. q. vi. & licet non habeant corpora naturaliter sibi unita possunt tamē quâdocunque volent assumere diuersas corporeas formas, & cum illis diuersimodè hominibus apparere, & multas naturales operationes in assumptis corporibus huiusmodi efficere: ut idem Thom. testatur eo ti. q. vij. & S. Aug. in. ij. de trinit. & idem Aug. xij. c. super genesi. Sed dubitatur, an corpora huiusmodi sic assumpta sint vera & naturalia corpora, vel fantastica & apparentia: Sol. dic quod non sunt vera & naturalia ex caræ, ossibus, & nervis formata: sed sunt quasi naturalia, & similitudinaria, & licet habeant in se aliquas operationes naturales, sicut est motus localis, locutio, delirio, comestio, potus, quamuis ista duo vltima sint naturalia, quæ ad principium tantum, non quod ad finem: quia cibi & potus assumptio fit naturalis in eis: sicut in homine: digestio verò nulla fit, quia substantia cibi & potus non conuertitur in nutrimentum talis assumpti corporis & licet plures habeant ex ipsis operationibus naturalibus, non tamen omnes habent sicut est crescere, pinguescere, nutrire, macerari, dormire, audire, generare & similia ista non habent, nec alia, quæ mutant formam dicti assumpti corporis, sicut esset etiam egrotari, pallescere, similia quæ quidem corpora non dicuntur esse perpetuè & naturaliter unita dictæ substantiæ spirituali sicut est unio animæ ad corpus humanum: sed est qualis qualis unio, & adhærentia quædam sicut moti ad mobile, vel figurati ad figuram.

¶ Deinde videndum est ex qua materia corpora ipsa dicuntur

dicuntur esse cõposita seu fabricata, an ex aliqua materia elementari simplici vel cõposita, aut ex alia substantia separata. dic, quod ex quolibet elemẽto cõfici possunt, nihilominus magis cõmuniter sunt aere, quæ ipsi angeli possunt facilius inspissare, & ingrossare, & corpus ipsũ formare: deinde in eorũ resolutione, dum à spiritu separantur similiter fit facilior resolutio: quia resoluuntur in fumũ & vapores: ut idem Thom. comprobatur eo. titu. quæst. vij. in. fo.

¶ Et quod dixi corpora huiusmodi non habere virtutem generatiuam est verum in angelo bono utroque modo ex quo nullã habet operationem generandi: nec quo ad potentiam neque quo ad actũ: quia hoc non conuenit nature angelicæ quæ coitum ipsam & omne aliud peccatum penitus abhorret cuius est quodammodo incapax.

¶ Dæmones verò bene possunt in assumptis corporibus generare, quippe quia in coitu carnali, sicut in aliis peccatis, summopere delectantur: si qua tamē generatio ex illorum coitu succederet, illa non prouenit ex semine illius assumpti corporis, quod nullum habet in se: quia ex quo non habet virtutem digestiuam non habet etiã virtutem generatiuam, quia caret sanguine: nam sperma oritur ex purissima substantia cibi iam bene digesti. ut inquit Auic. fen. xx. in. irac. p. c. ij. vbi dicit, quod sperma est superfluitas digestionis quartæ, quæ fit cū oibus dispartitur in membris residendo à venis tertia digestionem iam completa, & est de summa humiditatis proxima coagulationi, ex qua nutriuntur mēbra dura & vena arteriæ. Istæ enim operationes naturales non cõueniunt corporibus assumptis per Dæmonem, quia non sunt naturalia, idè non faciunt sperma, nec possunt per se ipsa virtute propria generare. Diabolus igitur in coitu generat ex spermate alieno scilicet alicuius viri in sõntis polluti aut etiam in vigilia quotiescunque Dæmon in forma succubi se transformatur: id est in forma mulieris & habet coitum cum viro: tunc recipit formam viri: & quanto citius velocissime accedit ad mulierem in forma scilicet viri, & assumens coitum cū ea incomitit dictum sperma in natura & matrice mulieris, & inde sequitur prægoantia mulieris infantis: & generatio,

Angelorum
definitio.

Corpora à
Dæmonibus
assumpta
an sint
naturalia
aut
apparentia.

Spermatis
ortus.

Sperma non
generatur
in
corporibus
assumptis.

*Filius ex coitu
Damonis na-
tus quomodo
dicuntur.*

*Angeli opera-
tiones in as-
sumptis corpo-
ribus.*

ratio, ac si mulier cum naturali viro coitum habuisset, tamē infans ipse si oriatur nō diceretur esse filius Damonis: sed illi⁹ cui⁹ erat sperma, ita firmat cōmuniter Theologi. S. Aug. in *ij. de trinita. c. xxi. de civi. Dei. c. 8.* S. Tho. in *dicto tra. qq. in prima parte sit. de mira. q. viij. ver. ad primū.*

¶ Conclufiue igitur dico in hoc secundo evidenti, quod Angelus tum bonus, cum malus in assumpto corpore regulariter retinet & operatur omnes illas operationes naturales, per quas non alteratur forma assumpti corporis: sed remanet in esse suo & in eadem proportione figuræ & formæ: omnes verò operationes per quas alteratur forma siue figura corporis prædicti, de quibus supra diximus, sunt illis prohibita ratione prædicta. ita firmant ipsi Theologi in locis prædictis: sed deferre corpus aliud pondus de loco ad locum, motu locali, non immutat formam dicti assumpti corporis, ergo sunt capaces istius operationis.

¶ Tertio præsuppono, quod angeli. i. Dæmones multum facere possent secundum eorum naturalem virtutem & potestatem, quæ tamen facere non possunt; diuina providentia ipsos reprimente, eorum operibus resistente: & sic maiora possunt in habitu & potentia, quam in actu. ita idem Tho. in *trac. qq. q. v. t. de mira.* & Aug. in *ij. de trinita.* ubi dicit, quod angeli mali quædam facere possunt eorum virtute & potentia naturali, si permittentur à Deo, quæ idè facere nō possunt: quia nō permittuntur: impediuntur itaque quandoque ab illis agendis ad quæ eorum naturalis virtus se extendere potest: idè etiã cōprobat. S. Bon. in *ij. senten. lib. ij. disti. vij.* ubi latè disputat de virtute & potentia Dæmonum, quam habent respectu creaturarum, quid possint, qualiter, & quantum possunt & quantum eis permittitur à Deo, ubi enumerat plures operationes naturales, quas Dæmon facere potest tam in assumpto corpore quam sine eo.

¶ Quarto & vltimò præsuppono, quod licet angeli boni & homines quandoque per fidem & diuinam gratiam operentur miracula & faciant aliqua, quæ sunt vitra eorum naturalem virtutem & potestatem: dicit S. Aug. in *ij. de trinita.* Dæmones tamen miracula aliqua operari non possunt, vt sint vera miracula: quoniam miracula

ipia sunt per gratiam & donum Dei: quia est diuina virtus in effectu, quæ miracula facit mediante persona & instrumēto angelico, siue humano sicut gratia prophetandi tradita fuit sanctis prophetis simplicibus & ignorantibus: vt refert S. Grego. in *ij. dialogo: c. 1.* & idem Grego. in *prima homel. sup. Ezech.* Miraculum enim siue operatio miraculosa est quoddam diuinum testimonium indicatiuū diuinæ virtutis & veritatis: vt dicit S. Tho. in *d. trac. prima parte. q. v. de mira. ver. respondeo quod si demonibus,* quorū est tota voluntas ad malum, potestas hæc daretur à Deo faciendi miracula, Deus ipse falsitatis eorum testis existeret, quod diuinæ bonitati penitus incongruit. Concludendum est igitur, quod Dæmones non faciunt nisi ea, ad quæ eorum naturalis virtus se extendit & diuina voluntas nō refragatur sed permittit: vt idem Tho. hæc eadem testatur ibi. Virtus enim Dæmonis est adèd vehemens & acuta, quod multa opera quæ ipse facit, eius virtute & industria, & ex rebus naturalibus adèd bene componit & velociter exequitur, quod homines, qui illa vident, dicunt esse miracula, licet in veritate non sint. Possunt ergo Dæmones mirabiliter in nobis dupliciter operari, nō modò per verã corporis transmutationem, quando fit vera mutatio corporis. Alio modo per quandam illusionem sensus ex aliqua immutatione imaginationis: neutra tamē operatio est miraculosa, sed per modum artis & nature composita. vt ibi vide in *d. q. v.* Quibus sic præsuppositis, dico, quod Dæmones Deo permittente possunt in assumpta corporali forma hominem deferre verè & naturaliter de loco ad locum motu locali, & per cōsequens illas strigimagas, & sortilegos professos deferant ad nutum in naturali formã ad quæcunque loca: quod dictum probatur primò ratione per ea quæ not. S. Tho. in *trac. qq. in prima parte. q. xvi. ar. x.* ubi dicit. Quod in actionibus virtutum actiuarum considerandus est ordo rerum, qui non solum attendit secundum naturas ipsarum rerum: sed etiam secundum earum motus. Habent enim & ipsi motus quandam ordinem adinuicem, qui dupliciter consideratur, vno modo secundum propriam rationem, & secundum hoc motus localis ad alios motus duplicem habet comparationem. Prima est, quia ipse motus est primus motus

*Miraculi de-
iunctio.*

*Dæmonis vir-
tus acutissi-
ma.*

Pauli Grillandi

414

Modus loculis
ad alios du-
plex sibi confi-
deratio.

tuum secundo. quia per motum localem minima varia-
tio fit circa mobile. nam cum per alios motus varietur
aliquid, quod est intrinsecum rei, puta qualitas, quan-
titas, accidens, aut forma substantialis per motum istum
localem variatur solum corpus. secundum aliquid ex-
trinsecum, quod est ipse locus, per cuius mutationem
non mutatur nec alteratur res in substantia, vel in acci-
denti, aut alia qualibet eius qualitate intrinseca: & quan-
tum ad hæc secundum prædicta competit quod corpora
moucantur à substantiis spiritualibus motu locali fa-
cilius & immediatius quam aliis motibus. Alio modo
consideratur ordo motuum secundum ordinem mobi-
lium: sicut enim motus cæli est prior motu corporis ele-
mentaris, ita motus corporum cælestium est prior motu
corporum inferiorum respectu ordinis, & secundum hoc
competit superioribus substantiis spiritualibus mouere
superiora corpora cælestia: ita etiam inferiores substan-
tiæ spirituales, quæ sunt Dæmones respectu peccati &
priuationis gratiæ conuenit quod mouere possint, &
moucant corpora inferiora, siue humana sint, siue alia
quia data possibilitate in vno per consequens datur:
omnibus aliis: his maximè, quæ sunt eiusdem ponderis
vel magnitudinis: vt dicit idem Thom. in d. ii. de Dæmon.
q. xvi. art. x. in fine & habetur per S. Aug. in 3. de Trini: vbi
dicit quod Dæmones colligunt quædam semina, ex qui-
bus formant species qualdam siue animalia viuientia, quæ
fieri non possunt absque corpore mobili: ergo mouere
possunt corpora inferiora de loco ad locum motu locali.

¶ Secundo probatur hæc opinio auctoritate sacri Eua-
gelij Matth. 2. c. vbi Diabolus in assumpta humana for-
ma tentando Iesum in deserto adduxit illum in sanctam
ciuitatem: & statuit ipsum supra pinnaculum templi,
quod est locus quidam excelsus & eleuatus: super quo
Doctores antiquæ legis prædicabant & doctrinam legis
prædictæ publicè populosque docebant, vt dicit S. Tho.
in glo. sup. d. c. 4. in vers. Diabolus adduxit. vbi dicit, nota
quod omnia opera illius tentationis corporeis sensibus
completa fuerunt, quia Diabolus tunc apparuit Christo
in forma humana: & liceo duæ sint opi. Theologorum se-
per illo puncto, qualiter Christus statutus fuerit super illo
pinnaculo

Dæmon in
forma hu-
mana an rea-
liter detule-
rit Christum.

pinnaculo, an per declarationem Dæmonis, vel quod ipse
per pedibus propriis ascenderit medianibus diabolicis
persuasionibus: verior tamè opinio est illa, quod fuerit
portatus à Dæmone: scilicet eleuatus de terra, & vnico
ictu siue momento fuerit positus in loco prædicto: & hæc
intelligentia magis conuenit literæ Euangelij, dū dicit,
statuit, quod idè est sicut posuit, siue constituit: vni enim pe-
dibus propriis Christus ascendisset ad Dæmonis perlua-
siones, rex dixisset adduxit, sicut dixerat supra, quando
illum adduxit in sanctam ciuitatem. vide S. Tho. in d. glo.
Alber. Ma. super d. 4. & S. Bonauen. in 2. sen. lib. 2. dist. 7. per
totum. quod manifestius demonstratur: quod Christus
delatus fuit à Dæmone ex eo, quod omnes Theologi fir-
miter ibi cō ludunt, quod Christus dum statueretur su-
per dicto pinnaculo reddidit se inuisibilem circūstanti-
bus qui ibi aderant, ne insurgerent clamores in populo,
perantes miraculosè Christū ascendisse locum: qui si pro-
priis pedibus naturaliter ascendisset, nõ erat opus quod
se inuisibile redderet, ex quo nihil mirandum fecisset, fa-
tendū est igitur quod Diabolus ipsum assumpsit de terra
& raptim vnico ictu statuit illum super dicto pinnaculo.
Cum itaque Dæmon portauerit Christum in vero cor-
pore, qui erat Deus & homo: & verum corpus humanum
habebat ipsumque mouit de loco ad locum etiam sur-
sum quod difficilius est motu locali, Deo permittente
nulla ratio diuersitatis redditur, quare non possit etiam
Deo permittente portare homines istos, ipsosque mouere
motu locali ad nutum de loco ad locum eo maximè ac-
cedente hominis voluntate secundum ea quæ diximus
supra in ij. euidentiali. Tertiò probatur sic, si humanus
spiritus, qui est anima: quæ est inclusa in isto carcere ter-
reno corporis humani habet vires mouendi corpus ip-
sum de loco ad locum: ascendendi, descendendi, curren-
di, saltandi, sistendi, & aliud quoque corpus supra suum
portandi ad omne eius libitum, quæ est minus potens
natura angelica: vt dicit S. Aug. in 3. de Trini. & S. Thom.
d. q. xvi. art. 10. quanto magis Dæmon, qui est substantia
spiritualis libera & soluta, nullòque premitur ponde-
re carnis, quis neget quod similes operationes na-
turales & longè maiores in assumpta corporali for-
ma

Christus
diabolus de
terra eleuatus
est.

Spiritus om-
nes multa
sunt potentia.

ma

ma diuina potentia non reprimente operari non possit: certè nemo: & quòd ipse Dæmon sit longè maioris roboris quàm homo, imò pluribus hominibus, simul haberetur per S. Aug. in lib. 10. de ciuit. Dei relaxum 26. q. 5. cap. nec mirum §. super hoc. non est igitur mirandum si Dæmon corpus humanum per æthera portare possit, & quàm velocissimè, dummodo diuina voluntas sibi non repugnetur ad quæ faciunt ea, quæ diximus supra in 4. evidentiali & qua dicemus infra in seq. membro.

Quisque re-
rum suarum
moderator &
arbitrator est.

¶ Quarto dico, quòd vnusquisque eorum quæ sua sunt est bonus moderator & arbitrator. in re mandata. C. manda. & de rebus propriis quisque potest ad libitum suum disponere, imò ab ipso Domino auferri non potest absque eius libito voluntatis. *Id quod nostrum est. ff. de reg. in l. si. ff. de pac. & per Bar. in l. iuris gentium. ff. eo. tit.* Itz enim strigimæ, magi & sortilegi per illam professionem effecti sunt Dæmonis creaturæ, eo quòd sponte sua sub illius imperio & potestate se subiecerunt vt latius supra diximus in 2. & 3. q. ergo sequitur quòd Dæmon de ipsis, siue in anima, siue in corpore, ad eius libitum quicquid vult disponere potest Deo permittente, qui in hoc Dæmoni nullum præstat impedimentum: sed relaxat sibi arbitrium & libertatem virium suarum: in istos dico professos, non autem in alios secundum quòd dicit S. Aug. in lib. 10. de ciuit. Dei. & in 4. de Trinit. & S. Thom. d. q. 16. art. 9. & 10. & habetur in d. Episcopi. ibi mentem quam Diabolus captiuatam tenet per quæquam denia ad eius libitum deducit &c. Ex quo enim ipsi scilicet Deum reliquerunt abnegantes fidem Catholicam & totum Christianæ religionis cultum, non est dicendum quòd Deus amplius ipsos protegat, vel de his curam aliquam habere velit: sed illos dimittit penitus sub potestate & arbitrio Sathanæ, postquam illi sponte & sub eius imperio se subiecerunt: & eum principem habere voluerunt: cum sint igitur extra communionem fidelium, non sunt amplius oues Christi, quæ fuerunt traditæ in custodiam Petros: sed sunt oues externæ scilicet Diaboli: vt habetur in c. firmissimè. & in c. excommunicamus in princ. extra de hæreti. & d. c. nec mirum. 26. q. 5. & eadem causa. q. 2. qui sunt Saluatoris nimirum: ergo si Dæmones illos deferunt etiam

Qui sunt ex-
tra commu-
nionem fide-
lium non sunt
amplius oues
Christi.

etiam in corpore primò: quia respectu substantiæ spiritualis adest potentia naturalis: secundò quia respectu diuinæ maiestatis nullum præstat impedimentum: vt concludunt Theologi in locis supra notatis.

¶ Quintò probatur hæc conclusio ex maiori, per ea quæ habentur Exod. 7. c. vbi dicitur quòd magi Pharaonis arte Dæmonum conuerterunt virgas in Dracones & fuerunt veri Dracones non autem superstitioni nec illi-
forij vt dicit S. Aug. super glo. ibi dicens quòd Dæmones hoc facere potuerunt eorum virtute naturali per aliquas potentias naturales seu per quædam semina collecta, quæ habent vim putrefaciendi ligneas virgas & conuer-
tendi in lubricam draconis speciem secundum quòd dicit S. Aug. in 3. de Trin. quem refert & sequitur S. Thom. in dict. trac. qq. q. 10. ver. ad octauum in tit. de mirac. vbi dicit quòd licet ista apud nos videantur esse miracula: quia humana virtus ista non capit, nec se extendit ad illa: tamen quòd ad secreta naturæ & Dæmonis intelligentiam non sunt miracula imò opera ipsius naturæ Dæmonis industria fabricata. Item no. aliud mirabile Dæmonis arte factum legitur in sacris literis, quòd Simon Magus arte Dæmonum canes loqui faciebat nec dū est annus elapsus, quòd casus iste euenit in factu Romæ, vbi mulier quædam magica verula quæ Francisca Senensis dicebatur artis diabolicæ plurimum perita, canem quendam magnæ staturæ nigrum totum secum ducebat quem post nonnullas preces reuerenter emissas loqui admodum faciebat, & voce quadam velut humana articulata proferebat, quæ audita fuerunt à pluribus: & maximè à quodam Sacerdote præbytero, qui rem ipsam propalauit Domino Almæ Urbis Senatori qui de mandato S. D. PP. adiuncto sibi Reueren. D. Locum tenente Vicarij sui vnà cum quibusdam alijs viris maximæ doctrinæ & experientiæ, mulierem ipsam solenniter examinarunt: & comperto facinore flammis publicè consemperunt ipsam: quæ canis loquela duplici modo fieri potuit secundum Tho. d. q. 5. de mirac. aut quòd Dæmon assumpserit corpus in forma canis omnium partibus suis bene proportionatum: & locutus fuerit: aut quòd esset canis verus & naturalis: & Dæmon per impulsium aëris motu locali sonum quæ-

Magi Pharaonis an conuerterint virgas suas in veros Dracones.

Canis loquela.

dam formauerit similitudinem literatæ, & articulata vocis habentem. & hoc modo etiam dicitur quod Asina Balaam allocuta fuit ad ipsum duabus vicibus, habetur Num. xxij. cap. vbi Asina ipsa, que portabat Balaam, ibat ad regem Balaac qui miserat pro eo, videns asina Angelum resistentem in via, & se opponentem Balaam Asina declinauit à recto tramite & iuit per agros: Balaam, percutiebat illā, volens quod iret per viā illa recusabat & adeo vehementer percussit illā, quod cecidit: & tunc Dominus aperuit os Asinæ & locuta est ad Balaam dicendo, quid feci tibi? cur percutis me? At Balaam dixit, quia cōmeruisti & illuisti, mihi vrinam haberem gladium vt te percuterem, cui Asina iterum respondit. Nonne animal tuum suū? cui semper insidere consueuisti vsque in præsentem diem: dic quid simile vnquam fecerim tibi? At ille ait, nunquam: quæ verba adeo bene & articulata ab ipsa asina prolata fuerunt, quod ab homine dicta viderentur: sed hoc factum fuit ab angelo ex diuina voluntate: vt ibi dicitur. & dicit. S. Thom. in d. q. 5. ad tertium quod Angelus mouit linguam Asinæ prædictæ per crebram aëris repercussionem protulit articulata verba. de quibus ibi, naturalium verborum similitudinem habentia. tex. autem ibi dicit quod Dominus aperuit os Asinæ non Angelus, vide Tho. in d. q. 5. & 6. in tit. de mira. Vltimò non omitte illud quod dixit Valer. Max. quod olim Romæ fortunæ simulachrum quoddam marmoreum, quod positum erat in via latina, dicitur locutū fuisse infra scripta verba ad Matronas illas Romanas, vos videte me matrona vidistis, vteq; deducistis: ne putes ista fuisse Poëtarum figmenta: quia si talia essent profecto sacri Theologi in suis diuinis literis non infererent approbando prout fit per S. Tho. in d. q. 5. i. 4. not. & est glo. not. in c. Moyses. in ver. habitare. 22. q. 2. quæ Angeli ram boni quàm mali habitant in siccis corporibus scilicet in starnis lapideis, æneis, & marmoreis & in cadaueribus defunctorum inanibus, in quibus ipsi Dæmones dant responsum. & refert exemplum Saulis, qui adorauit Diabolum: & aliàs dixi supra quod Dæmon sub idolorum forma peractis sacrificiis & precibus sortilegorum siue magorum, ipsis interrogantibus, & sepe

Asina Balaam quæ ratione ipsum locuta sit.

Angeli habitant in siccis corporibus.

querentibus, quæ occulta sunt, respondet ad propositum voce quadam sonanti articulata verba, ac si ore hominis procederent: nihilominus neque vox neq; verba naturalia sunt, sicut humana: sed ex crebra aëris repercussione per Dæmonē concitata verba illa prolata fuerunt: vt supra dictū est. Si igitur hæc fieri possunt arte & virtute Dæmonis, quæ lōgè maiora sunt, & intellectus humani minus capacia & difficiliora, quod canis aut aliud animal brutum, seu statua marmorea verba articulata protulerint, quanto magis credendum est, quod Dæmon possit hominem corporaliter deferre motu locali aut brutum, quod minus est quàm animal de nouo creare, vel vnā speciem in alteram transformare, prout diximus supra de virga conuersa in draconem.

Dæmonis vox vt proferatur.

¶ Demum, vt res ipsa cunctis clariùs innotescat subdam exemplum. Annis citra 20. in agro Sabinensi, vicino Vrbi Romæ, in quodam oppido erat quidam Rusticus habens vxorem, quæ erat de expressa Dæmonis professione, & pluries ab eo interrogata, si erat de dicta professione, semper audacissimè negauerat: qui maritus ex quibusdam signis, quæ viderat, maior suspicio animum eius apprehendit. vnde decreuit velle videre si verum erat, quod de nocte ipsa exiret extra domum, & quorsum tenderet & pluribus noctibus summopere inuigilauit, vt videret quid ipsa faceret, quæ semper volebat post maritum ire dormitum: & diu postquā ipse intrauerat in lecto multoties vigilabat: demum nocte quadam hora quinta vel circa, qua ipsa citata ire tenebatur ad ludum ipse maritus iacebat quasi dormiens & ipsa venit ad illū ad perscrutandum si dormiebat, quod videns maritus statim cōfinxit altius dormire & grauiori sōno teneri: ipsa viso dormiente retrocessit statim: & pedetentim ibat lento gradu: tunc maritus magis argutè inuigilat, atq; obseruat cum diligentia cuncta quæ vxor ipsa faciebat: demum vidit quod accessit ad quendam angulum domus & eleuata quadā cista alsūpsit pyxidē seu ollulā quandā que liberat: deinde exutis vestib^o cepit inungi cū certo vnguento in dicta ollula existere apud ignē calefacto postea pyxidē seu ollulā prædictā ad pristinū e^o locū reposuit: deinde vidit illā velociter exeūtem de domo ac si pedib^o

Observatio rerum maleficarum vxoris Sabinensis à marito.

non tangere terram post cuius discessum maritus assurgens accessit ad ostium, quod clausum optimè vidit etià cum pessulo siue stanga interiùs: de quo magis obstupuit: deinde accessit ad angulum, ex quo illa regressum assumperat & reperta ollula illam accepit: & alibi abscondit & reuersus fuit in lecto: perfecitque somnum vsque ad mane. die verò sequenti reuersa vxore maritus illam interrogauit, quònam proficisceretur nocte illa quando ex domo recessit media nocte sola: quæ à principio fortiter negabat salua fronte: tunc maritus supraligno cepit illà acriter verberare, vt haberet veritatè: ipsa adhuc indurato corde sistebat: demum maritus sumpta pyxide siue ollula: ecce (dixit) mulier maledicta, vide, si credis quòd nouerim scelera tua, & grauitè sibi cominatur, aut quòd mortem subiret, aut illum doceret quomodo facit illas vnctiones, & discessus: quia volebat omnino accedere ad congregationes illas quas intendebat omnino videre, & quæ fierent in eis: tunc mulier ipsa confusa, dum vidit pyxidem vnctionis, falsa est ingenue errore suum, implorando suppliciter veniam ab ipso viro: qui libenti animo sub fide promissit ei indulgenti, dummodo ipsum adduceret secum vna nocte ad congregationes prædictas: ipsa tunc aperiens os suum cepit vera loqui & cuncta dictæ professionis capitula recensuit: & ostendit voluptates, illecebras, gaudia immensa, quæ inde assumebant & de amœnitate & delectatione ludorum, magnificentia chorearum, opulentia conuiuorum, Principis illius liberalitate, & de vltimi effectus dulcedine cuncta narrauit: ex quo indulgentiam admittentium à marito ipso impetrauerat, qui maritus curiosus ista videre & interesse præcepit vxori, vt quàm primum ad dictam congregationem accessura erat ipsum euocaret: quæ mulier promissit illum adducere & impetrata priùs licentia à Domino Sathana de adducendo iuratum ad ipsam congregationem: adueniente hora, adhibitis vnctionibus, vnusquisque ipsorum super seo hitco equitando quàm velocissimè peruenerunt ad locum ipsius congregationis, & antequam discederent de domo vir ipse diligenter præmonitus fuit ab vxore: vt sumopere præcaueret

Interrogat
crebro vir Sabi-
nensis de
facto.

Sabinensis vir
equitat in
hitco ad lau-
dos.

præcaueret ne in itinere eundo vel redeundo, aut in loco congregationis signo Crucis se munitet, aut illius nomen Dei vel Iesu Christi quouis modo commemoraret, maximè in laudando vel adorando, qui sic facere promissit. in quo loco sitentes vxor dimisit maritum in certa parte, monendo ipsum vt illam expectaret donec reuerteretur à præstado obedientiam earum principi Sathanae (quemadmodum vnusquisque aliorum tenebatur) qui maritum videns tam innumeram virorum ac mulierum multitudinem illic adesse vehementer obstupuit: finita obedientia sunt tripudia & choreæ quàm celeberrimæ cum maxima cymbalorum, tympanorum, aliorumque instrumentorum dulcedine: & tripudiantium numerositate, ordine quodam retrogrado contra morem, naturam & ordinem chorearum, quibus nos etiam: quibus peractis præparantur mensæ quàm amplissimæ cum maxima epularum & conuiuantium copia, & optimis ferculis, vxor illa ex indulgentia Principis introducit maritum ad mensam, comedere incipiunt: maritus degustans epulas inspidas petit salem, qui nullus aderat in omnibus mensis: nec dum veniens quisquam cum sale iterum petit atque rogauit procedente mota: iterum atque iterum, terque quaterque salem ipsum supplicando petit: & toties replicauit quòd Dæmone quidam salem ipsum attulit: vnde maritus videns salem summo opere gauisus est: & præ gaudio magno dixit hæc verba: *hor laudato sita Dio: pure veni questo sale*, quo verbo prolato, postquam auditum fuit nomen Dei laudatum vnico momento cuncta periere: & omnes vndique statim discesserunt, mensæ epulæque omnes consumptæ sunt, luminaria cuncta, quæ multa erant illic extincta sunt: adeo, quòd maritus ipse reperitur solus, & nudus in loco ipso in medio tenebrarum stetitque sub illa frigidissima nuce Beneuentana, per totam noctem vsque ad mane, cum maximo frigore & periculo: die vero sequenti videns pastores qui pascebant greges circa loca vicina, ab ipsis petit, vbi nã esset ipse, quæ regio illa dicebatur: cui responsum fuit, quòd erat Beneuentana: quæ distabat à patria ipsius viri centum milliariis vel circa: ipse verò erat nudus sicut alij qui vadunt ad choreas Dæmonum. multum malè se habuit in partibus illis, adeo quòd sustulit periculum mortis & quia val-

Nomen Dei
nō inuocatur
à Strigibus.

In laude Dei
diabolica
pompa ena-
nescit.

de ignotus erat in ea regione & sine pecuniis, coactus fuit mendicare ostiatim amore Dei: adeo quod inuenit tunicellam quandam satis contritam, ut posset se tueri à frigore, quod tunc vigebat: & sic paulatim querendo, victum in itinere, amore Dei, tantum ambulauit, quod peruenit ad patriam spacio octo dierum vel circa: & erat adeo deformatus & macilentus quod à pauperis recognoscatur: & accedens ad curiam Principis illius castri detulit querelam contra eius uxorem, & quasdam alias mulieres eiusdem professionis, eius socias, quæ omnes fuerunt incarceratæ, & dum à principio negarent, instante viro prædicto & testimonium verum de visu ferente tandem omnes falsæ sunt: & ardentissimis flammis combustæ.

Puella Sabi-
nensis histo-
ria.

¶ Nec dum decem lapsi sunt vel circiter anni, quod mulier quædam iuuenula intra 16. annum ætatis existens adhuc virgo eiusdem Sabinens. diocesis, ex altero tamen oppido oriunda à quadam alia malefica strige seducta, ut religionem diabolicam profiteretur, ad ludum adducta fuit & præmonita ne signo crucis se muniret, aut Deum Iesumvè Christum collaudando meminerit, postquam ad locum congregationis accesserunt iunior ipsa videns tam maximam mulierum virorumque multitudinem, & principem ipsum Sathanam in solio maiestatis tam superbe sedentem, & tot auratis ornamentis & purpureis vestibus decoratum vehementer obstupuit: & quæ simplex erat virgo incauta, primæ monitionis oblita ob rerum magnificentiam & maximum stuporem, quo apprehensa erat, se signo crucis munivit dicendo: *Iesu benedetto che cosa e questa?* nec dum verba prædicta perfecerat, quod statim cuncta euanuerunt: & omnibus luminaribus penitus extinctis sola hæc misera inter maximas tenebras valde mæsta reperitur & quàm maximus pauor vehementer illam apprehendit, ex quo penè mortua est: sed recordata de nomine Iesu & Beate Virginis Mariæ deuotissimis precibus se illis commendauit, voluitque castitatem perpetuam, si incolumis inde euaderet, & diuino auxilio suffragata, tantæ solitudinis periculum mox euasit. quia quidam senex rusticus vna cum filio & asello transibat prope locum prædictum ubi erat ista puella, quæ plurimum lametabatur de sorte sua: qui senex audi-

to gemitu accessit ad illam dicens: filia mea quid facis istic sola isto tēpore nocturno: quæ cum nudâ videret magis obstupuit, quæ simplex virgo maxima erubescencia ducta, quæ nihil habebat, vnde pudibunda pertegeret, post multas lachrymas, gemitus, & suspiria huic viro quæ plurimum se cōmendauit ut illam secum adduceret ad domum suam, qui senex accepit pallium suum & posuit super humeris puellæ & illam secum ad domum suam, quæ non multum distabat, adduxit: & in itinere totam seriem facti sibi narrauit: qui senex stupore & pietate plurimum afficiebatur: audiuitque ex qua patria, quibusue parentibus orta esset, & decreuit senex omnino hæc eius pareribus enūciare: & puellam ipsam eisdem restituere: ingressi sūt domum, vxor senis, quæ erat multum pia, perquam blandè virginem recepit: & apud se in lectum retinuit. & deinde per duos vel tres dies maxima charitate & materna pietate tractauit, eandem vestibus suis induit: & post triduum maritus accepit a se illum, & comite filio puellam ipsam equitante ad patriam suam illam reduxit, propriisque parentibus eandem restituit, qui dudum fleuerant perditionem filie, putantes ne aliquis miles, aut alius nequam vir nocturno tempore rapuisset eandem: senex maxima veneratione, & amoris dulcedine à parentibus puellæ amplexus est, receptisque muneribus pro se & filio dimissa puella ad domum suam reuersa fuit: quæ quidē puella postquā dono Dei & gratia Beate Mariæ Virginis tam graue periculum euaserat, decreuit omnino votum iam factum adimplere, & ingressa fuit monasterium sancti Francisci assumptoque habitu solēniter professa fuit: & castissimè vixit cuius pareribus liberum præstitere cōsensum, illam verò maledictam strigem, quæ filiam suam adduxerat ad illum locum denunciauerunt curiæ, & re cōperta publicè fuit igne combusta. Hæc enim quæ audiui retuli: modò referam, quæ ipse vidi & in facto habui, quæ plura sunt, tamen duo tantum quæ recentiora sunt referam. Anno Domini 1524. mense Septēbris dum essem in quodam Castro Monasterij Sancti Pauli de vrbe apud regionem Sabinensem, ut mea quædam illic expedirem, & mox ad vrbe reuerteter sumis precibus rogatus à Reueren. P. Domino Abbate illius monasterij: qui est Dñs in tēporalibus dictorum

Strige Sabi-
nensis igni dā
natur.

Castro; ut accederem ad aliud Castrum eiusdem
monasterij ibi vicinum, quod Nazanum appellant, ad
examinandum tres mulieres maleficas siue striges (ut di-
cebant) quæ in arce ipsius Castri aliquandiu in claufa
remanferant, & quæ ex earum dictis acciperem, sibi refer-
rem, atque consulerem quid mihi in re illa agendum
esse videretur. Ego, n. qui meis præpeditus eram, licet
nō potuerim absque magno meo in commodo illuc ac-
cedere, & huic rei vacare: nihilominus ut morem ge-
rerem tanto viro, quem alias in meis valde gratum &
benignum reperi, non potui euitare quin ad eius preces,
mihi mandata seruatem. Accessique ad illas, quarum
vnam quæ mihi facilius videbatur examinare cepi, &
pluribus exhortationibus, ut veritatē aperiret persuadere
quæ demum post aliqualem hæsitacionem cepit vera
loqui: & rem ipsam totam fateri, qualiter ipsa erat de se.
Et illa strigimagarū expressè professa, in qua professio-
ne institerat per annos quatuordecim continuos, qui-
bus continuum commercium habuerat cum dæmone
& nominauit alteram mulierem maleficam quæ fuerat
eius magistra, & ad ipsam professionem adduxerat: &
quod isto tempore plurima maleficia, fecerat: & contra
hominū personas, & contra iumenta; ex quibus homines
tres perierant, iumenta autem quatuor: & quod agrorū
plurimum segetes immaturas ventis, grandinibus, & tem-
pestatibus strauerat, & penitus deualtauerat: & multa alia
his similia obscena machinata fuerat arte illa male-
fica ad vlciscendum iniurias suas.

¶ Quam ego subtilius interrogans, ut clarius ha-
berem quæ sunt illius diabolicæ religionis, seu profes-
sionis secreta. Primò enim perscrutatus fui quidem illam
professionem, quam mulieres ipse faciunt cum dæmone,
& quibus modo & ordine ad illam accedunt, & quibus
cæremoniis & solemnitatibus vtuntur in ea? Ad quid
se obligant dæmoni. Sub qua forma verborum sit obli-
gatio ipsa: item postea quæ sunt ab eis seruanda & ad
quæ tenentur. Similiter quæ præmia habent, & quæ
habere sperant ab earum Principe dæmone: & ex qui-
bus rebus simplicibus vel mixtis componunt unguenta,
quibus linunt corpora sua dū vadunt ad ludos, & cum
quibus

quibus etiam rebus faciunt alia venefica maleficia. Item
quæ ordinem tenent quādo accessuræ sunt ad ludos præ-
dictos: & si est verum quòd vadunt corporaliter vel illa
sit illusio siue visio quædam in apparentia, in mente &
intellectu. & caki quo accedant corporaliter an ambu-
lent pedibus propriis, vel aliter deferantur, & quomodo,
& per quæ. Itē quomodo & qualiter celebrant sacrificia
quæ offerunt, preces, & munera dæmoni. Itē quæ sunt il-
lis præcipua in obseruantia in dicta professione, & alia
quædam, quæ nunc non recordor: quæ quidē mulier sub
spe venie cuncta à principio vsq; ad finē recensuit quæ
professio ipsa requirit exprimēdo omnia & singula illius
capitula. Primū enim dixit, quòd quādo adducta fuit per
illā eius magistrā ante tribunal Principis earū, qui est *Sortilegijs ini-*
diabolus in forma Regis, præsidens in solio maiestatis, *tiatorum so-*
instructa prius à magistra quid factura erat, venit, & o- *lemnitates.*
portuit primò abnegare baptismum & omnia Christianæ
fidei documenta relinquere: deinde Ecclesiastica sacra-
mēta cuncta proijcere, pedibusque propriis conculcare
crucē & imagines Beatæ Mariæ Virginis & aliorū factō-
rū: quāuis hæc vltima non fiunt corā eo: sed alibi, post-
ea satis est quòd ista promittat se facturam, quā primū
se der occasio: deinde fecit obligationē per solēne stipu-
lationē in manibus ipsius Principis: qua vouit & promi-
sit quòd perpetuò erit illi fidelis & obediēs, & omnibus
eius mandatis parebit. Deinde medio iureiurando tactis
scripturis super quodam magno libro obscuras paginas
continente præstitit homagiū siue perpetuū vassalagiū:
& quòd nūquā redibit ad fidē Christi nec diuina præce-
pta seruabit, sed solū ea quæ per ipsū principē erāt decer-
nenda: & quòd perpetuis futuris tēporibus erit obediens
illi & veniet cōtinuò cū vocata fuerit ad ludos & cōgre-
gationes nocturnas: & quæ in eis per alias mulieres fiūt
ipsa faciet: & quòd etiā aderit sacrificiis illorū nocturnis:
& solitas preces & cultū adorationis præstabit: & vota
quæcūq; quæ ipsa præstare contigerit pro viribus adim-
plebit: & quoscūq; poterit alios ad eādē professionē ad-
ducat. Econuerso autē ipse Princeps egregia fronte pro-
mittit eisdē mulieri sic præseti præstare perpetuā felicitatē,
gaudia immēsa & voluptates quascūq; in hoc mundo

habere desideravit, & demū post hanc vitam longē ma-
jora munera consequetur. Quo facto statim vnū dāmo-
nē cōstituit ad custodiā ipsius mulieris, quā nunquā re-
linquere debeat: sed illi inferuire in omnibus, quæ ipsa
cupiet: & quotiescūq; contigerit ad ludos accedere hoc
ipse intimabit mulieri, & illā deferet & instruet *ut supra*:
qui quidē dāmon associatur ei tanquā maritus vxorū:
super dixit quod sapius accedant ad congregationes il-
las vbi maxima mulierum numerositas congregatur, &
non vident illa in mente & intellectu in apparentia: sed
in vera & naturali forma accedunt ad loca prædicta hoc
modo & ordine: videlicet quia primò per vnum, vel duos
dies, antequā fiat cōgregatio intimatur sibi per dāmonē
illū, qui est ad ipsarum custodiam constitutus: qualiter
nocte tali & tali hora se præparet adueniendū ad ludū: quæ
mulier, si haberet iustā causā impedimenti, deducitur:
& auditur dūmodo sit causā vera & excusabilis, quæ legi-
timè excusare posset, alioquin si fingeret habere causam,
quæ nulla esset, vt non accederet non deferretur inui-
ta, sed remanebat in domo sua, nihilominus pro pœna
sui mendacij adeò fortiter cruciabatur à dāmonē, vt in
mēte & in corpore maximis & cōtinuis doloribus & a-
gri tudine intrinseca vel extrinseca tā fortiter vexabatur,
quòd die nocteq; nil penitus quietis haberet: sed semper
tribularetur, & omnia, quæ ipsa ageret euanescerēt &
perirēt in fieri, adeò quòd necesse fuit vt tot mala cessarēt
quòd peccatū suū fateretur & promitteret etiā medio iu-
reiurando, quòd amplius non recusabit accedere: & hoc
modo euasit ab illis malis. Cū verò promitteret accel-
suram statim adueniēte nocte & hora, euocabatur voce
quadā velut humana ab ipso dāmonē, quē nō vocāt dā-
monē, sed magistrulū aliās magistrum *Martinellum* sive
Martinellum hoc nomine diminutiuo, quæ sic euocata
mox sumebat pyxidē vnctionis, & linibat corpus suū in
quibusdā partibus & mēbris: quo linito exibat ex domo
& inueniebat semper magistrulū suū in forma hirci il-
lā expectantē apud ostium suū, in quo mulier ipsa dixit
q̄ equitabat, & applicare solebat fortiter manū ad crines
& statim hircus ille ascēdebat per aērē, & breuissimo tēporē
re deferret mulierē ipsā vsq; ad nucē Beneuētā & ibi
illam

Magisterulus
Martinellus.

Equitatio in
hircō.

illā suauiter deponere, vbi innumera mulierū virorūq;
multitudo corā Principe illo vndique confluxerat.

¶ Primum autem quod faciendū erat per ipsas mu-
lieres erat signū obedientiæ & reuerentiæ, quæ fiebat co-
ram principe ordine quodam retrogrado in oppositum
directo illi reuerentiæ, quam nos præstare solemus: nos
enim inclinamus caput, humeros flectimus genu crure
terò curuato, volentes vultum ad Principem siue ad al-
lium quē veneramur: ipsi verò iaciunt contra quia terga
volunt versus principem, & caput curuant versus hume-
ros, adeò vt mentum cælum respiciat, crura verò non
curuant terò vt nos facimus, sed eleuant sursum à terra
à parte anteriori: & ita seruetur ibi, peracta igitur reue-
rentia princeps mandat quòd omnes tripudiet, saltentq;
cum lætitiā & gaudio, sumentes vnaqueque voluptates
suas, & vnusquisque dāmonum accipit mulierem suam
ad cuius custodiam deputatus est: & cum ea gerit salta-
tiones illas magna lætitiā atque dulcedine: & interim
præparantur mensæ cum lauitissimis ferculis abundan-
tissimè ornatae & celebratis choreis veniunt ad conui-
uia: quibus completis & cibatis omnibus extinguuntur
luminaria omnia: & quisque dāmon in forma incubi. s.
viri suam capit mulierem: si qui verò sunt viri habent dē-
monem suum in forma succubi. s. mulieris & sic adiuuēt
adimplent coitum carnis cum maxima voluptate, quo
officio completo reuertuntur ad domum omnes equirā-
tes super illis hircis: sacrificia verò, cū fiunt, fieri solent
statim post peractum reuerentiæ signum, sit adoratio,
quæ expleta, deueniunt ad tripudia & alia de quibus su-
pra, quamuis sacrificia ipsa celebrare solent etiam in alijs
locis extra locū cōgregationis, putā in domo priuata vt
in quibusdā locis occultis, *vt latè diximus. s. 80. q. 3. c.*
Sed aduerte ad duo, quòd ipsa dixit. vnum est, quia dē-
mones festinant reportare illas ad domū antequam labo-
retur nox, & antequam pulsetur cāpana pro Ave Maria de
mane quæ pulsari solet in aurora, vel parū antè: quoniā
si forte pulsetur cāpana tēpore quo deferūt ad domum
necesse habet illarū magister in eodē loco vbi audit so-
nū prædictū deponere mulierē aut virū, nec potest ampli-
p̄
ip̄ū vel ipsā tāgere: sed necesse est q̄ residuū iter pedibus

Cōiūs Dēmoni
cum cōtra
Strigibus.

*Fassa & fa-
sigata à cho-
reis domum
redeunt Sor-
tiliga.*

propriis ambulet, quod perraro quidem evenite solet quia ita velociter ipsas reportant, quod non impediuntur à sono: secundum est quod retulit, quod quotiescunque interfuerat ludis, ita fessa reuertebatur ad domum propter illas choreas & crebras saltationes, quia erat debilis complexionis (vt apparebat) quod per tres vel quatuor dies male se habebat in corpore propter magnos labores quos sustinuerat, quæ similiter cum Dæmone suo, dū esset in forma incubi sepiissime fuisse carnaliter cognita maxima cum delectatione testata fuit: *hæc illi ibi.* Aliud breuius exemplum super addam: alia quoque mulier eiusdem professionis, quæ vnà cum precedenti erat incarcerata: dum deferretur à Dæmone suo reuertendo à ludis prædictis in itinere antequam pervenirent ad domum, dum esset vicina oppido patriæ suæ audiuit pulsare campanam de mane pro Ave Maria. unde Dæmon necesse habuit illam deponere & discedere, quam deposuit statim & dimisit in quodam agro iuxta quandam ripam, vbi erant spineta quædam, & in dicto loco ipsa misera mulier necesse habuit expectare vsque ad mane: quod lux clara appareret: sed fortuna profuit sibi: quia illa die in aurora, & in diluculo quidam iuuenis illius oppidi ibat ad alium locum ibi vicinum, quem ipsa videos transeuntem cognovit atque vocavit nomine proprio, quod audiens iuuenis prima facie timuit aliquatulum: sed videns postea mulierem ipsam, quæ seminuda erat à femoribus supra & crinibus sparsis capillata tota magis obstupuit, nec audebat ad ipsam accedere: nihilominus illa adeò benigne & humiliter ipsum rogavit ut accederet ad illam, quod venit & interrogavit eandem postquam illam recognovit, cur illic ita sola moraretur in ea forma: cui illa dixit quod tota nocte a sellum suum, quem perdidit, perquisierat & nunquam potuit illum invenire: cui iuuenis subridens minime credens dixit, hoc enim aliud sibi querit quàm a selli inquisitio: qui querit a sellum vadit cum locio: & non sola sic seminuda & capillata: aliud est quod quærebis dixit ipse: dicas mihi veritatem si vis quod adiuvem te: unde venis, vbi fuisti, quid facis hæc sola? quis te adduxit, dicas mihi omnia, si vis habere suffragium & ero tibi secretus & fidus.

¶ Tunc

¶ Tunc mulier ipsa, Lucretia nuncupata, quæ erat satis pinguis & pulchra, licet satis timeret sæuitiam viri & suorum consanguineorum, confisa est de iuvene illo rogando ipsum prius summis precibus ne cuique reuelaret factum illud, sed taceret: quia ipsa volebat pinguiora munera si elargiri: cui iuuenis sub fide promisit quod absque dubio nulli referet, & ille futurus erit sibi secretissimus: tunc ipsa fassa est, quod reuertebatur ea nocte à ludis Beneuentanis: & dum esset in itinere, deferretur per aërem à magisterulo suo, audito sono cæpanæ, quæ pulsatur de mane pro Ave Maria fuit sibi necesse, quod illam deponeret in terram eodem loco in quo reperiebatur, quando audiuit sonum prædictum, & hoc modo ipsa sic sola reperiebatur ibi: qui iuuenis accessit ad illam & præstitit sibi opem in reuestiendo & recaptando se. deinde associavit illam vsque ad domum absque eo, quod aliquis factum illud adverteret: pro cuius laboribus & fide mulier ipsa donavit dicto iuveni vnum par caligarum, vnum biretum, & camisiam vnã, & certas petias casei rogando eum iterumque iterum ut taceret: & ita promisit & tacuit rem ipsam per plures menses: deinde nescitur quod spiritu aut indignatione vel lapsu uentutis ductus rem ipsam secreto modo cum vno, deinde cum altero propagauit: adeò quod paulatim res deuenit ad notitiam curiæ: unde mulier ipsa capta, & cum aliis incarcerata fuit, & iuuenis ille ut testis omnia hæc medio iuramento, deposuit: adeò quod ipsa quoque post multa facinus suum diutius tergiversare non potuit. ego tamē illarum sententiarum interesse non potui: quia necesse mihi fuit ad urbem reuerti, illasque dimisi earum iudici ordinario, ut iustitiam faceret: sed cuncta præfato Domino Abbati prout inueneram, qui mandauit suo Locum tenenti, ut de ipsis iustitiâ faceret: & idē ad paucos dies retulerunt mihi, quod vitam suam finierunt flammis: istarum vnguentis vidi atque tetigi, & quædam alias, maleficas mixturas: quibus grauissimas ægrotudines in humanis corporibus inferebant, & illud etiam vidi, quo hominē ad eam libitū in furorē & insaniam inducebant quæ omnia mandavi igne comburi. Ex quibus omnibus manifestè deprehēdi potest, quod verè & corporaliter deferuntur, non autem in spiritu illuduntur:

ad

ad quid enim opus erat quod illa prior cōquereretur de lassitudine corporis & mēbrorum postquā reuerſa erat à ludis: vbi dixit quod per tres vel quatuor dies se malè habebat in corpore ppter magnos labores dictarū chorearū, si in spiritu duraxat fuisset apprehēsa illusione illa, nō erat opus quod cōquereretur de corpore & nimio labore, quia corpus nō laborat in somniis, sed animus duraxat. *ut d. a. episc.* Altera etiā mulier, de qua in ultimo exēplo, non fuisset comperta sola in illo loco nisi fuisset in corpore: vt ex prædictis patet. Sed quæro nunc, quare est quod in ista secta vt plurimum sunt mulieres, viri autem raro sunt? Resp. plures redduntur rationes per doc. prima est, quod mulier tanquā debilior & fragilior facilius decipitur à Diabolo, & credit omnia, quæ sibi persuadentur. *c. forus de verbo. signi. c. 1. de cland. despen. & habetur. Gen. ij. c.* vbi Diabolus serpens prius decepit mulierem, quam virum: eo quia magis credula fuit. Alia potest esse ratio, quod hoc faciunt propter explendā libidinem carnis, quam alio modo non possent absque ignominia sariari: isto enim modo capiūt delectationem cū Demone, & complent desiderium suū, absque eo quod contra ipsas insurgat infamia, vt ex plurimum ipsarum mulierum confessionibus accipi, hūc ista subtiliter indagare. Quidā alij dixerunt, quod mulier est magis vana & curiosa, & magis familiaris Diabolo, quam sit vir, & quæ minùs timet transgressionē præcepti superioris quam vir, quasi quod magis regitur voluntate, appetitu & sensualitate quam ratione: *ut habetur. xxij. q. vij. quod proposuisti. 2. q. v. adā. c. mulier. & per gl. in d. c. 1. de cland. despen. d. c. ij. super Gen. & ibi per sacros doc.* Ex prædictis itaque cōcludo cōclusionē ipsā esse sufficienter probatā, cui non habent obſtare quædā, quæ superius in contrariū adducebātur. Et primò non obſtat *tex. in d. c. episc.* super quo tenētes cōtrariū se omnes fundāt, cui licet per alios doc. antiquos & moder. fuerint datæ plures respōsiones, ad vnū tamen rēdentes. scilicet. quod ille *tex.* nō loquitur de secta ista strigū, sed de alia lōge diuerſa ab ista. Ego tamē idem conprobando alio modo respōdebo ad illum *tex.* declarando literam & mentem illius concilij: & antequam ad vltiora procedā præmittō, quod omnis lex recipit interpretationem à ratione

à ratione sua, maximè quando ratio in lege reperitur expressa, quæ magis attendēda est, quam dictū legis. *l. adige. re. §. quāuis. ff. de iur. patro. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. l. milites prohibentur. & l. milites agrū. in prin. ff. de re milit. l. nomen. l. si. ff. de la. ij. & Bar. in l. ij. §. videndum. ff. ad tertul. idē Bar. in l. omnes. populi. in. vij. q. principali. ff. de iusti. & iur. Bar. in l. si constante. in. v. col. in. vij. & ix. q. ff. solu. mat. & in. l. si vero. §. de viro eo. ti. & in. l. 1. C. qua sit lon. cō. & j. distin. c. consuetudo per Gemi. in c. vbi periculum. in. ij. not. de elec. lib. vi. & est glo. not. in Clem. 1. de elec. in vers. eligatur. & glo. in d. c. consuetudo. j. dist. l. deo dicunt doc. quod cui nō conuenit ratio legis, minùs conuenit ipsa lex. *d. l. cum pater. §. dulcissimis. & d. l. nomen. in si. & d. l. milites. la prima. & la. ij. ff. de re milit.* Quibus præmissis dico, quod ratio principalis illius c. & intentio concilij Ancyrani nō fuit velle impugnare & habere pro impossibili, quod dæmon Deo permittēte non possit hominem corporaliter deferre de loco ad locū motu locali: quia si fuisset istius intentionis dixisset cōtra cōmunem omnium Theologorū & canonistarū sententiā, imò cōtra *tex.* proprium facti Evangelij *Matthæi. ij. Luc. iv. Marc. 1. c. in prin.* vbi apparet quod Diabolus tentando Christum, qui erat Deus & homo naturalis, detulit ipsum corporaliter super pinnaculum templi, & in montem excelsum, *ut la. ius infra dicemus.* intentio igitur finalis illius concilij *in illo ver. Illud etiā non est mittendū & c.* fuit velle improbare & damnare errorem illū, in quo erant mulieres illæ sceleratæ, de quibus ibi, quæ erant hereticæ & in sua obstinata opinione damnatæ: & quæ fuit ratio principalis atque finalis, quare Conciliū illud declarauit mulieres illas esse hæreticas & damnatas. Rō dico principalis fuit illa, quam ponit ibi *tex.* videlicet Cum aliquid diuinitatis aut numinis esse extra vnū Deū arbitrantur hæc est ratio principalis, quæ facit illas esse damnatas; quod melius declaro sic, Conciliū illud in *princi. text.* ponit generale edictum, quo mandat omnibus Episcopis & clericis, vt sumo studio elaborēt perniciosam sortilegam & magicā artē ex parochiis suis penitus eradicare. & sic primò improbat artē: deinde deuenit ad speciē. s. ad homines illius artis peritos, dū dicit: quod si aliquem virum aut mulierem huiusmodi sceleris fe-*

ctatorem inueniaturpiter dehoneftatum ex parochiis
 fuis deiciant, quia fubuerfus eft, & his etiam qui fimili-
 lis eft fibi fubuerfi funt omnes, & à Diabolo captiui te-
 nentur, quæ relicto creatore fuo Diaboli fuffragia qua-
 runt: & ideo à tali peste debent mundari sanctæ Ecclefie.
 hic enim remanet completa oratio primæ partis capituli,
 vbi Concilium mandat extirpari hanc reprobam artem
 magicâ & fortilegam, & illius profelfos turpiter deho-
 neftaros; & externos à fide catholica ex omnibus paro-
 chiis fuis expelli, ad hoc vt sancta Ecclefia à tali peste
 liberetur: Deinde incipit fecunda pars ibi, *illud etiam non
 eft omitendum, quòd quadam fcclerata mulieres retro post
 Sathanam conuerfa &c.* vbi Concilium prædictum mu-
 tauit fermonem & pofuit alium cafum diuerfum à præ-
 cedenti: quod patet ibi dum dicit, *illud non eft omitendum
 quòd quadam fcclerata mulieres &c. tex.* ibi in princ. locu-
 tus fuit de mulieribus, quæ artem magicam & fortile-
 gam profitentur ibi dum dicit, *fi aliquem virum, aut mu-
 lierem huiusmodi fcclerata &c.* fi enim concilium prædi-
 ctum in illa fecunda parte voluiffet intelligere de eisdem
 mulieribus de quibus fuerat facta mentio in principio,
 tex. non dixiffet per ifta videlicet, *quadam fcclerata mulieres
 &c.* fed dixiffet per aliqua verba repetitiua earundem
 perfonarum & qualitatû, videlicet *eadem ipfe dicta*: vel
prædicta: vel alia fimilia verba: ex quo enim text. in dicta
 fecunda parte non fuit locutus per verba repetitiua: fed
 per diuerfa, & diuerfum fenfum, & cafum, demonstrâti,
 fatendum eft de neceffitate quòd ille fit diuerfus cafus à
 præcedenti, & fit diuerfa fpecies perfonarum: & quòd fit
 verum clarîus demonftrabitur infra. Concilium igitur
 deueniendo ad fecundam partem exponit iftarum mu-
 lierum profelfionem, & qualiter fub falſis illuſionibus &
 fantaſmatibus illudantur à Dæmone: deinde enumerat
 quafdam operationes, quas mulieres illæ profitentur fa-
 cere cum Dianâ vel Herodiade deabus fuis, quarum iuf-
 ſionibus ad illarum feruitium euocâtur & nocturnis horis
 accedere profitentur: fed vtinam hæc folæ in fua perfidia
 periiffent, & non multas alias ad illarum feruitium per-
 traxiffent: deinde ponit modum infidelitatis, & errorem
 exprimit, quòd principaliter deducuntur in hærefim, dum
 dicit:

dicit: *nam innumera multitudo hac falſa opinione decepta
 hac vera eſſe credunt.* ſcilicet quia putant Dianam & He-
 rodiadem eſſe veras Deas: & poſſe illa opera, de quibus
 ibi perficere & credendo à recta fide deuiant, & errore
 paganorum inuoluuntur. Ratio finalis & principalis
 omnium ſupradictorum operum, & damnatæ credulita-
 tes, ex qua dicuntur hæreticæ nunc ponitur, dum di-
 citur. *Cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deum
 arbitrantur, & huc vſque perficitur fecunda oratio & di-
 ctum illius ſecundæ partis: deinde ſequitur improbatio
 illarum falſæ opinionis & erroris prædicti. Ratio igitur
 finalis eſt illa, quam proximè dixi, ex qua omnes alij er-
 rors & illuſiones ſucceſſiue dependent, cum credunt il-
 las Dianâ & Herodiadem eſſe veras deas, & in eis multâ
 diuinitatis & numinis eſſe: & iſte eſt verus intellectus il-
 lius capituli, ſi bene conſideretur in verbis & in mente.
 ſtante igitur ratione prædicta expreſſa ſecundum illam
 verba ipſius legis ſunt interpretanda: & vbi ratio ipſa
 non conuenit lex quoque omnino ceſſat. d. l. cum pater. §.
 dulciſſimis ff. de leg. 2. l. hac actio. & ibi Bart. ff. de calu. l. is qui
 animo. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Ratio autem prædicta non con-
 dicit non conuenit neque verificari poteſt in hac ſecta
 ſtrigum & maleficam quippe, quia ipſi vel ipſæ non de-
 cipiuntur iſta falſa opinione, putantes inferuire deabus
 iſtis, & extra vnum Deum aliquid numinis eſſe: ſed ipſe
 vident cognoscunt & apprehendunt expreſſè quòd iſta-
 rum Princeps cui inferuiunt & quòd obediunt & ado-
 rant, eſt Diabolus inferni inferior Deo, & iniuicus Dei:
 ſed illis inferuiunt relicto creatore propter mundi vani-
 tates ad explendas illarum libidines. d. c. Epifcopi in princ.
 & c. ſi quis Epifcopus eadem. q. 3. ſi enim ratio ipſa de quâ
 ſupra iſtis ſtrigimæ non conuenit verba legis & illius
 diſpoſitio minus conuenire debet, per ea quæ proximè
 dicta ſunt, eo maximè. Quia ratio legis determinata re-
 ſtringit dictam legis: vt illa duntaxat lex ipſa compre-
 hendat, ad quæ ratio illa naturaliter adaptari poteſt: &
 non vltra d. l. cum pater. §. d. cleiſſimi. & l. hac actio. & ibi
 Bart. ff. de calum. l. is qui animo. ff. de acquiren. poſſeſſ.
 & prima diſt. conſuetudo. & not. gio. in Clemen. pri. de elec.
 & per Gemina. in c. vbi periculum. in prin. eo. tit. lib. 6. Cum

Ratio legis
 principalis eſt
 as. eſt. eſt.

autem istæ sunt exclusæ à ratione, dicuntur esse exclusæ à legis dispositione per ea, quæ supra diximus: nec obstat exempla & auctoritates, quas textus inferius deducit de Paulo & Ezechiele: quia illa omnia referuntur ad sectam illam: de qua ibi, non autem ad strigas siue maleficas: de quibus hic. fateor tamen, quod strigæ istæ & maleficæ in quibusdam conueniunt cum mulieribus illis, de quibus in d. c. Episcopi. in secunda parte. in hoc, conueniunt, quia utraque secta inseruit Diabolo, etiam illius imperio gubernatur: sed vna scienter, altera ignoranter: vna decipitur, altera decipit. Conueniunt & in alio: quia quod ad effectum æternæ damnationis: ita sunt damnatæ illæ, sicut istæ: ita Demones habent imperium super illis sicut super istis, & eodem modo illæ sunt eliminandæ & deiciendæ extra Parochias, sicut istæ strigimagæ: quæ omnes sunt damnatæ: non tantum sequitur si in aliquibus conueniunt & æqui parantur: ergo in omnibus debent esse equiparatæ: quia data diuersitate rationis datur etiam diuersitas iuris: ut supra diximus & dicimus etiam infra eo. tit. q. 12. dum declarabitur materia poculorum. siue venenorum: & ut dixi extra communionem fidelium positæ sunt illæ, sicut istæ & omnes tanquam oves morbosæ sunt penitus à Christi fidelibus euitandæ, ne sanas oves morbo illo inficiant. l. ij. C. de sum. tri. & l. hi qui sancta. C. de apost. quia omnes sunt eiusdem diabolicæ religionis: sed diuersæ professionis & habitus: dico animi, non corporis, & ordinis professæ, sicut monachi & moniales Christianæ religionis diuersos ordines professionis accipiunt: ad vnum tamen diuinum cultum omnes tendentes: isti damnati diuersos ordines & ritus accipiunt & sub diuersis ordinibus & moribus diabolo inseruiunt & diuersis quoque nominibus nuncupantur: quidam sunt heretici: quidam manichæi: alij verò apostatæ: alij schismatici, Donatistæ, & similes, de quibus in l. manichæos. C. de heret. & l. i. & l. hi qui sancta. C. de apost. & habe. ut v. gi. Abb. & alios doc. in reb. & in c. 1. de apost. & de sibi smat. & hoc est quod in effectu voluit dicere tex. in c. excommunicamus. io. prin. o. & lo. y. in prin. extra de heret. vbi dixit, facies quælibet inobedientes diuersas, causas nunt ad inuicem colligatas, quia de veritate conueniunt in idipsu, per facies dico diuersas intellexit de diuersis ordinibus sortilegorum per causas colligatas

intellexit de vnico cultu eiusdem Diabolicæ religionis: quia omnia eorū opera tendunt ad cultum Sathanæ, siue in mente & intellectu, siue in corpore fiant. ad hoc vide quæ dixi. s. in pri. euidentiali huius. q. Illæ igitur mulieres de quibus in d. c. episc. dicuntur propriè hereticæ ex quo persistunt in illo errore, putantes aliquid numinis esse in illis deabus, & illas esse veras deas relicto Deo saluatore nostro, ut in c. 1. de sum. tri. & xxxi. q. ij. qui sine saluatore. & firmisimè de heret. Istæ verò strigimagæ, magi, & sortilegi, quæ scienter ex propria malitia peccant, relinquentes diuinum cultum & Christi fidem & scienter ad hereses Diabolo, quæ sicut & cognoscunt Diabolū infernalē & inimicū Dei non dicuntur propriè & strictè hereticæ, quia nullo dicuntur errore seductæ: sed potius apostatæ & perfidæ: quia scienter propria temeritate recesserunt à fide Christi, quæuis ista earū apostasia longo tēpore indurata & pertinaciter defensata transit in heresim. ut diximus. s. tit. q. ij. & dicit gl. & doc. in rub. extra de apost. & habetur per imperatorem in l. 1. & l. hi qui sancta. C. co. tit. vbi apostatæ propriè dicuntur, qui scienter & propria auctoritate siue potius temeritate retrocedunt à fide Christiana, ut habetur in d. l. 1. & in glo. rub. & in c. 1. extra. eo. tit. & per S. Tho. in secunda secunda q. xxv. art. v. & vi. in ritu. de superst. ad quæ faciunt quæ diximus. s. in primo euidentiali & s. etiam. q. ij.

¶ Etnota vnū valde singulare, quod istorū apostatarū duæ sunt spēs: vna est quæ simpliciter retrocedit à fide, & sequitur cultū & obediētiam Demonis: altera est, quæ postquam Christi fidem abnegando postergauit, & deiecit ex corde suo, iterū se baptizat expressè in nomine Diabolici & aliud nomē sibi superimponit, licet utraque species sit damnata: priortamen, si peccatū suum reuocat, admittitur ad pœnitentiā & euitat pœnas corporales, sicut heretici: ut l. manichæos. C. de heret. secunda verò species nūquā admittitur ad pœnitentiā in foro iudiciali, ex qua possit pœnas corporales, etiam si millies abiuraret professionem illam, & veller ad Christi fidem reuerti, non auditur quo ad istum effectum: & iste est text. valde not. ad hoc in d. leg. hi qui sancta. & ibi gloss. Cod. de apost. eodem modo irremissibiliter puniantur, qui abnegato baptismo Christiano Iudæi effecti sunt, & inter

Striges & apostata differunt.

*Apostata quo
casu kareti-
co sit deterio-
ris conditio-
nis.*

Judæos commorantur. *ut in l. 1. C. de apofsta.* Quò ad animam verò in foro conscientie admittitur poenitentia istorum ab Ecclesia & aliorum quoruncumque, *ut not. in d. l. Manichos per doc. & habetur in cap. ad abolendam c. firmissimè de haret. per gl. in c. excommunicamus el. 9. eo. tit. & c. super eo. titu. lib. 6. & diximus supra tit. 1. q. 5. circa finem.* & ista sit prima differentia quæ reperitur inter istas, quo ad nomen & ordinem professionis.

¶ Secundò differunt in modo profitendi: quia ille de quibus in d. c. Episcopi non faciunt professionem exprefam cum Dæmone sicut iste, nec credunt inferuire dæmoni sed deluduntur sub specie boni & propterea dicitur. ibi quòd Diabolus postquam illarum mentem captivatam tenet transformat se in diuersas species personarum. Tertio differunt: quia illæ nulla conscient fortilegia nec maleficia in humanis aut brutorum corporibus, & nemini nocent nisi sibi ipsis, & propterea non dicuntur maleficæ sed hæreticæ. istæ verò sunt deterioris conditionis: quia nocent multis per diuersa maleficia: *ut latius supra vidistis in 2. 3. q.*

¶ Quarto disconueniunt in hoc, quia non reperitur quòd illæ aliquè maleficiatū curauerint, & ipsa maleficia contrariis maleficiis abstulerunt: istæ verò publicè incūbunt curæ & medelis maleficatorum & postquam aliquem dicto morbo curauerint sapius indicant maleficiatum saltem aliquibus medicis *ut habetur per S. Aug. in lib. 10. de ciuit. Dei. & in 3. de Trin. & S. Thom. in d. quasi 5. prima partis tract. 99. in titu. de mira. & habetur 26. q. 5. nec mirum. & necromanti. ver. ad hac omnia.*

¶ Quintò quia illa licet inferuiant Dæmoni virtualiter tamen inferuiunt sub forma dearum & bonorum numinum: istæ verò proprio Dæmoni sedenti in solio maiestatis, cui ut verò & vnico Principi reddunt obedientiam, *ut supra latius diximus in 2. & 3. q.* Sextò quia non apparet quòd illæ de quibus in d. c. Episcopi. accedant ad ludos & exercent ibi choreas & saltationes, & demū corum carnalè habeant cum sicut ille *per ea quæ supra latius in hac q. concludimus & per S. Thom. d. q. 5.* Septimò discotat in hoc quia illæ nulla celebrat sacrificia nullaq; imagines offerunt neque bapizant: aut responsa perunt: istæ

verò cuncta opera huiusmodi faciunt vt supra late vidistis in 2. & 3. q. & in hac etiã in primo, & 2. fundameto. ¶ Et quòd sint diuersi ordinis specie differentes apparet ex diuersitate tractatum & capitulorum & etiam auctorum. ea enim quæ disponuntur in d. c. Episcopi decreta fuerunt in concilio Aquiren. dispositio autem c. nec mirum supra fuit ex doctrina textualium. S. Aug. in lib. 10. de Ciuit. Dei. cum igitur ex diuersis auctoribus temporibus & causis decreta ipsa statuta fuerint superflua fuisset alterius decisio si vtrumque eundem casum comprehenderet vel decidere. cõtra no. in §. quibus in prima constitu. c. & in c. si Papa. de privileg. lib. 6. ne igitur istud inconueniens superfluitatis succedat dicimus quòd c. Episcopi loquatur de diuersa specie mulierū ab illa & ab illa de qua in d. c. nec mirum. maxime cum in veritate plures reperiuntur, species & diuersæ professorū sub hac diabolica religione vt supra dictum est in primo euidetiali. Sed cõtra prædicta oppono, & dico quòd imò d. c. Episcopi. loquitur de istis strigimais masculis & feminis & de omnibus sortilegis. vt apparet in princ. ipsius. cõdū dicitur quòd Episcopi & eorū ministri curā habeat sortilegā & magicā artē a zabulo inuentā extirpare. & si aliquè virū aut mulierem huiusmodi sceleris sectatorem inuenerint ex parochiis suis omni studio eliminare & deticere curent. sol. verum est quòd omnes illi qui sunt diabolicæ religionis & sub illius obedientia, debent à limine ecclesiarum & à Christi fidelium cõmunionē repelli siue sunt hæretici, siue schismatici, siue apostata, magi, necromantici, sortilegi cuiuscunque sunt ordinis & gradus, aut quocunque nomine nuncupentur, quò ad hoc vt à fidelium Christi consortio separentur omnes æquiparantur ex quo omnes dånati sunt, vt dicuntur veluti oues morbosæ & ab ouili Christi fidelium penitus exteraæ, & merito sunt igitur ab ipsorum cõsortio separanda: *ut l. 2. C. de sum. Trin. & l. bi qui scām. C. de apofsta c. firmissimè & c. ad abolendam. extra de haret. & in Clem. 1. eo. tit. & d. c. Episcopi. licet enim qui ad hoc sunt æquiparati, nõ sequitur ergo quòd quo ad omnia censeantur esse æquiparati: *ut no. in c. excommunicamus in princ. el. primo & l. 2. de haret. licet enim iuristator in princ. d. c. fecerit mentionē de hac se-**

*Diabolica scãta
professores
exterminan-
di.*

Dæmones pos-
sunt in nobis
duobus modis
mirabiliter
operari.

Et, nihilominus postea dñi loquitur de illis mulieribus
in specie mutavit casum in facto in ver. ibi. illud etiam nec
est omittendum, quod quaedam scelerata mulieres retro post Sa-
thanas conuersa &c. qui est diuersus à precedenti, vt
patet ex his, quæ tradit S. Tho. in d. q. 5. prima pars trac.
99. tit. de miracu. vbi dicit quod Dæmones possunt mira-
biliter in nobis operari dupliciter: vno modo per veram
corporis transmutationem, & per veros effectus corporales.
Alio modo per apparentiam & illusionem sensuum ex
aliqua immutatione imaginationis, per quæ verba vo-
luit intelligere de vtraq; mulierū secta, subiudgens etiā
quod neutra ramē ipsarū operatio est miraculosa, sed ex
rebus naturalibus & per modum artis Dæmonis subti-
litate inuenta: & hæc sufficiant quo ad solutionem op-
positionis factæ de d. c. Episcopi. Ad illud secundum dico,
dum adducitur illud inconueniens quod Dæmon porta-
re posset &c. solum colligitur ex his quæ dicit S. Thom.
in d. q. 5. ver. respondeo in tit. de miracu. vbi dicit quod Dæ-
mones multa possent facere, quæ nobis viderentur esse
miracula, tamen ea facerent eorū naturali virtute & ex
rebus naturalibus, si à Deo facere permitterentur: sed quia
non permittuntur, imò ea facere non possunt, quæ quidem
facultas fuit illis adempta per passionem Domini nostri
Iesu Christi, vide ibi: vt singulariter dixit S. Bonau. in 3.
sent. dist. 19. q. 3. & diximus supra q. precedēti. nec est mira-
dum, si Dæmon strigimagas & alios suos professos defert
corporaliter: quia id facere potest Deo permittente: et
quo sunt omnes gregis diabolici: vt latius diximus supra
ea. quæst. in 4. fundamēto istius vltima opi. & tetigi supra in
vltimo fundamēto eiusdē post septimā differentiam. in
d. c. Episcopi & sectā striganū. Pro quo optime facit dicit
illud S. Bon. in 3. senten. dist. 19. q. 3. in 22. & 23. de quo dix-
imus supra q. prox. a. contrario sensu. si enim diaboli po-
tētia fuit depressa & debilitata per passionem Domini
nostri Iesu Christi, à quo fit manus attrahēs penitus ab-
scissa, manus verò cōpēlens debilitata: & eius vires cō-
gustatæ fore: illud est verū respectu Christianorū pro
quibus effusus fuit ille sāguis pretiosus: illi verò qui sūt
extra baptismū, & abnegarūt fidem Christi sicut Pagani
sunt reputandi & sunt extra omnē gratiam & beneficū
salutis vt d. c. firmissimè. de haret. & l. hi. qui sancti

postea, ergo sequitur quod diaboli potētia, quo ad istos,
remanet illæsa: per cōsequēs ipsos deferre potest ad libitū
accedente maximē ipsarū mulierū voluntate & cōsensu.
Ad tertium dico quod Dæmones non possunt exten-
dere eorū vires contra iustitiā humanā & eripere capti-
uos de manibus publicæ iustitiæ: quia Deus non permit-
tit vt dicit S. Aug. lib. 10. de ciui. Dei: & S. Thom. d. q. in tit.
de mirac. aliās sequeretur quod Dæmonis potētia esset
supra diuinam, & quod iustitia omnino periret: & iura
omnia subuerterentur, quod Deus nullo modo patitur;
vt dicit Thom. ibi: vide dixi supra eo. q. 5. Ad quartum non
negatur immò cōceditur, quod Dæmones possūt mirabi-
lia operari in imaginatiua & humano intellectu, quæ ve-
rissimilima sunt & vera vndique esse videntur: ex hoc ta-
men non sequitur quod non possint aliquas operationes
naturales efficere & mouere corpora inferiora: vt latē di-
ximus supra in primo fundamēto: & etiā in secundo huius
conclusionis: & S. Tho. in d. q. 5. ver. respondeo. vbi dicit quod
Dæmones possunt mirabiliter in nobis operari duplici-
ter vno modo per verā corporis transmutationem: alio
modo per præstigiōsam mētis illusionem & formas ap-
parentes vt habetur in d. c. Episcopi in 2. parte. Ad quintum,
dum datur de illo exemplo respondeo quando Dæmones
facile possunt homines decipere, dum capiunt mulieres
ad ludos prædictos, & illorum sacrificia celebranda, ne-
cessè est quod habeant mulierem in corpore & carū na-
torali forma, si ea quæ cupiunt perficere volunt & pro-
pterea ne sequatur scandalum aut periculum cōtra ipsas
Sathanas mittit aliū Dæmonē in forma succubi quæ ia-
tet ad lat⁹ mariti loco vxoris quoties cōtingit oīa vxoris
officia in thoro cōiugali etiā cōitus subire nō denegat sed
liberet appetit & adeo se bene accōmodat quod quæquā
etiā sapientissimū falleret. vide S. Tho. in d. q. 5. & dixi su-
pra latē in primo fundamēto cōclusionis & in 2. euidētia-
li. dum dixi de operationibus incuborū & succuborum:
Nempe velle quod hi qui tenent aliam opi. quod defec-
serūt solū spiritū, reduceerēt nihil intellectū illū ad pra-
cticā. Aut enim volūt quod Dæmō capiat partē spiritus
sanime quia spirit⁹ hominis idē est quod anima, vt no. de-
clar. Arc. in c. Moyses. 3. 2. q. 2. & hoc facere nō pōt. quia ani-
ma est vnica in substantia, & indiuisibilis, & nullā recipit

Obiectio
3.
Solutio.

Obiect.
4.
Solutio.

Dæmonis in
locum vxoris
malefica sub-
cubant 2. 190.

divisione in quantitate, nec in qualitate: vt dicit Philoſ. in primo de anima. & est gl. not. & ibi Abb. in c. 1. de sum. tri. in ver. simplex. & Var. in l. stipulationes non diuiduntur ff. de verb. obli. in 3. opp. vbi dicit quod anima est indiuisibilis, & est tota in toto & tota in qualibet parte corporis: aut volunt, quod dæmon capiat totum spiritum siue totam animam, & necesse esset quod remaneret hominis cadauer, & sic mortuum absente anima, & sequeretur maius inconueniens quia esset in potestate dæmonis auferre vitam homini, & illi defuncto restituere, & sic mortuum suscitare: quod est impossibile quia solus Deus hoc facere potest: & nulla creatura, neque angelica, neque humana, habet hanc facultatem suscitandi mortuum vt dicam. J. in x. q. vnde non video quomodo illorum opinio possit saluari intelligendo de strigibus & magis: & si tu diceres, non dico quod dæmon auferat totam, nec partem animæ, sed deludit dormientem per illa signa præstigiola, formata in intellectu præsentata per immutationem imaginationis, quod facere potest dæmon. tunc respond. quod est impossibile, vt tot naturales operationes, quæ fiunt per istam sectam strigimarum, maleficorum & aliorum similium fieri possunt in spiritu solo, quin interueniat corpus & membra naturalia: quomodo enim possent in congregationibus & ludis prædictis tot choreas, reuerentias, & retrogradas saltationes efficere nisi corpus adesset: quomodo possent coitum carnis implere, quæ faciunt in singulis congregationibus ludis completis, nisi corporaliter intellissent: nec dicendum est quod sit pollutio somniatis, quia dæmones possent verè & corporaliter cum mulieribus coitum perficere & illas quâdoque reddere prægnantes in assumptis corporibus. secundum ea qua. s. diximus in 2. evidentiali istius. q. ergo sequitur necessariò, quod corporaliter perficiunt coitum: non nego tamè quod etiam non possunt in somniis pollutari diabolo operante. Quomodo etiâ possent illorum sacrificia & carimonias celebrare? & imagines illis imponere si in solo spiritu hæc fieret. quarum imaginum olim vnâ vidi Romæ & manibus palpaui: & erat vera species materialis habes materiâ & formâ, & formata erat ex quibusdam mixturis mihi ignotis: quomodo etiâ possent tot malefici

impossibilis
operatio Stri-
gum in spiri-
tu solo.

cia & sortilegia contra humana corpora fabricare, nisi corporaliter intellissent: in spiritu enim ei in somniis nemini vnquam vidi iniuriâ fieri, nec occidi quæquam. Cum igitur operationes istæ & aliæ huiusmodi, quæ sūt naturales & corporeæ, non possunt fieri nisi per corpus & mēbra: ergo sequitur quod strigimaga & aliis similes deferuntur & intersunt corporaliter & in spiritu solo: & per ista sū expedit de ista septima difficili questione.

CAP. VIII.

SUMMARIUM.

1. Diabolo aut sortilegus an possit nocere corporibus Christianorum.
2. Maleficium potest solis verbis perfici.



CTA VO quæro, si dæmon per se non potest nocere corporibus Christianorum, qui non sūt de sua religione: quia Deus id non permittit, vnde sit, quod sæpius infantes ad latus parentum & in propriis gremiis matrum reperiuntur quandoque suppressi: & eorum corpuscula confessa & mutilata, aut aliqua alia intrinseca egritudine polluta, ex qua sæpius polluuntur. Sol. dic. quod licet dæmon per seipsum corporibus Christianorum nocere non possit ad illos maleficiadum, vtitur instrumento maleficæ siue magi, qui vel quæ cum vntionibus, pulueribus, cæterisque mixturis maleficis, & venenis prædictis infantibus & aliis in occultæ noctis silentio, dum dormiunt parentes, & omnes quiescunt, ipse dæmon aperit ostia, etiam si fortissimis ferris clausa essent, & illas maleficas intromittit, per ostium dico, aut quandoque per fenestras in domo maleficiadi, quos sic intromissos instruit quomodo facere debeant, & ne lux candelæ aut lucernæ impediat maleficam ne discoperiatur aut cognoscatur à maleficiando ipse demum in assumpta forma felis siue gattæ lucernâ, lampadem, siue candelam, quâ lucentem reperit illicò extinguit, vt maleficus ipse comodius possit maleficia sua perficere, quibus peractis maleficus tutus abit: dæmon verò vt facilius illinc recedere possit aperit ostia, deinde, recludit prout ante illa repererat: nec putes (vt quidam ignari vulgares asserunt) quod ipse striges seu malefici transformant seipsum in specie gattæ aut alterius animalis bruti: quia hoc est impossibile dæmoni quod possit hominem transformare in alterâ speciem:

Diabolus aut
Sortilegus an
nocere possint
corporibus
Christianorum.

ut diximus supra. q. preceden. & dicemus infra eo. q. 2. Verum est quod ipsemet dæmon assumit illas varias formas & facit operationes illas, de quibus supra, secundum quod declarat. S. Aug. in lib. x. de civi. Dei & in 3. de trini. & S. Thom. d. q. v. prima partis. qq. disput. in tit. de mira. & S. Bonaven. sup. 3. sententiarum. q. 3. & in c. Episcopi. 26. q. 5. Et facilius & sine periculo ipsi malefici possint perficere dicta eorum maleficia dæmon est illis præuius & tanquam dux in tenebris, quos ducit ad lectum maleficiandi, discooperit pannos & ostendit omnia, quæ facienda sunt dormientibus omnibus, quibus ipse Dæmon imponere potest iuxta caput semina quædam aut pulueres, ex quibus inducitur profundus somnus: quibus sic dormientibus introducit maleficum, & omnia perficit: & hoc ego aliàs refertur audiui à duabus mulieribus maleficis, quas pro maleficiis huiusmodi præ manibus examinandas accepi: & est verisimile, quod ita sit quia nunquam reperi, nec audiui quod aliquis maleficus siue malefica fuerit unquam apprehensus in flagranti crimine; & videtur quodammodo impossibile, quod euntes in domos alienas & per secreta domus nocturno tempore clausis ostiis atque fenestris possent ita tutè in obscuris tenebris ingredi, & euadere absque aliquo rumore vel scandalo, nisi haberent ducem Dæmonem, qui illas in operibus ipsis saluas redderet.

¶ Quandoque nullo veneni haustu, vel mixtura in corpore vel extra corpus adiecta: sed sola potentia carminis & verborum perficitur maleficium: ut habetur in. c. nec mirum. §. magi. 26. q. v. ubi tex. refert. dictum Lucani:

Mens hausti nulla sanis polluta veneni, &c.

¶ Etego aliàs vidi Romæ quædam magnum excellentissimum Græcum tempore Adriani. V. l. antequam perveniret ad urbem Ponti. ipse qui solis verbis compresserat vires cuiusdam ferocissimi tauri existentis in armento in loco sylvestri, quem sic affixum (ut ita dixerim) & humiliatum apprehendit per cornua, & cordula quadam satis debili, arte tamen magica fabricata, taurum ipsum ligatum quod voluit, adduxit media nocte circiter quatuor aut quinque miliaribus: & hæc notoria sunt quæ visa fuerunt per ducentos & ultra viros quem postea habui

habui in carceribus capitolinis examinandum: & omnia ista & maiora quoque ingenue fatebatur verborum potentia efficere posse, quod tamen postea euasit imperfecto examine fauoribus populi Romani & quorundam magnatum.

CAP. IX.

SUMMARIUM.

1. Sortilegi quare incarcerati & in publica custodia detenti non utantur arte sua.
2. Sortilegi qualiter cognoscantur verò vel fidei pœnitere.
3. Deus quandoque impedit diabolicam operationem ad conseruationem Christiana religionis.

NONO quæro quare est, quod postquam isti malefici & strigimæ sunt in manibus publicæ iustitiæ incarcerati non faciunt se corporaliter deferri à dæmonibus in quibus iacent, ut possint saluare vitam & euadere pœnas corporales, quod quidam iudices curiosi quandoque tentant experientiam rei videre, & tamen nihil fecerint: quia post multa viderunt eorum sortilegiis nullum peritus effectum. Sortiri huiusmodi corporalis delationis: & propterea multi tenuerunt quod ipsi malefici & strigimæ corporaliter deferri non possunt à dæmone. Pro solutione istius. q. duæ redduntur rationes per sacros Theologos & canonistas in. c. nec mirum. xxvi. q. v. prima est, quod dæmon qui nil auidius cupit quàm animas multas lucrari: & ad tenebras inferni multifariam fraudibus homines protrahere, quàm primum videt hominem ipsum apprehensum & illius animam sub sua potestate subiectam,

nil

nil aliud querit nisi vt separaretur à corpore, vt quam ad-
huc sub conditione reuacertam lucretur, quæ postea
per pœnitentiã illius imperiũ subter fugere & se reunire
eũ Christi fidelibus: ad hoc igitur vt certam eius prædam
possideat, semper querit illius mortẽ & dissolutionem
animæ à corpore: quia nonnulli quando que reperti sunt
qui reuocauerunt errore suũ & grauẽ susceperunt ex cõ-
misso crimine pœnitentiã & residuũ vitæ suæ sanctis-
simẽ duxerunt: & propterea dicunt, quod tunc diabo-
lus nil aliud satagit nec laborat in alio, nisi persuadẽdo
malefico vt persistat opinione & professionẽ ipsã nulla-
tenus reuocet, sed in ea perseueret vsque ad finem vitæ:
quia licet adducatur ad furcas & super imponatur igni,
ipse dæmon statim illum arripit corporaliter & li-
berabit à laqueo & flammis, adeo quod nullum penitus
dolorem patietur: & casu quo mori contingeret transibit
sine pœna supplicij, & liberabit se à tot periculis huius
mundi & longè maioribus gaudiis in alio sæculo frue-
tur cum eo: his igitur illusionibus & falsis persuasionibus
ab eo præuocatus sæpius tenaciter perseuerat in eius o-
pinione: nec curat quoquo modo errorem suum reuoca-
re & pœnitentiã agere: sed obstinatus permittit potius
vltimo supplicio periri.

¶ Quædam verò ex ipsis maleficis mulieribus re-
periuntur, quæ erroris sui mirabiliter se pœnitere viden-
tur, & maximis fletibus agere pœnitentiã: quæ omnia
fictè peragunt nullaque gerunt in corde mestitiam aut
veræ pœnitentiæ amaritudinem.

¶ Ad cognoscendum autem an verè vel fictè pœni-
teant maximè mulieres, quæ habent faciles lachrymas:
aduertendum est ad oculos ipsarum, an in fletu & gemitu
huiusmodi emittunt lachrymas, quas si non emittunt
nulla adest cordis contritio: sed omnia simulatè fiunt:
& aliàs audiui à quodã excellentissimo canonista, qui erat
etiã optimus Theologus, quod regula ista est verissima, maxi-
mè in mulieribus, quæ non laborat multum in lachrymis
& dixit mihi quod lachrymæ ipse, sunt signa manifesta ve-
ræ & internæ pœnitentiæ: & adduxit mihi text. de pœni-
disting. j. c. pœnit. c. 2. cap. lachryma. vbi dicitur quod
lachrymæ lauant delictum, quod pudor est magnus

confiteri: & habetur Luc. ij. cap. & ego aliàs habui in Sa-
bonondũ tertius est elapsus annus Romæ in agro Sabi-
nensi dum quandã vetulam maleficam examinarem. quæ
iam. xx. annos in ipsa professione cõpleuerat, & infinita
quodãmo sortilegia venefica suis mixturis fabricauerat
& magnũ Christianorum numerum diuersis egritudini-
bus pollutum reddiderat: quosdam verò occiderat ratos,
vel nullos sanauerat: quæ postquam cõfessa fuit crimen,
dũ ego prosequeret illius examinationem per horas duas
& ultra, quàm maximè videbatur edolere de suis cõmis-
sis excessibus, & cõtinuos fletus, & suspiria cõficebat as-
serens velle professionẽ illã omnino relinquere, & ad ve-
ram orthodoxa fidei religionẽ reuerti: verũ tamen in tã-
ta fletus & suspiriorũ copia nullã vnquam etiam mini-
mã lachrymã emittere potuit: ad quod ego aliàs instru-
tus plurimũ aduertit: & visum fuit quid valde mirabi-
le, quod mulier fletet sine lachrymis: & nisi vidissem for-
tasse nõ credidissem: licet in viro nõ sit mirandum, ex quo
ipsi duriores sũt in lachrymis: nõ tamen nego, quin mu-
lieres possint in multis confingere lachrymas: vt aliàs di-
xit Cato.

Instruit insidias lachrymis dum scemina plorat.

In actu tamen pœnitentiæ videtur quid mirandũ sed dici
potest quod diuina iustitia hoc agit fauore pœnitenti-
æ.

¶ Secunda ratio redditur, quare non possunt euadere
quando sunt incarcerati: quia diuina iustitia tunc nõ per-
mittit Dæmonẽ posse suam naturalem potẽtiã exerce-
re illos: ne aliqui iudices & officiales curiosi, forsã vi-
dentes aliqua signa manifesta liberationis eorum inui-
tarentur ad prosequendum illorum professionem: & hoc
est quod dixit. S. Aug. in li. ij. de Trinit. in. x. de citi. Dei. c. 1.
S. Tho. in trac. q. prima partis. q. v. in tu. de mira. c. canonista
in c. nec mirum. xxvi. q. v. quod Deus impedit potẽtiã
Dæmonis in quibusdam ad obseruationem Christianæ
fidei: vt latè diximus sup. eo. tit. vij. q. quia aliàs fides ipsa
Christiana paulatim tota sabueretur: maiorẽque
potestatem videretur habere Diabolus quàm Deus, &
iudex qui est minister Dei xi. q. ij. nemo contemnat. c. c.
sq. c. imò tunc Deus resistit Dæmoni & illius vires com-
primis

primit per ea que not. S. Aug. in lib. x. de ciui. Dei: & refert
& sequitur. S. Thom. in. d. trac. qq. d. q. v. & dixi supra eo.
q. vij.

C A P. X.

S V M M A R I V M.

- 1 Sortilegia an hæresim sapiant manifestam, ut à iudice Ecclesiastico debeant examinari.
- 2 Deo soli reseruata qua sint.
- 3 Dæmoni naturaliter conuenientia, & à Deo sibi concessa qua sint.
- 4 Sortilegium cum hostia consecrata factum an sapiat hæresim manifestam.
- 5 Sortilegia simplicia non sapiunt hæresim.
- 6 Imagines facere ad amorem prouocandum superstitiosum dicitur potius quam hæreticum.
- 7 Sortilegium duo præsupponit consideranda.
- 8 Tentatio est præcipua Diaboli conditio.
- 6 Adoratio Diaboli sapit hæresim manifestam.
- 10 Modus & forma quibus Diabolus inuocatur est in materia sortilegij consideranda.
- 11 Sacerdotes diuina exercentes, ut contra naturam aliquid eueniat, an possint dici sortilegi.
- 12 Imagines indebitè & viliter tractantes an sint hæretici habendi.
- 13 Sortilegium cum hostia non consecrata an sit hæreticum.
- 14 Sortilegi in forma imaginis aliquem affligentes an sint manifesti hæretici.
- 15 Sortilegia in quibus reliquia Sanctorum admiscentur an sapiant hæresim.
- 16 Sortilegia, in quibus admiscentur essentialia, vel substantia sacramentorum Ecclesiasticorum, an hæresim

hæresim sapiant.

- 17 Secreta cordium sortilegio inquirens hæreticus dicitur.
- 18 Sacramenta Ecclesiastica non opentur in turpem vel indebitum finem.
- 19 Sortilegia, in quibus interueniunt res benedictæ, non sapiunt hæresim.
- 20 Sortilegium multis concurrentibus censetur hæreticum.

DEcimò videndum est, an & quâdo huiusmodi sortilegia & opera, maleficorum sapiant hæresim manifestè: ita quòd ipsorum rei & machinatores iudicis Ecclesiastici inquisitores hereticæ prauitatis examini subiiciantur, & hæreticorum pœnis puniantur. Respond. in hoc deueniendum esse ad distinctiones. Sed antequàm ad vltiora procedam pro euidentia. Præsuppono primò quòd quædam sunt quæ ad solum Deum creatorem pertinent, ex quo illa reseruauit sibi in priuilegium, nullique creaturæ etiam Angelicæ illa concessit. Prout est hominem verum naturalem creare: ut habetur Ge. ij. & S. Tho. in. i. parte trac. qq. in ti. de poten. gener. & de creatio q. ij. ar. vi. q. ij. art. i. & ij. & ij. & ij.

Reseruata
Deo soli.

Creatio ho-
minis Dei est.

¶ Vel iam creatum in melius, aut deterius reformare: aut in alteram speciem commutare: ut ibi dicitur. Item mortuum suscitare: ita ut verè & naturaliter uiuificetur resuscitatus fuit Lazarus, qui iam quadriduuanus erat. ut habetur Ioan. xi. cap. & quando etiam filium illius viduæ dum deferretur ad sepulturam ex feretro suscitauit & surgere iussit: ut habetur Matt. xviij. c.

¶ Item futura scire ex vera & perfecta scientia ad solum Deum pertinet: ut dicitur Esa. xij. c. annunciate nobis quæ futura erunt & videmus quia dii estis vos.

¶ Item cæli motum sistere ab eius vnica voluntate dependet, ut inquit. S. Tho. in trac. qq. in prima parte. q. i. art. vi.

¶ Item

Pharisaorum
calumnia
contra Chri-
stum.

¶ Item secreta cordis humani, quæ in animo sunt oc-
cultæ, nec dum ad aliquem actum extrinsecum deuen-
runt solus Deus est seruator & verus cognitor: ut habe-
tur *Matth. xxij. c.* vbi Christus optime cognovit secreta
cordis Phariseorum, qui cupiebant ipsum calumniari
apud Cæsarem, ex eo quod vocabat se Regem Iudæo-
rum: & propterea interrogarunt ipsum cui nam debe-
rent offerre tributum ipsum vel Cæsari: tunc Iesus petiit
ab eis vt ostenderent sibi monetam aliquam si habebant:
& vnus ipsorum exhibuit numisma: quod Iesus videns
interrogauit cuiusnam esset illa imago in numismate
sculpta: at illi responderunt est Cæsaris imago. tunc Iesus
restituens illis numisma dixit: reddite ergo quæ sunt Cæ-
saris Cæsari, quæ sunt Dei Deo: demonstrans quod Deus
non querit thesaurum pecuniarum, sed corda fidelium
& opera charitatis, *de pœnit. dist. 1. ccc. c. c. seq. dist. ij. c.*
radicata. c. seq. 2. not. in c. de nobis. de sent. ex com. c. in c. 1.
quia de. vel venent. Et ista ac his silia nullus Dæmonum
nec Angelorum facere aut cognoscere potest, sed solus
Deus: ut dicitur *ij. q. ij. c. consultuisti.*

¶ Quædam verò sunt sub cognitione & naturali po-
tentia Dæmonis, & que Dæmon ipse permissu diuinæ
clementiæ facere potest: quia sibi non reprimat, & hæc
multa sunt iter quæ est tentandi facultas & flectendi
pudicos animos ad libidinem & ad alia peccata: ut habe-
tur in *Apocali. ij. c.* *Ecce missus est Diabolus aliquo: ex vobis in*
carcerem vt tentemini: vt habeatis tribulationem diebus de-
cem nolite timere &c. *S. Aug. lib. x. de omni. d. c. S. Thom. in*
secunda secunda dist. xcv. q. ij. in tit. de superstit. c. habetur
Gen. ij. c. Matt. iij. Marc. i. Lu. iij. vbi Diabolus ausus fuit
tentare Christum: c. diximus supra eo. q. vi.

¶ Item omnium naturalium & virtutum creaturarum
cognitio tam superiorum, quam inferiorum, ex quibus
quidem rebus naturalibus inferioribus multa sunt vene-
ficiæ, & quibus diuersæ, & quàm plurimæ causantur infir-
mitas in humanis corporibus sciunt quæ dictas egritu-
dines sic ex accidenti expositas contrariis remediis cura-
re, quàm quidem scientiam naturalium Dæmones pos-
sunt homines docere & instruere quomodo facere de-
beant ad sauciandum sanandum vt corpora homini: vt
proximè

proximè diximus supra eo. tit. in 6. quæst. & alia huiusmodi
quæ plura facere possunt eorū natura & permissu Dei.
vt dicit *S. Thom. in tra. qq. prima parte. q. 5. de miracul. c.*
col. lib. q. 16. art. 7. de Damon.

¶ Quibus sic presuppositis nunc distingue: aut Sortile-
gus Malefica siue Magus, sunt de expressa professione *Sortilegi siue*
Diabolica quod est quando expressè abnegarunt Chri- *de expressa*
sti fidem, & iterum se baptizarunt in nomine Beelzebub: *professione*
vt plene diximus supra eo. d. q. sexta. c. q. tertia. vt habetur in *diabolica.*
l. h. qui sanctam. C. de apost. aut malefici huiusmodi sunt
tacite professionis, quod est quando nondum se remo-
uerunt penitus à diuino cultu & à fidei Christianæ reli-
gione, nec celebrant expressum Dæmonis cultum per
sacrificia diabolica, nihilominus habent quandam taci-
tam & occultam amicitiam seu familiaritatem cum
Dæmone & aliis maleficis, propter quam quæ-
dam faciunt sortilegia & operationes superstitiosas,
quæ non possunt absque Dæmonis suffragio & instru-
ctione compleri seu effectum sortiri: vt sunt ligaturæ
execrabilium remediotorum, & incantationes quas faciunt
istæ mulierculæ vt plurimum cum scedulis omnibus, aut
aliis mixturis, siue ligaturis suspendendis, aut ligandis
ad collum maximè quando student sagare personam
maleficiatâ: & hoc est quod dicit *rex. i. c. nec mir. in princ.*
in ver. ad hac omnia. 36. q. 5. S. Aug. lib. 10. de ciuit. Dei. vbi
dicit quod in istis omnibus ars Dæmonum est ex quadâ
pestifera societate hominū & angelorum malorū exor-
ta. Primo casu dic qualitercunque & quomodocunque
sunt ipsa sortilegia per illū qui est expressè professionis
sæper dicuntur sapere hæresim manifestè si non respectu
operis saltè respectu operantis, qui est verè & propriè he-
reticus: ex quo relicto Deo proprio creatore adorat Dæ-
monē tanquam vnicum Deū, & propterea dicitur hære-
ticus quia contrauenit primo diuinorum præcepto. Vnū
cole Deum, &c. Item primo ex articulis Christianæ fidei.
Credo in vnum Deum, &c. idem dicendum est de eo qui
non est hæreticus tamen in ipsis sortilegiis fabricandis
alioat sibi hæreticum, vel puerum rebaptizat &c. vt di-
cit *glo. in d. c. accusatus. 6. sanè de harc. lib. 6.* Et licet quæ-
dam ex his quæ faciunt sunt de his quæ Dæmon facere

Sortilegia pro-
fessionis ex-
pressa sapientis
manifestè ha-
resim.

Heretica re-
spectu ope-
rantis.

potest naturaliter, quæ regulariter non deberent sapere hæresim manifestè, tamen isto casu dici possunt hæretica non respectu rei, sed respectus operantis, & hoc est quod voluit dicere glo. 1. d. c. accusatus. §. sanè. quæ exemplificat plures casus in quibus ipsa sortilegia sapiunt hæresim manifestè, inter quos ponit istos scilicet quando sortilegi ad ipsa sortilegia conficienda associant sibi hæreticum aut puerum rebaptizant &c. & quædam alia his similia faciunt. Secundò autem casu quando hæc fiunt ab his qui sunt tacite professionis: & tunc distingue secundum quod fecit Oldr. in consi. ccc. quod incipit regularis habet traditio &c. ubi dicit quòd aut imploratur auxilium Dæmonis ad ea faciendum, aut cognoscendum, quæ ipsa Dæmon sua naturali virtute & potestate facere potest diuina virtute non reprimente, sicut est hominem tentare ad peccandum, aut flectere pudicos animos ad libidinem & similia facere: ut dictum est supra laudè in 36. q. 6. qu. & isto casu non sapiunt hæresim manifestè, ut dicit glo. & no. Arch. Gemin. & ceteri doc. 1. d. c. accusatus. §. sanè. idem esset si eius virtus inuocetur ad reuelandum furta vel alia occulta præsentia vel præterita, vel ad præparandum docendumque medelas ad sanandum maleficiatum: ista licet fieri omnino prohibeantur Dæmonis auxilio de iure canonico: ut habetur in c. 2. de sorti. ubi copiose per Panor. & 26. q. vltima. c. admoceant. tamen non sapiunt hæresim manifestè: quod patet ex genere pœne ut in d. c. 2. de sortil. & per Oldr. in d. consi. ccc. Aut imploratur auxilium Dæmonis ad cognoscendum vel faciendum ea, quæ de sua natura scire aut facere non potest: quia sunt de his quæ pertinent ad ipsum creatorem: ut supra laudè diximus: & tunc si quis putat Dæmonem posse facere per seipsum illa, quæ ad solum Deum pertinent est hæreticus & pagano deterior. d. ca. Episcopi §. quisquis in fine. & d. c. qui sine Salvatore.

Sortilegium
cum hostia
consecrata an
manifesta sit
hæresis.

¶ Sed quæro quid si aliquis assumeret hostiam sacramentam in sortilegiis ipsis, quæ sunt maximè ad amorem, quibus sapiens ista sacra miscentur: ut diximus supra in 2. & 3. q. an ista sapiunt hæresim manifestè, quando in eis nullus hæreticus interuenit: distingue, aut illa sunt ad effectum cognoscendi animum mulieris vel viri si amat

amat illum vel illam, qui vel quæ sortilegia facit: ut sapiens faciunt isti amantes, qui sunt de mentes: aut fiunt ad effectum introducendi amorem erga sortilegum aut sortilegam in corde illius amata personæ quæ nullum vel minimum habet amorem. Primo casu non videtur, quòd sapiant hæresim manifestè, ex quo in hoc sortilegio imploratur auxilium illius sacramenti ad ea quæ sunt propria diuinæ virtutis, scilicet ad reuelandum secreta cordis hominum secundum quod concludit Oldr. in d. consi. ccc. de quo supra proximè diximus hæreticum potius esset si pro notitia occultorum prædicatorum quis inuocaret auxilium Dæmonis putans Dæmonem posse ipsa reuelare & certa scientia, secundum quod dicit idem Oldr. in d. consi. & diximus supra. Et secundum hoc nota, multi hodie incidunt in hanc speciem hæresis, quia plures sunt ex istis amantibus fatuis qui facere student hæretorum sortilegia cum aliis diuersis rebus, ut sciant animum amatae siue amasi, an teneat dilectionem sui: ut hi qui in hac opinione persistunt, firmiter id credentes sunt hæretici alia non.

Casus de sor-
tilegiorum
hæresi ad se-
creta,

¶ Secundo verò casu, quando fiunt ad effectum calefaciendi cor frigidum: & ista similiter non videntur quòd sapiunt hæresim manifestè quoniam inuocatur suffragium illius sacramenti ad diligendum, sed dilectio in se non est peccatum imò videtur esse meritum apud Deum, ut habetur in diuinis præceptis: Diliges proximum tuum sicut teipsum. & no. Matth. 12. c. & dixit Pau. Apo. somnes virtutes habuero, charitatem autem non habeam nihil sum. & not. in c. firmissimè de hæret. glo. tamen in d. §. sanè c. accusatus. de hæresi. lib. 6. videtur tenere contrarium quòd sortilegia in quibus interuenit hostia consecrata sapiunt hæresim manifestè dum ponit plura exempla, in quibus sortilegia ipsa sapiunt hæresim manifestè: ponit etià istud de per se, quòd interuenit hostia consecrata, nec specificè ponit ad què effectum illa fieret: vnde intelligi potest ad omnè turpè effectum, maximè ubi vertitur materia peccari & ab ista opinione quæ fauorabilis est pro fide nõ discedet: ut dicit tex. in d. c. accusatus. maxima enim temeritas est illius Christiani, qui in reb^o vanis & lasciuis tacti sacramenti abusum audeat ministrare. & ad ea quæ supra

in contrarium adducebant respondeo, nec ego quod diuina virtus precibus implorata ad reuelandum ea, quæ secretissima sunt in corde hominum hoc facere potest, quia hæc sunt sub eius arbitrio & potestate, non autem Dæmonis qui est creatura: hoc est verum quotiescunque consultatio ipsa fieret debito modo: iuxta ritum veri diuini cultus, & Christianæ religionis, & per modum sacrificiorum quæ in Ecclesia celebrantur per bonos sacerdotes, non autem isto modo superstitioso & retrogrado, *iuxta no. in c. nihil in sacrificiis de consecrat. dist. 1. & no. in cap. cum marthe. de celebrat. Miss. vide d. sol. in sum. conf. in tit. de sortile. q. 19. q. vlt. per ista enim sortilegia non imploratur auxilium sacramenti mixti in factura, aut ipsa diuina virtus ad reuelandum ista: sed potius Dæmonis suffragium, vt illa reuelat per abusum istorum sacramentorum cui omnia huiusmodi sortilegia immolantur per illam amicitiam, quam ipsi malefici habent cum Dæmone secundum pacta inter eos inita 26. q. 5. ca. nec mirum. ver. ad hæc omnia. & 10. lec. in sum. con. eo. i. u. 6. & hoc faciunt in opprobrium diuinæ maiestatis: & si qua responsa reuolutionis inde sequantur illa profectò sunt diabolica & non diuina: sed istum tam turpem abusum sacramentorum diabolus instruit hominem facere. vt sub eo ipse facilius adoreretur ab homine in dedecus diuinæ bonitatis & hoc modo hominem decipit: vt dicunt canonistæ & sacri Theologi in locis supra not. in 6. & 7. q. & habetur in d. c. Episcopi. Ad secundum dum dicebatur quòd diligere in se non est peccatum: est verum, quando dilectio ipsa est in charitate fundata: tunc enim est opus meritorium Deo, quia charitas est recta voluntas ab omnibus terrenis ac præsentibus penitus aduersa iuncta vero Deo inseparabiliter vnita igne quodam spiritus, omnis extraneæ corruptionis nesciat nulli vitio mutabilitatis obnoxia, supra omnia quæ carnaliter disinguntur excelsa: & in effectu concludit: quòd illa est dilectio maxima circa diuina & ecclesiã, vel erga proximum propter Deum qui respicit animæ beatitudinem, non hæc mundana fragilia. *vide tex. præclarum de penit. dist. 2. c. clarior est. vbi plura singularia de charitate narrantur: hæc enim est illa charitas & dilectio quæ habet meritum regni celestis.**

*Abusus sacrilegiorum ad faciliorem adorationem in-
fructu Dæmon.*

lestis hæc est illa de qua locutus fuit Paulus Apostolus & Matth. 22. c. & de qua loquitur diuinum præceptum. *& tex. in c. firmissimè. & ibi glo. ceteræ vero dilectiones carnis, quæ terrenæ sunt potius habent annexum peccatum, quàm meritum respectu vltimi effectus, qui est carnalis coitus & propterea ille qui putat sacramentum Eucharistiæ operari ea, quæ sunt mediata vel immediate peccatum est in maximo errore: nec caret manifestè hæresis suspicione nihilominus in istis semper me refero ad communem Theologorum opi. & rectum iudicium sanctæ Matris Ecclesiæ.*

Dilectio terrena annexum habet peccatum.

Oldradus autem in hac materia *in consil. suo 210 quod incipit. regularis habet traditio &c.* sic distinguit, dicens, quòd sortilegia simplicia, item pocula amatoria, vel assumere hostiam non consecratam, ista non inducunt hæresim. *vt in c. 1. de sorti. & in Rub. eo. tit. l. si quis aliquid. & q. 1. de aborti. ff. de penit. & c. de homine. de celebra. Miss.*

¶ Imagines verò facere ad amorem mulieris prouocandum dicit ipse quòd magis videtur esse superstitiosum quàm hæreticum. Sed circa hæc duo sunt consideranda. Primum est: modus inuocationis quomodo inuocatur Dæmonis suffragium.

¶ Secundum est: considerandum circa rem quæ expetitur.

¶ Primo igitur casu aut inuocatur auxilium Dæmonis per modum imperij & suffragij, aut per modum adorationis & cultus latræ primo casu aut imploratur ad tentandum & seducendū publicos animos mulierum ad libidinem vel his similia, quæ sunt de propria Dæmonis natura & non sapiunt hæresim: *vt habetur in Apocalyp. 2. c. ecce missus est Diabolus ad aliquem ex vobis in carcerem vt tentemini. &c. & habetur Matth. 4. Marc. 1. & Luc. 4. hoc enim est proprium Dæmonis tentare hominem ad peccandum: vt ibi dicitur & diximus supra ea. q. in princ.*

Tentatio est præcipua Diaboli conditio.

¶ Aut imploratur eius auxilium ad sciendum futura vel ad aliquid aliud faciendum quod soli Deo creatori competit & tunc sapiunt hæresim manifestè, quia vult attribuire creaturæ quod est proprium creatoris: *vt cap. accusatus. § sanè. de heret. lib. 6. & ibi nos doc.*

¶ Secundo verò casu principali, quando inuocatio illa fit per modum adorationis & cultus latriæ adorando Diabolū absque dubio illud sapit hæresim, immò est propriè hæresis adorare diabolū: si enim adorare hæreticum est, hæresis non propter personam sed propter vitium, in qua est graue peccatum: vt dicit Oldrad. *ibi & Gemm. in d. c. accusatus. §. sanè. ita & multò fortius adorare diabolū est opus hæreticū: quod enim maius & detestabilius vitium est quàm adorare diabolū? & hic nō ponderatur persona, sed vitium quod committit in alia adoratione.*

¶ Et idè diligentè est aduertendum ad modum & formam, quibus dæmonis suffragium inuocatur. quia si per modum imperij & gratificationis & petuntur ea quæ diabolus facere potest, non sapiunt hæresim: si verò per modum certæ adorationis tunc sapiunt hæresim expressè per ea, quæ proximè diximus quæ fuit singularis doctrina Oldrad. *in dicto consilio. c. c.*

¶ Ex qua nota singularè cautelâ in pra. pro aduocatis, vt sint cauti informando positiones vel interrogationes, quòd per modum imperij seu gratificationis quis inuocauit auxiliū dæmonis: & isto modo euitabitur labes hæresis: si verò ponat, quòd per modum adorationis in veri cultus latriæ, quis incidit propriè in hæresim, per ea quæ supra diximus.

¶ Post hæc videndum est quid de sacerdotibus qui causa doloris spoliant altaria, & celebrant missas veste lugubri in liuorem & odium alicuius inimici, vel celebrant missas defunctorum pro ipsiſ viuentibus, & sumunt preces vt citiùs moriantur, vel incurrant mortis periculum, nunquid ista sapiunt hæresim manifestè: dic quòd non, quòd apparet respectu pœnæ quæ imponitur pro isto crimine. *2. 6. q. 5. quicumque & clarius dicitur infra eodem. q. sequenti. vbi traditur de pœnis istorum.*

¶ Deinde quæro, quid si clerici vel laici crucem aut imagines irreuerenti ausu proiecerint in terram, & spinis vel vitri-
reuerentia-
fantes an hæ-
retici sint ha-
bendi.

res crucis supposuerint, aut pedibus forsan calcauerint, an ista sapiant hæresim manifestè, vel dicantur propriè opera hæretica: & similiter dicas quòd non, licet grauissimum sit

fit peccatū in se. c. si canonici. §. ff. de offi. ordi. li. vi. Vtcrius quæro, quid si Sacerdos celebrat vnā aut plures missas super hostia, quā nūquā sacravit, si postea cōmunicat se eū illa, an incidat in hæresim, vel dicatur hæreticus ex eo: similiter si aliquis acceperit hostiā super qua celebratae fuissent vna aut plures missæ nō tamē fuit sacrata, & illā immiscuerit in sortilegiis maximè his quæ sūt ad amorem, an incidat in hæresim sacerdos, qui missas illas scilicet celebravit, & ille qui hostiam ipsam cōmiscuit in sortilegiis: dic quòd neuter cōmittit hæresim: quāuis graui-ter peccat vterque. c. de homine de celebra. miss. per Oldrad. *in d. consi. iij. col. & diximus verbum §. ead. q. in prin. & habetur per d. lo. lec. in sum. conf. eo. q. xij. & xvi. Hæc omittā eos, qui in sortilegiis suis apponunt imagines, illasque baptizāt sub nomine personæ maleficiadæ, vt affigat in eo vel ea illud accidens, quòd ipsi vel ipse desiderant, an ista sapiunt hæresim manifestè: dic quòd cōsiderandum est ad quem effectum imagines illa fuerunt fabricatae, & ad quem effectum tendunt sortilegia, & ad quid implo-
tatur auxilium Dæmonis, aut ad ea quæ facere potest virtute sua naturali, aut ea quæ spectant ad creatorem. item sub quo modo & forma imploratur. Dæmonis suffragium, aut per modum imperij & gratificationis, vel per modum adorationis & cultus latriæ, de quibus omnibus diximus supra eadem. q. imò mō insisto vterius in declaratione. *vt lo. d. lo. lec. in sum. conf. eo. tit. q. xij. Quid de his, qui in ipsis sortilegiis immiscent reliquias sãctorum martyr. scilicet particulas ossium, carnis, aut neruorum. capillorum, vnguium, & similibus. vel particulas aliquas vestitiū eorundē, vel Dñi nostri Iesu Christi, aut Beatæ Virginis Mariæ, seu aliorum sanctorum aut sanctarum, an sortilegia ipsa dicantur esse hæretica, vel sapere hæresim manifestè, præsupposito quòd immixta fuerit in sortilegio amatorio, vt sæpius fieri solet. dic quòd non sunt hæretica nec sapiunt hæresim manifestè quāuis negari non potest quòd sunt valde superstitiosa, damnanda, quòd est verum quando fierent ipsa sortilegia ad flectendum pudicos animos ad libidinem, vel ad alios effectus, qui fieri possunt per Dæmonem, & non interuenit cultus adorationis: si verò interueniret**

Sortilegia cum mixtis reliquiariū sanctorum aut saniorum hæresim.

cultus adorationis & fierent ad sciendum illa, quæ perti-
nent ad Deum semper sapiunt hæresim manifeste: ut laicis
diximus s. proxime vide. S. Tho. in sum. secunda secunda dist.
95. art. ij. ver. dicendum in tit. de supersti. vbi hoc idem tenet.
idem tenet Ioan. lec. in sum. conf. eo. si. q. xvi. Modò quæro
quid de his, qui sacramenta Ecclesiarum ut est oleum sanctum
baptismatis, chrisimatis, vel extremæ unctionis, aut aqua
fontis baptismatis in dictis sortilegiis cõmiscuerint, an
sapiat hæresim, ut supra: & breuiter dicas, quòd nõ: quòd
patet ex diuersitate pœnarum iudictarum pro huiusmodi
maleficiis; quæ sunt diuersa à pœnis hereticorum, de qui-
bus in c. ad abolendam. c. c. vergentis. extra de heret. c. late
diximus s. ti. i. q. vi. Quod tamen est verum, quando per
ipsa sortilegia nõ imploratur auxilium Dæmonis, nisi ad
ea quæ de sui natura facere potest, de quibus aliàs diximus
s. ea. q. c. q. vi. c. vij. si verò inuocatur ad ea, quæ nõ ad
ipsum, sed ad Deum creatorem spectant, sine dubio tunc sa-
perent hæresim manifeste, vel si per Dæmonis suffragium
inuocantur per modum adorationis & cultus latriæ, quia
ipsi sortilegi & eos cõsultentes adorarent cum deuotione
Diabolum tunc illorum opera essent hæretica, aliàs si per
modum imperij vel gratificationis, dicas quòd nõ ut. s.
proxime diximus c. per Oldra. in d. consl. c. cx. Et imò dic,
quòd si quis in ipsius sortilegiis quaerere auxilio Dæmo-
nis scire si mulier in corde suo amat ipsum amantem, vel è
cõuerso quãdo mulier sortilegat erga virum isto casu sor-
tilegia sapiunt hæresim manifeste, quia secreta cordis ho-
minum nemo scit nisi solus Deus, & cui ipse voluit reue-
lantur: ut hab. ij. q. i. v. consl. s. i. c. late diximus. s. ea. q. in
prin.

¶ Sed quæro, quãdo ipsa sacramenta posita in amatoriis
sortilegiis ad flectendum, ut s. an operentur effectum, vt ex po-
tentia illius sacramenti flectatur animus illius ad aman-
dum & c. dic quòd non; quia illius non vtuntur debito
modo nec ad honestum: sed turpema effectum, quòd vt
plurimum tendit vt peccatum ad quæ opera diuina
gratia vel sacramenta Ecclesiarum se non extendunt
ut aliàs diximus. s. eo. q. vi. & ideo communiter appel-
lari solet iste abusus quidam sacramentorum, sor-
tilegium

tilegium. 17. q. 4. sacrilegium. c. si quis contumax. s. 1.

¶ Nec dum est annus elapsus, quòd vidi Romæ
calum istum euenire in facto, vbi dux mulieres impu-
dicæ cum oleo sancto baptismatis & chrisimatis, quo in-
unxerunt sibi labia, dicentes quædam turpia verba ad
formandum sortilegium: deinde deosculabantur viros,
à quibus amari cupiebant, asserentes quòd illud sortile-
gium & obseruantia operabatur maximum effectum,
quòd ad iniugendam dilectionem in corde vacuo, nihilo-
minus vidi ambas sustigari per vibem & mirtatas in lo-
co quodam publico notissimo turpiter dehonestari, se-
cundum quòd dicit Paner. in d. c. ij. de sortileg.

¶ Idem dicendum est de his, qui in huiusmodi ser-
tilegiis amatoriis immiscent aquam benedictam sumptam
ex amphora communi, quæ patet in Ecclesia, candelas
benedictas: frondes palmarum: ramos oliuarum benedi-
ctarum: sacros agnus dei & similia: iste dicitur potius abu-
sus quidam sacramentorum, ut supra proxime diximus:
quàm hæresis expressa. idem dicendum est de his qui
aliquas reliquias vestium sanctorum apostolorum mar-
tyrum, aut aliorum factorum, vel qui particulam lapidis
sacratam purificatorij, super quo immolatur hostia: itera-
calicis, vel alterius rei benedictæ siue sacratæ commi-
scuerint in ipsis sortilegiis amatoriis, dicuntur abuti sa-
cramenti huiusmodi & grauissime peccant, citra tamen
hæresis labem: ut notatur per d. Oldra. in d. consl. c. cx. c. Pa-
ner. in d. c. ij. de sortil. vbi expressè dicit, quòd quotiescun-
que non interueniunt ea, de quibus per glo. in d. c. accusatus.
s. sane. quamuis inuocentur dæmones, vt promoueant a-
nimum mulieris ad impudicitiam: licet istud sit grauissi-
mum peccatum in se: tamen non sapit hæresim, quia pro-
prium est dæmonis tentare creaturam: ut habetur Apoca-
lyp. ij. c. c. xvi. q. ij. v. s. vide. S. Thom. in sum. secunda secunda
dist. 95. art. ij. ver. dicendum in tit. de supersti. c. Io. lec. in sum.
in tit. de sortileg. q. xxv. ad literam, qui omnes tenent quòd
per ista quis non incidit in hæresim, dū tamè fiant modo
prædicto. Quæ omnia prædicta limitata sunt pluribus
modis: & primo vt non procedat, quotiescunque in ipsis
sortilegiis celebratur solènia sacrificia interpositis aris,

Oleo sancto
abuse sunt
Romæ 2. Stri-
ges.

Secreta cordis
perforans
sortilegio hæ-
reticus dici-
tur.

idolis, & aliis de quibus supra in. 3. & 6. qq. & diabolus adorarentur: quia isto casu committitur hæresis: vt sapius supra proximè diximus. ita tenet expressè Oldrad. in. d. consi. & Gem. & alij doc. in. d. §. sanè. dicentes, quòd peius est adorare diabolom, quàm hæreticum.

¶ Secundo limitantur, vt non procedant in sacramento Eucharistiæ corporis vel sanguinis Domini nostri Iesu Christi: quia tunc committitur hæresis. ita dicit expressè glo. in. d. §. sanè.

¶ Tertio limitantur quando interueniret rebaptizatio pueri in ipsis sortilegijs, quia etiam saperent isto casu hæresim manifestam. vt p. d. glo. in. d. §. sanè.

¶ Quarto limitantur, nisi in ipsis sortilegijs ministrandis hæreticus intertinerit: vt per. d. glo.

¶ Quinto & vltimo limitanda sunt, quotiescunque dæmonis suffragium inuocatur ad habendum notitiam eorum, vel faciendum ea, quæ soli Deo creatori competunt in priuilegium, de quibus plenius diximus. s. endl. q. in prin. & per ista sit expedita hæc decima vtilis questio quæ omnia bene not. quia istorum scientia est maximè importantiæ tam respectu examinis, quàm pœnarum, de quibus dicemus infra. q. proxima.

C A P. XI.

S V M M A R I V M.

- 1 Pœna sortilegis imponenda diuersimodè consideratur.
- 2 Sortilegium qualiter sit in foro conscientia puniendum.
- 3 Sortilegi qualiter veniant in foro iudiciali canonico puniendi.
- 4 Sortilegi diuinatores qua pœna de iure civili puniantur.
- 5 Sortilegia amatoria qualiter sint punienda.
- 5 Sortilegium amatorium qualiter sit de iure civili puniendum.

- 7 Pœna sortilegis imponenda plura presuppōni considerata.
- 8 Clericus potest, pro sortilegijs, Ecclesiasticis beneficijs priuari.
- 9 Sortilegus non excusatur simplicitate vel ignorantia.
- 10 Sortilegia venefica qualiter veniant in foro conscientia punienda.
- 11 Iura mulierum adhorrent artem maleficam.
- 12 Pœna sortilegis imponenda diuersimodè consideratur.
- 13 Conuersantes cum sortilegis sunt puniendi.
- 14 Tortura indistinctè contra crimen sacrilegij procedit.
- 15 Sortilegus testibus conuictus & pertinax potest bestiis tradi vorandus.
- 16 Docens sortilegium & addiscens aequaliter veniunt puniendi.
- 17 Membri languedinem & incurabilitatem inducentes possunt sortilegij pœna condemnari.
- 18 Sortilegium, in bonum finem factum, an sit puniendum.
- 19 Futura an possint impune prognosticari.
- 20 Sacerdos, causa doloris Ecclesiastica immutans infamis est habendus.
- 21 Imaginem crucis, vel alterius sancti, indigne tractans, qua pœna sit puniendus.
- 22 Sacerdos celebrans, & nihil consecrans, qua pœna sit puniendus.
- 23 Imagines baptisantes, vbi sortilegium exerceant, qua pœna veniant puniendi.
- 24 Astrologi futura prædicentes diuersimodè veniunt in pœnis imponendis considerandi.

- 25 Sortem in Euangelis querentes & verba Evangelica in illis immiscentes qualiter sint puniendi.
- 26 Verba honesta an possunt licite verbis inhonestis commisceri.
- 27 Scriptura ligata an possint licite in collo, vel alio loco corporis deportari ut ex hoc aliquid eueniat.
- 28 Diabolo sacrificantes, ut ad honores perueniam, qua pena mulcentur.
- 29 Reliquias sacras, substantialia sacrorum Ecclesie, ceteras res ab Ecclesia benedictas, sortilegijs suis immiscentes, heretici habentur.
- 30 Sortilegia sanctorum, & nullum preiudicium inducentia, de civili non puniuntur.
- 31 Diuina per somnia an sit prohibita & punibilis.

VNDECIMO post præmissa videndum est, quibus pœnis isti sortilegi puniuntur, in qualibus distinctio de supra reperenda est, aut sapiunt hæresim manifestè: aut non primo casu pœnæ ipsorum declaratae fuerant. s. ti. 1. q. 4. vbi copiose diximus quibus pœnis puniuntur hæretici. secundo verò casu, quando non sapiunt hæresim expressam. distingue aut sumus in prima specie sortilegiorum diuina, aut in secunda quæ est amatoria: aut in tertia, quæ dicitur malefica, de quibus alijs diximus. supra eo ritu. q. ij.

¶ Primo casu, aut sunt ad habendam notitiam futurorum, aut eorum, quæ in corde sunt hominis: & ista quia sapiunt hæresim manifestè ut supra proxime diximus puniuntur pœnis hæreticorum de quibus supra idè est, si illis commiscerent hostiam sacratam, aut alia, de quibus per gl. in d. c. accusatus. §. sancte de hære. lib. 6. quia tunc sortilegia ipsa sapiunt hæresim manifestè & hæreticorum pœnis essent puniendi, quæ præmissa faciunt. ita dicit. Oldra. in d. consi. ccc. Panor. in c. ij. extra eo. ti. & diximus. supra proxima q. circa si.

¶ Aut sunt ad habendum notitiam presentium occultorum, prout sunt furta, rapine, incendia, tractatus

adulteria: homicidia occulta: & his similia facinorosa: aut eorum, quæ iam facta sunt de præterito: seu eorum, quæ in locis quibus partibus sunt & similibus. quia tunc non sapiunt hæresim manifestè alijs pœnis puniuntur: quia si est clericus de iure cano. siue diuino in foro cōsciētiae subiicitur pœnitentiæ. xl. dierum extra collegiū Ecclesie siue cōmunionē fidelium, quæ imponitur per sacerdotē, qua subiiciuntur etiā laici, ut est tex. in c. 1. de sortileg. & ibi Panor. & alij qua ita declarat. tex. illum, licet. gl. si. videatur aliter scribere: sed ipsa loquitur de pœnis judicialibus. imponēdis à iudice Ecclesiastico, in foro cōtentioso secundum iura, quæ gloss. ipsa allegat. ut j. proxime dicā. Aut sumus in foro contentioso iudiciali canonico, postquam delictum innotuit curiæ, & tunc pro eodē crimine imponuntur grauiorē pœnæ: quia clericus erit suspensus à diuinis & ab altaris ministerio per annum & ultra ad arbitrium iudicis, secundum facti qualitatem, aut turpitudinē, & personarum cōditionem, quo termino elapso clericus ipse statim ipso iure reuertitur ad pristina sua. ita dicit tex. in c. ij. eo tit. & ibi per do. Abb. quæ vide & Feli. & alios. laic⁹ verò regulariter excommunicatur. xxvi. q. v. non oportet. Sed hoc est verū quotiescunq; ex simplicitate & bono zelo clericus peccasset secundum terminos d. c. ij. alijs grauius punietur: quia deponitur ab omni ordine sacro & priuatur omnibus beneficijs, & introduitur in monasterium ad agendum perpetuā pœnitentiā: ut hab. tur. xxvi. q. v. si quis episc. & ibi gl. idem tenet. Panor. in d. c. ij. Et nota quòd ultra pœnas prædictas poterit iudex Ecclesiasticus exercere etiā alias pœnas contra laicos huiusmodi sortilegia exercentes: quia si serui sunt & viles personæ poterunt mitrari, fastigari & alijs similibus modis dehonestari: digniores verò poterunt relegari, vel ad perpetuos carceres condemnari, ut in c. contra idolorum. xxvi. q. v. quod est verū & procedunt istæ vltimæ pœnæ, quotiescunq; alias moniti laici ab ipsis sortilegijs noluerint se abstinere, & sic de his qui pluries incederunt in crimen. vide Panor. in d. c. 1. de sortil. in gl. si. vbi subiungendo dicit, nota quòd licet istud sit crimen Ecclesiasticum, tamen non est merè Ecclesiasticum: quia iudex etiam secularis potest de hoc crimine cognoscere, pariterque punire, licet reos ipsos pœnis grauioribus

Sortilegij pœna contra laicos.

Sortilegij pœna in foro conscientie.

prosequatur. De iure autem civili puniuntur poena capitis tam ille sortilegus & magus, quam ille qui consulit ipsos & sortilegia ipsa confici mandat. *¶* iste est tex. in l. nemo. C. de malef. & mat. Isti enim diuinatores sunt multum Deo abominabiles, & exosi. ratio est, quia volunt se facere aequales Deo dum diuinam potestatem quae versatur in cognitione futurorum sibi usurpare contendant, & esse similes Deo: *¶* dicit do. Ioan. de tur. crem. in. c. contra idolorum. xxvi. q. v. quod quemadmodum Lucifer & primi nostri parentes voluerunt esse similes Deo in altitudine & pulchritudine: item in cognitione & scientia boni & mali: ideo omnes de caelo deiectioni fuerunt, quorum quidam in profundum inferni: quidam vero in hoc variarum calamitatum mundo peruenerunt. ita dicendum est de istis diuinatoribus, qui in cognitione futurorum volunt esse aequales Deo, de Ecclesia Dei, quae pro caelo figuratur, omnino expellendi sunt & a Christi fidelibus penitus repellendi.

Sortilegia amatoria ut puniantur.

¶ Aut sumus in secunda specie, quae dicitur amatoria, & si in ea interueniunt ea, quae narrantur per glo. in. d. c. accusatus. §. sane. dicendam est quod sapiunt haesim manifeste & puniuntur poenis hereticorum: ut s. proxime diximus. item dicit Abb. in. d. c. de sortil. aut illa non interueniunt, & non sapiunt haesim & dic aut sumus in foro conscientiae & eadem. xl. dicum poenitentiae subiiciuntur tam clerici quam laici, sicut alij de quibus s. d. c. i. de sortil. qui tex. loquitur indistincte & generaliter de quibuscunque personis, & de hac etiam specie sortilegiorum, in qua viget eadem ratio, intelligi potest arg. tex. in. c. si quis episc. xxvi. v. ubi loquitur de omni specie: ex quo etiam non datur diuersa ratio inter casum & casum ar. i. illud. ff. ad leg. aquil. cum similibus: & ita tenent doc. ibi.

¶ Si vero sumus in foro iudiciali, de iure canonico, & eisdem poenis puniuntur clerici atque laici tam prima quam secunda vice prout s. proxime diximus in precedenti specie. xxvi. q. v. c. non op. c. si quis episcopus. e. aliquanti. contra idolorum. & c. auguris. quae omnia iura maxime. ca. non opus & c. aliquanti. loquuntur de pluribus

gibus speciebus sortilegiorum & de ista quoque loquitur.

¶ De iure civili similiter eadem poena capitis puniuntur, d. l. dano. C. eo. iii. quae omnes sortilegorum professiones, ac sortilegorum species complectitur: vide tex. ibi & glo. & l. eorum. in princ. eod. ti. ubi tex. videtur equiparare quo ad poenas illos maleficos, qui flectunt pudicos alios ad libidinem, & illos qui contra salutem hominum moliti sunt. omnes enim seuerissimis poenis sunt puniendi quae non denotant nisi ultimum supplicium: ut no. glo. in. d. l. eorum. in princ. & l. multi. Et circa praemissa nota vnum singulare, quod dixit Abb. in. d. c. ij. de sortil. quod poena imponenda istis sortilegis vel eos consulentibus est arbitraria potest. que iudex illam aggravare, seu grauiore aut leuiorem imponere, secundum qualitatem facti, conditionem personarum, & animum delinquentis, & secundum ipsas qualitates & accidentia poenas ipsas moderari. arg. l. bodie. & l. aut infra. ff. de poe. l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui no. infra. xxv. q. i. no. afferamus. Hoc tamen procedit de iure canonico in foro ecclesiastico. de iure tamen civili secus est ut supra proxime dixi. Et nota etiam aliud, quod dicit Abb. ibi. quod clericus pro huiusmodi sortilegijs, de quibus ibi potuisset officijs & beneficijs ecclesiasticis privari. arg. text. xxvi. q. v. c. aliquanti. sed ibi ideo clericus ille fuit dignus misericordia, ut illa minori suspensionis poena puniretur: quia ex simplicitate peccauit, & bono zelo promouendi bonis ecclesiae fuerant furto subtracta: ut dicitur in. d. c. ij. alias grauius fuisset poenitus, quae nota pro limitatione eorum, quae supra dixi.

Sortilegia amatoria ut reliqua damnantur.

¶ Et nota etiam hoc aliud quod in istis criminibus non paritur simplicitati, nec ignorantiae: quia licet sortilegia ipsa facta fuerint bono zelo & ad bonum effectum scilicet repertiendi res ecclesiae furto subtractas, nihilominus puniantur, qui illa conficiunt aut consulunt facientes. d. c. ij. de sortil. & ibi Panor. ubi dicit quod isto casu mitius puniuntur, ex quo text. iuncta hac doctrina apparet. de his illius casus, an liceat haec sortilegia fieri ad sanandum corpora maleficiata, & si quis maleficijs remedijs & arte praedicta aliquos sanauerit, an puniatur & qua poena, de quibus habetur. xxvi. q. vlti. admonens, & dicitur ca. q. loco seo.

¶ Aut sumus in tertia specie principali, quæ dicitur venefica & si in ea interueniunt aliqua de his quæ narrantur glo. in d. c. accusatus. §. sanè. dicendum est quòd sapiunt hæresim manifestè & pœnis hereticorum sunt puniendi vt aliàs diximus supra: si vero ea non interueniunt vel alia his similia: & tunc aliter puniuntur: quia aut sumus in foro conscientie & punitur fabricans: & ille qui consuluit pœnitentia exilij. xi. dierum extra gremium Ecclesie, & fidelium cõmunionem. d. c. i. de sortil. in c. c. si quis episc. xxvi. q. v. & licet text. in d. c. i. loqui videatur de alia specie scilicet diuinatoria tamen. c. si quis episcopus loquitur generaliter de omnibus, & in fine vna & eadem pœna omnes punit, qua pœna tam clerici quàm laici subiciuntur: quia text. in d. c. i. loquitur generaliter & indistinctè. l. de praeio. ff. de publi. c. xxvi. q. v. & cum hac solut. videntur transire doc. in d. c. i. nullam facientes differentiam de aliqua specie sortilegiorum aut personis.

¶ Aut sumus in foro canonico contentioso, & sic in foro fori, si laic⁹ hoc crimine peccauit, prima vice est excommunicat⁹ & ab Ecclesia remouend⁹ erit. xxvi. q. v. si quis episcopus. c. aliquanti. si vero semel monitus adhuc in eodem proposito perseverando iterum commisit idem delictum, & tunc si est vilis persona debet fustibus cedi, siue fustigari publicè per urbem mittari, & publicè, tãquam infamis dehonestari: digniores verò relegantur in carceribus siue ad perpetuos carceres condemnantur. xxvi. q. v. contra idolorum.

¶ Clerici verò efficiuntur infames & omnibus officiis atque beneficiis Ecclesiasticis priuantur: & nihilominus ipsi quoque intruduntur in carceribus, aut in monasterium ad agendum perpetuam pœnitentiam. xxvi. q. v. si quis episcopus. c. aliquanti. & sequen. in hoc tamen non recederem ab epi. Abb. de qua in d. c. ij. de sortileg. quòd sit consideranda conditio personæ qualitas facti & animus delinquentis, & secundum qualitates illas pœnas ipsorum quandoque auigere, quandoque verò minuere iuxta sanum iudicis arbitrium.

¶ De iure autem civili hæc sortilegia grauius puniuntur: quia iura ipsa multum adhorrent artem maleficam vt in toto tit. C. de malef. & mathe. & ideo omnes isti malefici

Sortilegia venefica vt sint punienda in foro conscientie.

Artes maleficæ ex odio est.

lesici puniuntur ultimo supplicio. l. nemo. l. multi. l. & si ex-cepta. c. l. eorum in prin. C. de tit. & ideo lex vocat illos humani generis inimicos ex quo vt plurimum quarunt innocentum corpora illis veneficiis labefactare. d. l. multi. & natura humana peregrini. l. si. eo. tit.

¶ Regulariter igitur puniuntur pœna capitis tam ipsi magistri, quàm hi qui illos consulunt & hæc fieri mandant. d. l. nemo in fin. c. l. multi. si quis verò magister ad alterius domum accesserit exercendi maleficii causa igne concrematur: is verò qui illum præmiis & suasionibus euocauerit & associauerit omnia eius bona publicantur & in insulam deportantur. Sed contra hoc est text. in l. nemo C. de tit. vbi dicit, quòd ille qui consulit & vocat istos magistros punitur pœna capitis solu. gl. in d. l. nemo. refert vtramq; pœnam: sed non soluit contrarium, quidã dixerunt. quòd in d. l. nullus. licet ille magister fuerit adductus ad domum alterius causa faciendi sortilegia, ipsa tamen nõ fuerunt facta in d. l. nemo. Solu. non placet, quia sapit diuinationem: quia si non apparet, quòd in d. l. nulla fuerint facta sortilegia minus etiam apparet in d. l. nemo quòd facta vel non facta fuerint: nisi diceret quòd ille, qui consulit interuenit in eis & credit his, quæ fiunt, esse vera, propterea grauius punitur: vt d. l. nemo. is verò qui adducit maleficum siue sortilegum ad domum alterius potest esse, quòd sit ignarus puta famulus vel alius, qui non interuenit vel non credit in eis: ideo mitius punitur tamen in hoc loco cogita.

¶ Et nota quòd istorum amicitiam & conuersationem, quamuis vetus beniuolentia fuerit, debemus relinquere & eos omnino euitare, qui verò contra fecerint omnibus eorum bonis publicatis in insulam deportandi sunt. d. l. nullus.

¶ Et nota quòd pro isto crimine omnes poterunt indistinctè torqueri non obstante quocunq; priuilegio dignitatis: quo dest speciale in isto crimine: & ex hoc nota limitationem ad l. miles. C. de questio. l. decuriones. & l. Diuo Marco. eodem titulo.

¶ Si quis autem de hoc crimine testibus conuictus fuerit & nihilominus obstinato corde infiterit in negando etiam præsentibus testibus qui illius detexerunt

Sortilegij pœna diuersa.

Conuersationes sortilegis vt sint puniendi.

facinus, traditur viuis bestiis vorandus ac dentibus & ungulis lacerandus. ita dicit tex. *in dict. leg. & s. excepta in fine.*

Sortilegij do-
ctor & disci-
pulus castrem
pœnas luent.

¶ Et nota etiam quòd eadem pœna capitis puniuntur ille qui docet artē predictam, & ille qui ipsam addiscit. *l. celsa & ibi glo. C. eod. tit.* quod videtur esse speciale in isto crimine, in crimine hæreticis est contra. *l. quicumque, eos verò C. de hæret.* vbi minori pœna scilicet pecuniaria puniuntur scholares: magistri verò pœna capitis.

¶ Eadem pœna ultimi supplicij puniuntur, qui eodem maleficiis inducunt membri languedinem, & virutem viri aut mulieris generatiuam impediunt, aut lacte nutricis deficiant: vel quouis alio modo ipsa sortilegia & maleficia consiciunt, siue in corpore per cibum vel potum, siue extra corpus aliquo ex modis, quibus diximus supra in 2. & 3. q.

¶ Sed quæro nunc, quid si aliquis sortilegus sortilegia exercet ad bonum finem, scilicet ad sanandum ægrotos maleficiatos & soluendum aliorum facturas: an hoc licet impune fieri & videtur dicendum quòd sic ex quo facto nemini nocent, sed alicui profunt, non sunt ergo digni punitione aliqua. & de hoc est tex. *in Leonum, § j. C. eo tit.* vbi ille, qui fecit sortilegia ad incantandum imbres ne noceant segetibus vel plantis nulla pœna puniuntur: & ideo Bart. ibi per illum text. decidit hanc q. dicens quòd non debet qui curat istos infirmos maleficiatos, aliqua pœna puniri, hoc tamen est verum de iure civili: vt ibi: secus autem est de iure canonico, quia ecclesia summopere abhorret ista remedia sortilega etiam si fiant ad effectum recuperandæ sanitatis non vult fieri posse hac ratione, quia non licet inuocare auxilium Dæmonis etiam pro mille corporum, sanitatibus recuperandis: quia minus malum est quòd peccat corpus quàm anima cuius maius esset detrimentum: vide text. *in c. ad monent xxxvi. q. vii.* & si quis hoc facere ipsum præsumpserit, si clericus est degradetur & omni officio ac beneficio ecclesiastico priuandus erit: laicus autem excommunicandus, pro quo facit etiam tex. *in cap. nec mirum, §. ad hæc autem. xxvi. q. v.* vbi omnes ista ligatura, & superstitiosa incantationum remedia sunt omnino damnata

Sortilegia sa-
natiua prohi-
bita.

damnata: quia hæc fieri non possunt absque Dæmonis opera & suffragio: & imò dicit Sanctus Augustinus *lib. 10. de ciuit. Dei:* cuius verba relata sunt in d. c. *nec mirum.* quòd hæc sunt talia remedia, quæ ars non commendat medicorum, ab ecclesia omnino reprobata, merito sunt à Christi fidelibus euitanda: vide S. Thom. *in secunda secunda distinct. 95. artic. 4. in ver. dicendum titulo. de superst. & lo. lec. in sum. conf. 20. tit. q. 2. & 13.*

¶ Ultra ea, quæ diximus supra, in prima specie diuinatoria addenda sunt hæc, quid dicendum sit de astrologis & chiromanticis, qui secundam cursum astrorum & signa cœlestia futura prægnosticant, an liceat hoc facere, vel sint puniendi sicut augures & aruspices, aut alio modo?

Respondeo aut hæc futura prædicunt ex certa scientia imponentes futuris contingentibus rebus necessitatem quandam, quam dicunt causari ex motu corporum cœlestium, & isto modo sunt hæretici: & puniuntur vt hæretici: vt latè diximus supra hæc questione in principio & questione præcedenti.

Ratio est quia signa illa non sunt causæ rerum finales, imponentes necessitatem humanis rebus agendis, aut hominibus sunt signa quædam inclinatiua, siue indicatiua rerum futurarum secundum communiter accidentia per regulas quasdam, & naturas corporum cœlestium, quæ multoties fallunt, quibus non subicitur necessitati natura humana, quin possit illa euitare & vti liberi arbitrij potestate: vide Abbatem *in dicto capite secundo extra. eo titulo. questione quinta.* aut illa prædicunt demonstratiuè, præsumptiuè, siue inclinatiuè, asserentes quòd ex motu corporum cœlestium tale quid inclinatiuè demonstratur, siue figuratur in actibus hominum inferioribus, & hoc modo non est peccatum ex quo nullam imponunt necessitatem, sed inclinationem quandam quam quis liberè euitare poterit, si velit vti prudentia, & sui liberi arbitrij potestate, vt latè dicemus infra & habetur per Abbatem *in dicto capite 2. eod. titulo.*

¶ Pro faciliiori intelligentia præmissorum subiciam infra scriptas quæstiones speciales declarando

Sacerdos im-
mutans Ec-
clesiasticam
causa doloris
infamis est.

pœnas criminis cuiusque. Ex primo quæro quid de sacerdotibus, qui causa doloris spoliant aras, aut extinguunt luminaria consueta, quâ pœnâ puniuntur? dic quod clericus honore & dignitate priuatur, & sic efficitur infamis ut in c. quicumque in primo respon. 26. q. 5. & Io. lec. in sum. con. eo. tit. l. q. 18. & hoc nisi sponte de præmissis coram Episcopo vel Metropolitano se culpabiles derulerint, & de ipsis condignam peregerint pœnitentiam. d. c. quisquis. que. alij sacerdotes reperiuntur, qui sumpta veste lugubri Missas defunctorum celebrant pro viventibus causa inimicitiae, ut is pro quo sacrificium ipsum offerunt moriatur aut incurrat mortis periculum, quâ pœnâ sit puniendus: dic isto casu, quod sacerdotes vel clericus qui scienter ista fecerit à proprii ordinis gradu priuatur & perpetui exilij ergastulo vnâcum eo qui ipsum sacerdotem consulit, aut præmissa fieri ordinauit siue mandauit relegatur: ut est tex. in d. c. quicumque in si. 26. q. 5. & Io. lec. in sum. con. eo. tit. q. 20.

Imagines indigne tractans ut sit puniendus.

¶ Deinde quæro, quid de clericis & laicis qui imagines crucis, aut Beatæ Mariæ Virginis, seu aliorum sanctorum proiecerunt in terram, illasque vrcicis, spinis, vel pedibus conculcarunt, quâ pœnâ puniendi sunt? casus iste ponitur per tex. in c. si canonici. §. si de offi. ordi. lib. 6. vbi dicit quod vltix sic procedat dura sententia contra eos per quam alij id facinus patrare pertimescât. glo. verò declarando tex. primò dicit quod erunt priuandi loci sui dignitate atque honore, nisi celeri satisfactione corâ metropolitano se sufficienter purgauerint: demù deuenitur ad aliam pœnam dicens quod statur arbitrio iudicis concludens, in effectu quod sit pœna arbitraria pro prima allegat tex. in d. c. quicumque 29. q. 5. & l. i. ff. de iur. delib. cum qua glo. transit Gem. ibi. Archi. autem dicit quod poterant temporaliter puniri, quod in vinculis publicis conuinciantur. ut l. i. C. de his qui ad statu. conu. & ff. de pœn. l. capitalium. §. qui ad statuas, vel quod moriantur. ut not. in l. i. C. ne lice. sing. salua. etc. hæc vltima pœna inferitur de rigore iuris ciuilibus: ut d. l. i. aliz verò superiores inferri possunt per iudicem ecclesiasticum: ut dicunt doc. in d. c. si canonici. §. fin.

¶ Videndum esset etiam, quid de Iudæo qui super crucem

Crucem dum deferretur publicè per urbem proiecit immunditias quâ pœnâ puniatur? istum casum decidit Pet. de ancha. in consi. 15. quod incipit spiritualis iudex in prouincia Roman. oia. vbi dicit quod Iudæus ipse poterit per vtrumque iudicem castigari ecclesiasticum & laicum: & seueris pœnis puniri.

¶ Quæro quid dicendum sit de his, qui in sortilegiis commiscuerunt hostiam non sacram, super qua tamen celebrata fuit vna aut plures Missæ, quâ pœnâ puniatur sacerdos qui scienter super hostia illa celebravit Missas, vel qui celebrando non consecrat aliquid: sed capit panem & vinum apud altare sine sacramento, & omnes ac singulas ceremonias & solemnitates fecit apud altare excepta consecratione, quâ pœna puniatur? casus iste ponitur in c. de homin. de celebrat. Miss. vbi tex. nullam ponit pœnam temporalem: sed credo, quod sit pœna arbitraria in eo, qui celebrat Missam, & sine consecratione accipit hostiam & vinum, quam iudex ecclesiasticus sibi iniunget loco pœnitentiæ: is verò qui scienter celebrat super hostia, aut alia re, cum qua fieri debent sortilegia, grauius puniendus est, sicut is qui sortilegia ipsa conficeret: quia paria sunt aliquid prohibitum facere, vel efficere aliquid necessarium antecedens per quod peruenitur ad illud ut leg. oratio. ff. de sponsa. vide tex. in dist. c. si quis Episcopus. 26. q. 5. qui loquitur generaliter de omnibus sortilegiis. ille enim qui habuit animum delinquendi & deuenit ad actum proximum delictis habetur ac si fecisset & consummasset delictum: non solum de iure canonico. ut in cap. sicut dignum de homicid. cum multis similibus: sed etiam de iure ciuili. ut leg. is qui cum telo C. ad leg. corn. de sic. & leg. i. §. diuus & ibi Bar. ff. eo. tit. & habetur per Panor. in dist. cap. 2. de sortileg. & Io. lec. in sum. conf. eo. tit. l. quæst. 24. & Oldr. l. i. d. consil. 210. in 3. col. laicus verò excommunicatur & relegatur de iure canonico in foro iudiciali. cap. aliquanti. xxvj. q. 5. sed si semel monitus iterum se immisceat in prædictis, si est nobilis intrudatur in carcerem: ignobilis fustigatur, mittatur, & publicè dehonestatur. d. cap. si quis Episcopus. cap. aliquanti. c. sortes. cum aliis sequen.

¶ Quid dicendum de his, qui imagines conficiunt

atque baptizant, & cum illis conficiunt sortilegia, die aut sortilegia ipsa sunt ad aliquem effectum, qui demoni non conuenit, sed soli Deo, & sapiunt hæresim manifestè, ut *suprà diximus. q. præcedenti*: & immo puniendi sunt ut hæretici: ut *§. diximus. tit. 1. q. 3.* salua tamen doctrina *glos. de qua in d. c. accusatus. §. sanè de hæresi. lib. 6.* & saluis etiam limitationibus, de quibus infra in fi. dico illos esse puniendos eisdem pœnis quibus alij in superioribus casibus vide *Oldra. in d. consp. ccc.* ubi de hoc facit mentionem expressam. & *Ioan. lec. in sum. con. eo. tit. q. xij.*

¶ Idem dicendum est de his, qui in ipsis sortilegiis immiscent sacras reliquias sanctorum martyrum. s. ex membris vel ossibus, aut de vestibus eorundem. *d. c. si quis Episcopus. & c. aliquanti. & Panor. in d. c. ij. & Ioan. lec. in d. tit. in sum. q. xvi.*

¶ Idem etiam iudicandum est de his, qui sacramenta Ecclesiarum. s. oleum sanctum baptismatis, chrismatis, aut extremæ vnctionis, seu aquam fontis baptismatis & similia. *d. c. ij. & ibi Abb. & d. c. si quis Episcopus. cum alijs sequen.*

¶ Idem quoque censendum est de his, qui in eisdem sortilegiis admiscent aquâ benedictam, candelas benedictas, sacros agnusdei, ramos oliuarum aut frondes palmarum & similia. *de quibus habetur per Ioan. lec. in d. sum. eo. tit. q. vlti.*

*Astrologorum
futura prædi-
centium pœ-
na est diuersa*

¶ Iuxta prædicta videndum est, quid de astrologis, qui futura prædicunt, an puniantur, & qua pœnâ: dic aut illa prædicunt ex certa scientia, quasi signa illa, per quæ futura coniecturantur, aut causæ rerum imponentes futuris rebus necessitatem inesse, quod sic vel sic erunt, omnino & istud est hæreticum & puniri debent, ut hæretici: quia futurorum noticia certa, prout est inesse reiect solius Dei, ut *hæret. Math. 2. c. & 2. q. 4. consultasti. & 27. q. 3. sciendum. & latè diximus. §. q. præcedenti*: aut illa prædicunt coniecturaliter, demonstratiuè siue inclinatiuè: & isto modo non errant nec puniuntur aliquâ pœnâ: quia verum est, quod corpora cœlestia habent quadam motiua & inclinationes ad corpora inferiora, & operationes humanas, secundum quas multoties sic fieri contingunt, quamuis euitari possunt, & propterea dicitur, quod illa sunt

sunt signa rerum non autem causæ rerum. de quibus vide *Panormita. in dicto. c. secundo extra ead. titu. 3. colum.*

¶ Quid enim dicendum sit de his, qui sortes querunt in Euangelis, apertiendo librum, & sortificando in illis, dic quod prohibitum est, & puniuntur qui præmissa faciunt, modo quo *suprà. 27. q. 2.* hi qui. Et quia diximus *suprà*, quod sunt prohibita remedia sortilegiorum, quæ fiunt ad sanandum corpus maleficiatum, de iure canonico, licet de iure civili permissa sunt, ut *suprà diximus eadem. q.* Quarto nunc quid si aliquis in opere sanatio dixit plura verba honesta, & sanctas ac deuotas orationes Dei, beataque virginis Mariæ & aliorum sanctorum: & illa eadem fecerit dicere per ipsum maleficiatum ad deuotionem Beatae Virginis Mariæ, aut alicuius Sancti Martyris: nihilominus postea Magister siue Magistra Sortilegiorum aliqua verba extranea dixerit publicè vel secretè: quæ non videntur cõgruere illi operi religioso, & sanitatis, an ista dicantur esse superstitiosa, & puniendâ, dic quod sic, quia quotiescunque cum rebus, aut verbis religiosis, siue Ecclesiasticis miscentur aliqua verba extranea: & quæ naturaliter non tendunt ad opus illud sanitatis, nec possunt naturaliter talem effectum operati necessariò, tunc dicuntur esse superstitiosa, & faciunt totum opus superstitiosum & damnabile, quod est maxime quotiescunque adiunguntur nomina quædam ignota aut characteres, seu aliæ diuersæ obseruationes, quas manifestum est naturaliter efficaciam ad sanitatem habere non posse, illa non fiunt sine superstitione & Dæmonis ministerio: ut dicit. *S. Thom. in sum. secunda secunda. q. xcv. art. 2. ver. dicendum in ti. de superstit. & Ioan. lec. in sum. con. eo. tit. q. xi.*

Et propterea sunt puniendâ de iure canonico: quia si clericus est, qui talia fecit, deponitur: laicus verò excommunicatur, pro prima vice. *xxvi. quæst. vij. admo- neant*: sed si monitus, sprete monitione iterum se ingesserit in eisdem, si est nobilis vir & honestæ familiz, incarceratur aut relegatur: ignobilis verò cum vituperio fustibus cæditur. *xxvi.*

*Superstitiosa
qua dicantur.*

q. v. c. si quis Episc. c. aliquanti. c. sortes & c. seq. & per^o Abb. in d. c. ij. de sortil. vbi dicit, quod pœna istorum est arbitraria & hoc puto verius secundum qualitatem facti, conditionem personarum, & animum delinquentis, arg. l. and facta. & l. respiciendum. §. delinquent. ff. de pœ. & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infam. c. sicut dignum. in prin. de homic. De iure autem civili remedia ista non puniuntur, dummodo fiant ad bonum finem. d. l. eorum. si. & ibi Bar. C. de male. & Math. & alijs diximus supra eodem. q. 6.

¶ Idem dicendum est de his, qui faciunt scedulas, aut breuia, & ligaturas suspendendas, & deferendas ad collum maleficiati, cum continent aliquid extrinsecum, siue extraneum signum sit, character, aut nomen quod naturaliter non tendit ad conclusionem & intellectum aliorum verborum, vel ad opus sanitatis tunc iudicatur illud esse superstitiosum & punibile: quia fieri non potest absque suffragio & instructione diaboli: ut dicunt supradicti doc. in locis praedictis & habetur in. c. nec mirum. §. ad hac omnia & c. 26. q. 5. & per S. August. in 21. de ciui. Di. & ideo puniuntur his pœnis, quas supra diximus hac eadem. q. in membris proximè relatis.

¶ Quid si inter alia verba vel nomina Dei, quæ istæ maleficæ sapius describere faciunt in earum scedulis vel breuibus, apposerint hoc verbum, Deus Acharon an sit verbum superstitiosum & diabolicum. dic quod sic, quia illud est nomen Beelzebub principis dæmoniorum: ut habetur 4. Regum. 1. c. dum Elias monitus ab angelo reprehendit Ochosiã Regem sub his verbis, nunquid non est vobis Deus in Israël, ut eatis ad consulendum Beelzebub, Deus Acharon, immo de lectulo super què ascendisti, non descendes, sed morte morieris: quod bene not. quia sapius in istis scedulis & breuibus hoc nomen. Deus Acharon reperies expressum. vide. d. lo. de turr. crem. in. c. contra idolorum. 26. q. 5. & d. lo. lec. in sum. con. eod. tit. q. 11. & 13.

¶ Quid dicendum, de his, qui sacrificant mammoni deo nummorum, ut diuites efficiantur, quæ pœna sunt puniendi: dic, quod si est clericus, secundum quorundam opinionem indistinctè est priuatus ipso iure omni officio, beneficio, honore, & dignitate, siue occultum sit crimen, siue publicum: & ideo necessariò indiget dispensatione,

tionem, si vult amplius celebrare: quidam alij dixerunt, quod quando crimen est occultum, possunt agere pœnitentiam, confitendo peccatum suum, & non incurrunte pœnam illam priuationis, & ideo non indigent necessariò dispensatione: si verò crimen esset publicum, aut notorium, tunc incurrit irregularitatem & priuationem ipso iure, & indiget dispensatione: nihilominus præcedens opinio videtur esse magis tuta in foro conscientie, ut quis petat dispensationem etiam quando crimen esset occultum. vide. d. lo. lec. in sum. conf. eo. tit. q. vlti.

¶ Vbi istis æquiparatur etiam sacerdotes, qui in sortilegijs immiscent sacramenta Ecclesiastica. s. oleum sanctum chrisma, baptismi, vel extreme unctionis aut aquam fontis baptismatis, eisdem pœnis puniuntur, de quibus alijs diximus supra ead. q. laici verò de iure canonico prima vice sunt excommunicati, & sunt à limine Ecclesie repellendi: sed si post primam monitionem iterum se ingesserint, in eisdem, si nobilis est condemnatur ad perpetuos carceres: ignobilis verò fustigatur publice cum maximo dedecore: deinde in exilium condemnatur, secundum quod habetur. 26. q. 5. si quis Episc. c. aliquanti. cum alijs seq. Abb. tamen dixit in d. c. ij. de sorti. quod istorum pœna erunt arbitrarie mitigandæ, alterandæ, neque leuandæ secundum facti qualitatem aut turpitudinem seu scandalum, quod inde posset oriri aut exortum iam esse. Item personarum conditiones, & animum delinquentis: aut ex simplicitate dicitur lapsus in illud, & ad aliquem bonum effectum, ut habetur in. d. cap. ij. extra eodem. tit. vel si ex propria malitia, animo aliquem decipiendi, & similia, ut ibi per. Ab. latius dicitur: & diximus supra proximè vide. tax. in. c. sicut dignum. in prin. de homic.

¶ De iure verò civili pro omnibus sortilegijs huiusmodi est pœna vltimi supplicij. Nullus. l. eorum. in princip. l. nemo l. multi. & l. si excepta. C. eo. titul.

¶ Exceptis sortilegijs, quæ sunt ad sanandum maleficiatum, vel liberandum aliquem ab agra infirmitate, aut incantandum imbres, grandiaes, & fulgura, ne nocent segetibus, arboribus, & plantis, aut animalibus, vel sortibus eorum: omnia ista, quæ pro sunt & non nocent rebus temporalibus, aut personis permilla sunt de iure ci-

Deus Acharon
quid significet.

uili, & nullam poenam merentur. *ut d. l. eorum. §. fin. & ibi. Bart. C. eo. titu. & alii diximus supra.*

¶ Videndum quoque esset quid de diuinationibus, quæ sunt per somnia secundum illorum interpretationem, prout habetur in somnijs Danielis, & per Dominum Albumasar in li. quem fecit de interpreta. somnio de quibus late vide. d. Ioan. lect. in sum. conf. eo. titu. q. 6. & quid dicendum sit de incantationibus serpentum, illas videlicet, quæ sunt contra serpentes; ubi dicas, quod aut in illis præcantationibus imploratur dumtaxat auxilium Dei simpliciter cum deuotione absque aliqua machinatione intrinseca, & non erunt reprobandæ imò commendandæ; aut illis imploratur diaboli suffragium, ut sortiantur effectum siue tacite, siue expresse & erunt illicitæ penitus & damnabiles: sed qualiter cognosci poterit an sint licitæ vel illicitæ, & an & quando in eis imploratur auxilium demonis tacite vel expresse, vel solius Dei: dic quod est diligenter aduertendum ad verba ipsa, item ad modum, ritum, & ordinem ipsius incantationis: quia si in eis insunt aliqua verba extranea, vel ignota nomina, aut characteres, siue verba quædam extranea, quæ non congruunt conclusioni, nec naturæ verborum supradictorum, nec possunt secundum eorum naturam aliquid operari circa effectum, de quo agitur: tunc opera ipsa dici non possunt nisi superstitiosa & diabolica in quibus diabolus, lurimum operatur, & illius suffragium saltem tacite inuocatur, secundum quod concludit. Ioan. lect. in sum. conf. eo. titu. q. 15. & diximus supra ea. q. in illo arti. de remedijs qua sunt contra maleficiatum: & ideo isto casu puniendi erunt de iure canonico poenis supra proximè dictis. De iure verò civili nulla poena erunt puniendi, ex quo dictæ incantationes fiunt ut profint. scilicet ne hominibus noceant serpentes. Verum, quia in istis sortilegijs, amatorijs maxime & veneficis, quæ dicuntur fieri in cornore, sepius interueniunt pocula quædam, quæ traduntur potanda personæ maleficiandæ, quæ communiter appellari solent pocula amatoria aut venefica: ex quorum potu, quandoque præter spem & intentionem tradentis, mors absorbentis succedit: quandoque verò non: ideo aliqua de ipsis poculis specialiter videamus.

Opera superstitiosa.

C A P. XII.

S V M M A R I V M.

- 1 Poculum amatorium porrigens & ministrans quæ sit poena multandus.
- 2 Poculum dans amatorium, si ex illo mors sequatur, qualiter punietur.
- 3 Homicidium, sine dolo commissum, potest ultimo supplicio puniri.
- 4 Venenum diuersimoda considerari potest.
- 5 Verbum istud venenum medium est & promiscuum.
- 6 Venena, sanitatis inducenda causa confecta, vel multum in commodum generantia, non reprobantur à iure.
- 7 Poena l. Cornelia de sica, quæ hodie.
- 8 Improvidè accidentia facta, non culpa imputantur.
- 9 Poena quibusdam circumstantijs concurrentibus sunt lenianda.
- 10 Poculum conceptorium ministrans, si mors sequatur quæ poenâ veniat puniendus.
- 11 Casuum conformitas iuris conformitatem exigat.
- 12 Determinabile relatum ad plura determinabilia dixit illa aequaliter determinare.
- 13 Poculum amatorium dupliciter potest considerari.

14 Intentio

- 14 Intentio corrumpit actum, qui aliter excusari poterat.
 15 Venena diuersimodè in iure considerantur.
 16 Poculum sterilitatis tradens quam poenam incurrit.

D VODECIMO igitur nunc quaero, si quis ministraverit vel dederit poculum amatorum mulieri ad flectendū eius pudicū animū ad libidinem, si calefaciendum eius cor ad amandum virum praedictum, vel e contra quid si mulier dederit poculum viro, ut amet ipsam, licet hoc rarius contingat, quā poena puniatur qui poculum ipsum dederit? Respondeo quod de iure civili humiliores in metallum damnantur honestiores verò in insulam dimidia parte bonorum suorum confiscata relegantur: ita dicitur *in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn.*

¶ Clerici verò de iure canonico sunt priuandi. *26. q. 2. c. si quis Episc. & per Abba. in d. c. secundo de sortilog.*
 ¶ Sed quid si ex poculi huiusmodi assumptione mors absorbentis succedat eo quod forsitan malè compositum fuerat, & non erat bene temperatum, vel in mala sortibentis dispositione sumptū fuerit, quā poena puniatur qui dederit: & videtur dicendum, quod aliqua poena puniatur extra ordinaria relegationis: vel simili, ex quo homicidium illud non fuit commissum, dolo nec cum proposito occidendi: idè non debet puniri poena ultimi supplicij. *l. prima. §. diuus. & l. diuus. ff. ad leg. cor. de sicar. tamen contrarium dicitur *in. d. l. si quis aliquid d. con. §. qui abortionis.** quod si casu moriatur, qui vel quæ poculum praedictum absorbit, qui tradidit ultimo supplicio puniendus est, licet dolo non dederit, sed bono zelo: & hoc est quia res ipsa est mali exempli.

Homicidium sine dolo commissum ante poena priuatur.
 ¶ Ex quo nota calum singularem in quo quis puniatur poena ultimi supplicij, pro homicidio commissio sine dolo & intentione aliqua occidendi, cuius contrarium disponit regula iuris communis *de qua in. d. l. 1. leg. cornel. & l. diu. §. l. §. diuus. ff. ad l. cor. de sic. & l. si quis cum dolo. C. eo. ti. quæ*

quæ habet, quod nunquam inferitur poena mortis pro homicidio commissio sine dolo & proposito occidendi imò in casu praedicto lata culpa non equiparatur dolo, *ut nota dicit Bar. in. d. l. in lege cornelia. ff. de sic. hic enim nulla ratio neque presumpcio vigeret contra ipsum qui dedit poculum amatorum, ex qua coniecturari possit: quod habuerit animū occidendi imò in parte nulla offendendi.* *l. in lege. & l. 1. §. diuus. ff. eo. ti.* Contra praedicta oppo. *da l. 1. §. hoc adiectio. ff. ad l. cor. de sic. vbi videtur esse tex. valde contrarius d. §. qui abortionis.* ibi enim dicitur quod venenarū plura sunt genera siue plures species, quorum quaedam dicuntur mala venena, ea scilicet quæ facta sunt hominis necandi causa: quaedam alia sunt, quæ dicuntur bona, siue non mala venena: & ea sunt, quæ facta fuerunt ad sanandum corpus ægrotum item ea, quæ fiunt ad concipiendum, & illud quod amatorum appellatur vel aliud quocumque factum ad alium effectum dummodo non ad occidendum: & propterea subiungit *in. ver. adiectio,* quod adiectio illa mali veneni opportunè posita fuit in illa lege, quoniam ex illa qualitate mala adiuncta demonstratur quaedam esse venena non mala, ergo nomen hoc venenum medium est, siue promiscuum; adaptatur ad utranque partem: respectu verò adiunctæ qualitatē, tam illud quod ad sanandum, quàm illud quod ad occidendum paratum est, continet: *l. d. & id.* quod amatorum appellatur, vel quod ad conceptionem traditur, continet omnia ista, quæ comprehendi possunt sub nomine isto veneni: solum enim in ea lege notatur quod nominis necandi causa fit, ergo cætera venena, quæ non sunt facta hominis necandi causa, prout sunt venena sanatiua amatoris & ea quæ fiunt ad concipiendum, non continentur sub lege illa, nec poena illius legis plectuntur qui illa tradant, & propterea *in. ibi in fine exemplificat regulam istam ponendo casum cum sua decisione: vel quod ex senatus consulto iussa est relegari mulier, illa, quæ non malo quidem animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea mulier, quæ illud acceperat, decesserit, ex qua decisione probatur, quod omnia venena, quæ non sunt facta hominis necandi causa, dicuntur non mala venena: & idè si ex illorum*

Verbum venenum medium est & promiscuum.

potu quisquam perierit, qui tradidit nō tenetur pœna illius legis Corneliæ de sicarijs, quæ hodie est pœna capitis, licet olim esset perpetua deportatio, & omnium bonorum publicatio. l. 3. §. legis. ff. ad leg. Cor. de sic. & in §. item lex Cornelia. inst. de pub. iud. licet aliâ minori pœna puniatur scilicet relegationis: ut. d. l. 3. in adiectio. in fi. ratione prædicta: quia defuit animus occidendi tam in compositione, quàm in traditione. pro quo facit tex. no. in l. 1. §. c. eo. ti. de sicar. ubi dicitur, quod ea, quæ ex improviso casu potius, quàm fraude accidunt, fato plerunq; non noxæ sine culpæ imputatur & per consequens mitius puniuntur: ut. d. l. 1. §. si. 2. l. 1. §. diuus. ff. eo. tit. ubi, si quis in rixa alium circuma, vel clava percusserit: ex quo nō occidendi animo illum percussit. leuiandâ esse pœnam huic percussori iurifconsultus constituit. idem sic in casu nostro & licet tex. in. d. l. 3. §. 1. in. decisione loquatur de veneno cōceptionis, nō autem amatorio, ratio tamen præcedens, quâ dedit iurifconsultus est generalis, cōprehendens omnia illa venena, quæ facta nō fuerūt hominis necandi causa, sed ad alium effectū, prout est iste. xii. Quotiescunque autem ratio est generalis, & indeterminatè posita in lege comprehendit omnē determinationem, quæ ad illam potest adaptari, & ubicunque se extēdit ratio, extēditur etiâ ipsa lex: & illius dispositio. l. metum autē. §. animaduertiendum. ff. quod met. cau. & ibi Bar. in pri. no. l. nomen. §. si. ff. de leg. 1. illa igitur ratio, quæ multū in ea lege notatur scilicet quod venena facta nō sint hominis necandi & c. comprehendit generaliter omnia venena, quæ facta sunt absque illa qualitate: tria enim venena, de quib. iurifconsultus fuit mentionē in. d. l. 3. illa. expressit tanquā exempla regulæ, ut sit sensus, quicumq; venenū amatoriuū sanatiuum, vel cōceptionis, seu, quodcūq; aliud venenū, nō factum hominis necandi causa, cuiquàm tradiderit, nō animo occidendi: ex cuius potu ille qui assumpsit, perit, qui dedit poculum puniri non debet pœna illius legis Corneliæ: cuius decisionis rationem duplicem consideravi, prima est quia lex Cornelia de sicarijs, ut proxime dixi capite quinto non comprehendit ista venena, de quibus supra in. d. l. 3. in pri. & ibi. Bar. secunda est, quia quotiescunque mors pro-
uit ex facto alicuius, absque animo & proposito occiden-

Improuisa ac-
dentia cui
imputantur.

Venenorum
tres species.

di, nunquam ille punitur pœna illius legis Corneliæ, & sic pœna mortis, sed alia mitiori pœna iuxta modum culpæ. d. l. 1. §. si. C. ad la. Cor. de sic. ubi dicitur, quod ea, quæ ex improviso casu absque fraude accidunt, fato potius quàm noxæ imputatur: ideo excusatur à pœna ipsius legis idem disponitur in. d. l. 1. §. diuus. & l. diuus. & l. in lege Cornelia. & ibi. Bartol. ff. eo. tit. Idem Bar. in l. absentem. & in l. aut facta. ff. de pœn. & in. c. sicut dignum. in pri. & ibi per canonicos de homi.

¶ Cū itaque in poculo, sine veneno conceptionis & animo occidendi omnino defuerit, tam in compositione quàm in traditione, videbatur dicendam, quod nulla pœna puniri deberet: tamen iurifconsultus dicit, quod propter malum exemplum iusta est relegari ea, quæ non quidem malo animo: sed malo exemplo medicamēta ad conceptionem dedit, ex quibus illa, quæ biberit perit.

Poculum con-
ceptorium
mortem acce-
lerans quo-
mode dam-
netur.

¶ Hæc autem tria venena sunt æquiparata primò quo ad cōpositionem: quia sunt facta absque causa hominis necandi: secundò quo ad traditionem: quia omnia traduntur absque animo & proposito occidendi: quare non est dicendum quod etiam in decisione, & pœnæ impositione sint similiter æquiparata, cum factum idem esse videtur, & eadem ratio in omnibus militat: ut supra dixi: ergo deberet in omnibus esse eadem iuris dispositio. l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. l. cum patet. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. l. hac actio. & ibi Bar. ff. de calum. & est gloss. in clemen. auditor. in ver. Romana. de rescri. & clemen. 1. in ver. eligatur. de elec. maxime, quia alia ratio mali exempli: quæ est posita pro ratione decidendi in. d. §. adiectio. & dicto. §. qui abortionis: ita militat in vno sicut in alio casu. ergo deberet etiam esse eadem pœna in vtroque casu statuta, de qua in. d. §. adiectio attenda casuum conformitate & æqualitate in facto deberet etiam esse conformitas iuris per ea quæ no. voluit Bartol. in. leg. omnes populi. in. 4. qua. 1. principali. ff. de iustit. & iur. & diu. A. Alexand. in. leg. peregre. §. quibus. in. 2. solum. ff. de acqui. ren. possess. ¶ Pro quo facit etiam regula illa, quod

VNUM

vnium determinabile relatum ad plura determinabilia debet illa pariformiter determinare. *l. nam hoc iure. ff. de vul. & pu. & Bar. in l. sēt. in 1. 8. colūna in versi. pro alia. con. etu. sed ratio compositionis traditionis: atque decisionis vnica videtur esse in omnibus hoc est, quod ea, quæ ponitur in vno casu, militat etiam in alio casu: ergo deberet esse vtriusque pariformis pœnæ decisio. *d. l. iam hoc iure. cum aliis prædictis.**

† Quid dicendum in hac ambiguitate? contrarium profecto est valde vrgens: ista enim opinio posset sustineri per regulas & rationes prædictas, & magis aqua videtur, quam illa, de qua in *d. §. qui abortionis*, quæ est nimis rigida & contra omnes regulas iuris communis, Bar. enim in dicto *§. qui abortionis*: nihil dicit, sed remittit se ad dictum *§. adiectio*, vbi monet istud contrarium de dicto *§. qui abortionis*. tamen soluit multum simpliciter nec tangit difficultatem poculi amatorij. dicit enim quod in dicto *§. adiec.* tex. loquitur in poculo conceptionis: & sic in re licita, ibi verò in *§. qui abortionis* tex. loquitur in poculo ipsius abortionis: & sic de eo, qui incumbat rei illicitæ & prohibite: imò traditur diversa pœna in vno, quam in alio. de poculo autem amatorio, & de quo in vtraque lege mentio fit, nullum verbum fecit Bart.

Abortiuum tradens homicida corporalis.

Amator tradens homicida spiritualis.

¶ Ego enim post aliquas meditationes consideravi contrarium istud ita solui posse, quod in dicto *§. qui abortionis*. vterque habebat animum occidendi, vnus occidendi in faetorem in vtero matris, & sic est homicida corporalis: vt *l. pragnantem. & l. Cicero. de pœn.* Alter autem, qui dedit poculum amatorium, ex quo illud dedit causa fornicandi & peccandi cum ea, dicitur homicida spiritualis. quia illo peccato mortali occidit animam. *de conf. distin. quarta. quaris. de pœn. dist. 1. noli. & 22. q. v. illic. & c. si aliquis. extra de homic.* Ex quo igitur vterque est homicida tam in ipsa traditione quam proposito: ergo pari pœna puniendi sunt: sed ista solutio parum valet, quia non reperio cautum de iure civili. quod pro vno peccato mortali quis incurrat pœnam mortis, sicut pro homicidio dolosè commisso, nisi in casibus à iure expressis.

¶ Ideò deueniendum est ad aliam solutionem, & antequam ad vltiora procedam sciendum est, quod in hac

hac materia poculorum duo sunt principaliter consideranda, quæ præcedunt casum mortis. Primum est quod considerari debet compositio: secundum verò traditio: in compositione verò consideranda est causa, propter quam venenum ipsum componitur & fit: aut enim sit causa occidendi hominem aut non. primo casu sit locus pœnæ. *d. l. legis Cornelia de fisa.* secundo verò non vt *d. l. 3. in princ. & §. adiectio*. in traditione verò duo alia sunt consideranda in causa prima & immediata, quæ respicit principium id est principalis intentio ipsius tradentis. Item causa mediata & finalis, quæ respicit finem actus, ad quem tendit animus illius, qui tradidit: si enim proxima causa & principalis, intentio tradentis; tendebat ad occidendum, nulli dubium est, quod tradens tenetur pœna illius legis Corneliæ de fiscatis: vt *l. 1. §. diuus. & l. 3. in princ. & l. 1. lege cornelia. ff. eo. sit. etiam quod mors secuta non fuerit. l. in princip. & l. is qui cum telo. C. eo. tit.*

Foculi compositio & eius causa.

Poculi traditio qua duabus etiam de causis inducitur.

Si verò non habuit animum occidendi, tunc consideranda est illa causa remota, & finalis intentio, siue vltimus effectus rei, ad quam traduntur ipsa pocula: aut enim traduntur ad bonum & honestum finem scilicet conceptionis vel sanitatis & iudicantur bona & honesta, & tunc quis excusatur à pœna capitali morte secuta: sed alia initioni pœna punitur: vt *d. l. 4. §. adiectio in fin. & supra diximus.*

¶ Aut finalis intentio & vltimus eius effectus tendebat ad turpe & illicitum, sicut est in poculo amatorio cuius effectus est libidinis apprehensio, & illicitus mulieris concubitus vt alia diximus supra & habetur. *l. eorum in princ. C. de malef. & Math.* & isto casu non excusatur propter principalem eius intentionem, siue causam proximam scilicet quod non habuerit animum occidendi: sed attenditur magis illa causa finalis & vltimus effectus, ad quem venena tendebant: & ideo inlubitater punitur pœna vltimi supplicij. *d. l. si quis aliquid. §. abortionis.* vbi est casus. *ff. de pœn.* & ratio decisionis est. quia dabat operam rei illicitæ: imò non videtur excusandus, quia dicitur esse in culpa, & ideo tenetur etiam de casu fortuito, qui prætet spem & intentionem

Intentio eorum qui aliter excusari non possunt.

inopinatè prouenit: vt est casus. i. c. ff. de homic. lib. 6. & facis text. in arg. in c. sicut dignum eo. in anti. l. si mulier. ff. quod met. cau. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. aquil. Ex quibus patet quòd illorum trium venenorum, de quibus in d. l. 3. §. adiectio. nō est omnimoda similitudo quo ad omnia, sed solūm quo ad primas causas respectu compositionis & traditionis, in eo quod in vtroque deficit animus occidendi, quòd ad ista sunt similia & æquiparata: sed quòd ad vltimum effectum & causam finalem ipsius traditionis sunt dissimilia: vt supra diximus, quia ea quæ fiunt ad sanandum & concipiendum habent honestum & laudabile finē. l. eorum. §. si. de malef. & Math. & d. l. 3. in princ. & habetur Gen. 2. c. ea verò quæ fiunt ad amandum & flectendum &c. habent turpem & illicitum finē. d. l. eorum in princ. & diximus supra In istis igitur disconueniunt & sunt dissimilia, ideo faciunt diuersificare, pœnas: quia licet à principio neuter haberet animum occidendi, tamen vnus dabat operam rei licitæ & honestæ, alter verò dabat operam rei illicitæ, turpi & reprobæ: vt proxime diximus. Post hæc alio modo considerauit respondere posse ad istud contrarium quòd in d. §. qui abortiuus ideo punitur pœna mortis ille, qui dedit quia venenum illud fuerat compositum arte malefica per sortilegum siue maleficum, qui illud Dæmonis instructione & suffragio interueniente composuerat secundum ea quæ diximus supra in 3. & 6. qq. in §. autem adiectio. compositum fuit arte & scientia naturali scilicet medicorum peritia nulla interueniente superstitione. Ars enim ipsa malefica & mathematica est valde reprobata, & vndique damnata & per consequens omnia opera, quæ ipsi malefici faciunt, siue ad amorem siue ad occisionem, vel ægritudinem sunt damnata, nec minori pœna puniuntur, quam pœna mortis. d. l. eorum in princ. vbi ponitur vterq; casus, & vnica est vtriusq; decisio & pœna: ea enim quæ dicuntur in d. §. qui abortiuus debet intelligi & interpretari secundum terminos d. l. eorum in princ. ideo atrocius puniuntur ibi, quam in d. §. adiectio propter superstitionem illius damnatissimæ artis. & secundum istā declarationem ille text. in d. §. qui abortiuus nō videtur esse ita exorbitans iure cōmuni iure secundum ius cōmune regulatur. Ad text.

autem

autē in d. §. adiectio. potest dupliciter responderi, primo: quia decisio illius text. & pœna, de qua ibi non adiungitur poculo amatorio. sed conceptionis, quæ sunt diuersa: quo ad vltimum effectum: vt supra diximus: ergo debent diuerso iure censeri. l. Papinianus exuli. ff. de mino. si aliter enim euenit casus quàm ipse opinabatur sibi impūteretur qui dedit poculum amatorium per modum superstitionis: quia ex quo à principio dabat operam rei illicitæ: ex hoc enim non caret culpa, ideo tenetur etiam de casu fortuito vt in d. c. si. de homicid. lib. 6. vbi si Dominus mandauit seruo, quòd acciperet baculum & percuteret Titium, citra mortem tamen & quòd diligenter caueret, ne ipsam occideret, quia nolebat eum interficere: si tamen famulus tam grauitè Titium percussisset, quòd ipsum occiderit ille Dominus mandans non excusatur propterea à pœna homicidij, licet nunquam habuerit animum occidendi illum, & ratio est illa de qua supra proxime pro quo facit text. in c. sicut dignum in princ. extra eo. tit. in antiq. l. si mulier. ff. quod met. cau. & l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. aquil. venena igitur de quibus loquimur text. in d. §. adiectio. non fuerunt facta per sortilegum siue maleficum per modum superstitionis, sed arte naturali hominis & peritia medicorum, sicut fiunt & componuntur venena sanatiua medicinarū, quòd patet quia in vtroque

Amatorium
& conceptorium
poculum
diuersus.

Veneni diuersi
titulo fit mentio de venenis. scilicet in tit. legis Cornelia
de sicariis. ff. & C. & in tit. de malef. & Math. sed in tit. Ie-
iure.

Venena natu-
ralia.

Venena Sorti-
leg. & Ma-
lefi.

Venena Malefica tradens ad mortem pena a mortis tenetur.

gum siue maleficum modo superstitioso, & per inuocationem Dæmonis tacitam vel expressam: & tunc si ex illorum potu causatur mors potantis, tradens ille punietur pœna vltimi supplicij, de qua in dict. §. qui abortionis: aut non fuerunt facta per sortilegum nec eo modo superstitioso, sed humana industria aut medicorum peritia, & isto casu morte secuta non punietur pœna mortis illic, qui tradidit, sed alia minori pœna, de qua in d.c. 3. §. ad tert. an aut & quando remedia & pocula ipsa dicuntur esse superstitiosa & qualiter cognoscat, vide qua diximus supra eo. qua §. proceden. in materia remedium qua sunt ad sanandam.

§. Cogita tamen super præmissis: quia doc. non declarant, & ego hæctenus non reperi magis congruam responsionem. Et tenendo istam opinionem pro solutione dictæ oppo. non obstant ea, quæ superius in contrarium adducebantur, & primò quòd illa vnica ratio

Venena minime ante mortem sequente & medic. industria quam incurrant pœnam.

de qua in l. 4. in princ. §. 1. vigeat pariter in omnibus venenis, quæ non sunt facta hominis necandi, &c. quia fateor quòd quò ad compositionem respectu primæ causæ & quò ad traditionem respectu vniuersæ qualitatis scilicet carentiæ animi occidendi æquiparantur omnia ista: non tamen sequitur, quòd quò ad alia quæ sequuntur, & sic in omnibus dicantur esse æquiparata: quia quò ad vltimum effectum siue naturalem intentionem sunt longè diuersa: vt latius supra diximus: non mirum igitur si sit diuersa decisio in vno quàm in alio: & diuersæ pœnæ statutz sunt. & ex hoc potest etiam solui aliud quod vnam determinabile relatum &c. quia illud est verum & procedit quando illa determinabilia sunt in omnibus æquiparata, & vnica ratio in omnibus vigeat æqualiter, sed quando inter ipsa militat diuersa ratio, tunc nō possunt pariformiter determinari: sed difformiter secundū quod militat diuersitas rationis. l. lucius & ibi doct. ff. de vulg. & supil & Bart. in l. Ticia. §. Ticia ff. de leg. ij. Sox. in l. cum vnus. in 27. col. ff. de condic. & Damon.

¶ Non obstat etiam illud quod dicebatur de malo exemplo quod exprimitur in vtraq; lege: quia tenendo secundā solutionē dico, quòd in casu d. l. in §. adiectio vigeat duntaxat illud malum exemplum, de quo ibi intentio tamca

Pocula considerationem exempli & intentionis inducunt in traditione.

tamen tradentis & effectus ad quem tendebant pocula erat iustus & honestus: sed in casu d. §. qui abortionis. ne dum vigeat malam exemplum, verum etiā mala intentio & turpis effectus, propter quem pocula prædicta facta & tradita fuerūt scilicet explendæ libidinis per stuprū vel adulterium vt alias supra diximus: cum igitur tendant ad diuersum effectum merito vt diuersa inter se debeant diuerso iure censerī. d. l. Papinianus exuli. & quòd similiter diximus supra. Idem videtur sentire Barr. in d. l. 3. §. adiectio. l. l. solutio ne oppon. quam fecit de d. §. qui abortionis: sed secundū vltimam solutionem dico quòd non solum dicuntur esse diuersa quòd ad istum vltimum effectum de quo supra: verum etiam quòd ad primas causas: & sic quòd ad ipsam compositionem, quia illa de quibus in d. §. adiectio. sunt industria hominis naturalis, & secundū naturalem peritiam medicorum, sicut alia venena sanatiua medelarum, vt alias diximus: illa verò de quibus in d. §. qui abortionis sūt per modū superstitiosum arte diabolica, & per inuocationem Dæmonum tacitam vel expressam: vt alias diximus & habetur in sum. con. per Ioan. leff. eo. titu. q. 2. 11. & 13. per totum nec mirum igitur si grauius puniuntur: quia omnia opera, quæ fiunt arte malefica sunt plurimum detestanda, & grauius punienda. vt d. l. nullus & l. nemo. C. de malef. & Math. Et licet ista vltima solut. prima facie videatur subtilis & concludenter soluere nodum inter ipsas duas leges: præcedens tamen solut. mihi magis placet, & est magis iuridica: & hanc videtur tenere. Bar. in d. §. adiectio vt supra dixi, hæc enim vltima in veritate sapit diuinationem: quia dicere quòd pocula illa de quibus d. §. qui abortionis fuerunt facta per sortilegum siue maleficum, diaboli instructione, de hoc nullū verbum fit in d. l. nec ex aliquo iudicio vel coniectura hoc deduci potest. Præterea video, quòd pocula, quæ fiunt arte magica & traduntur mulieri ad flectendum pudicum animum ad libidinem: licet mulier ipsa non moriatur ex poculi sumptione, tamen maleficus, & ille qui ipsum consuluir, vel qui scienter dedit poculum puniatur omnes vltimo supplicio. vt l. eorum in princ. l. nemo. & l. muniti. C. de malef. & Math. vbi hæc expresse probantur & tamen in d. §. qui

Amatoria tradentes tunc pena traduntur.

abortionis: ex traditione illius poculi amatorij, quando mulier, quæ assumpsit non moritur, non inferitur poena victimi supplicij: sed humiliores in metallum damnantur, honestiores verò in insulam relegantur confiscata dimidia parte omnium bonorum suorum, *ut ibi dicitur*: ergo non est dicendum quod illa sint pocula facta arte magica: sed naturali, prout sunt ea de quibus in dicto §. *adiectio*. sed idem diuersis poenis puniuntur: quia tendunt ad diuersum effectum, *ut aliàs supra diximus*: & hoc est de mente Bar. in d. §. *adiectio*. ponamus enim quod quis dedit venenum sanatiuum aegroto, ut recuperet sanitatem & liberetur ab illa infirmitate, ex cuius tamen assumptione fuit liberatus à vita, quia mortuus est: erit ne dicendum quod talis medicus vel alius qui dedit venenum in medela sit puniendus poena mortis vel relegationis aut alia simili? certè non: imò erit immunis ab omni poena dummodo non interuenerit dolus aut lata culpa: *ut d.l. 3. §. alio senatusconsulto. ff. de sic.* quia in isto veneno defuit dolus & animus occidendi: deficit etiam malum exemplum & turpitudinis finalis intentionis: quia omnia sunt bona & cum bona intentione facta, immo euadit impunis, ergo sunt omnino diuersa quo ad effectum.

¶ Postremo, ut me expediam de ista, q. sic distingue: aut nos loquimur de poculo abortionis seu amatorio, tunc aut ex illius assumptione ille qui assumpsit perijt, aut non: priori casu ille qui dedit, et si dolo non dederit, punitur ultimo supplicio propter malum exemplum. Suppleas tu & turpitudinem finalis intentionis: & ita intelligitur *tex. in d. §. qui abortionis*: ubi est casus.

¶ Aut non fuit mors secuta & isto casu humiliores in metallum perpetuò damnantur: honestiores verò propter malum exemplum confiscata dimidia parte bonorum suorum in insulam perpetuò relegantur, secundum quod dicit *tex. cum gloss. in d. §. qui abortionis*.

¶ Aut nos loquimur in veneno coceptionis & tunc aut ex illius assumptione quis perijt, & ille qui tradidit punitur poena relegationis, duntaxat propter malum exemplum, ex quo in ipso tradente erat bona, & iusta intentio seu finalis, quæ tendebat ad suscipiendam prolem, quod est fauorabile: *ut supra diximus*. Si enim ista est causa fauorabilis,

tabilis, in quo igitur consistit istud malum exemplum de quo loquitur *tex. in d. §. adiectio. in si. Respon.* quia mulier illa videtur quodammodo voluisse violentare naturam & voluisse imponere fecunditatem in vtero, in quo Deus & natura imposuerant sterilitatem propter hoc videtur esse malum exemplum, quia fuit nimum audax: nam prohibitum est velle subuertere ordinem nature. *cap. si aliquis. de homic. in antiquis.*

¶ Aut non fuit secuta mors illius absorbentis & nulla poena punitur ex quo caret dolo & culpa; dum modo aliquod scandalum subsecutum non fuerit. & ita videtur sentire *gl. in dicto. §. adiectio*. Aut nos loquimur de veneno sanatiuo, quod fit causa sanitatis, & miscetur in medelis: & isto casu siue sequatur mors absorbentis, siue liberatio ab illa egritudine siue non: in omnem eventum qui tradidit vel coeposuit erit immunis ab omni poena, dummodo non ab sit dolus vel culpa. *d.l. 3. §. alio contrario sensu & supra proxime diximus*: & per hæc sum expeditus de ista ardua & nobili quaestione. Sed antequam ad vltiora procedam quæro in hac materia, quid si aliquis causa libidinis aut odij aliquid potandum dedit mulieri, ut parere vel coicipere non possit, (quod dicitur venenum, siue poculum sterilitatis, quod est contrarium veneno coceptionis, de quo §. proxime dixi) qua poena ille, qui tradidit, puniatur. Respon. quod de iure canonico quasi homicida puniendus erit: ita dicit *tex. ubi est casus ille in. c. si aliquis. de homic. sed*

gl. ibi dicit quod debet intelligi de poena spirituali scilicet excommunicationis, quæ inferitur tamen in clericum quæ in laicum: non tamen clericus propter hoc efficitur irregularis, ac si verum hominem viuente occidisset, nisi probaretur infante animatum & viuente occidisset: *vide gl. in d. c. si aliquis. & ibi Abb.* Si vero loquimur de iure civili sit eadem distinctio: aut infans in vtero matris adhuc nullus erat homo: quia adhuc formatus non fuerat nec animatus & tradens poculum punitur poena extraordinaria siue relegationis. *d. §. qui abortionis l. diuus. ff. de extraordi. cri. & l. cicero. §. si ff. de poen.* aut erat iam animatus & viuens, & punitur de homicidio: quia hominem dicitur occidisse: *ut l. 1. ff. ad leg. p. de p. c. id. & melius in l. pen. C. ad le. cor. de sic. & l. 1. in prin. ff. eo. tit. & per gl. in. d. l. diuus. ff. de extraordi. crim. & J. latius dicam in sequ. q.*

Mulier conceptoria sumens naturam violentat.

Pocula citra mortem & scandalum absorpta non puniuntur.

Venenum sanatiuum poena immunis inducit.

Poculum sterilitatis ministrans & porrigens quæ poenam incurrat.

Sterilitatis poena tradens cui poena subdatur.

Veneri sanatiui traditio, morte secuta, in qua sit poena.

C A P. XIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Poculum abortionis tradens mulieri pregnantī qualiter puniatur.
- 2 Mulier, scienter poculum abortionum sumens, quam pœnam incurrat.
- 3 Abortivum procurans dupliciter potest considerari.
- 4 Anima hominis dicitur in sanguine consistere.
- 5 Infans intra quod tempus dicatur in utero formatus.
- 6 Infans in utero dicitur virtute planetarum formari & vegetari.
- 7 Infans septem mensium potest vivere & octo non & quare.
- 8 Mulier pregnant septem mensium accipiens poculum abortionis tenetur ut matricida.
- 9 Poculum abortionis dans mulieri septem mensium pregnantī tenetur lege Cornelia de sica.
- 10 Poculum abortionis, à muliere pregnantē sumptum, diversimode potest considerari, & secundum diversitatem considerationis inspicī.
- 11 Poculum abortionis tradens, ex quo sequatur mors, tenetur pœna mortis, siue dolo fecerit siue non.
- 12 Abortivum procurans foetus nondum animatus quā pœnā teneatur.
- 13 Poculum abortionis ministrantes & componentes eque puniuntur.

DECIMOTERTIO prosequendo materiam poculorum quarto, quid si aliquis ministraverit poculum mulieri pregnantī ad effectum ut faceret abortivum, quod postea effectualiter subsecutum fuerit, quā pœnā puniatur. nec putes. q. istam esse eandem de qua in. d. §. qui abortivum, quia ibi non fit mentio de abortu secuto, vel de infante occiso, sed disponitur ibi: quando poculum ipsum nocuit matri. Ad propositum igitur respond. quod in hac q. repetenda est distinctio illa, quam supra proximē in fine precedentis. q. dedimus: quod, aut infans in utero matris erat iam animatus & vivens, aut non. primo casu, qui dedit poculum nulli dubium est, quod secuto abortu tenetur de homicidio. l. penult. C. ad leg. Cor. de sica. l. 1. in princ. ff. eo. tit. l. cicero. in princ. ff. de pœn. & not. per gl. in l. diuus. ff. de extracredi. crimin. gloss. est in. c. si aliquis. de homic. c. ij. q. 4. c. consulti: quia isto casu dicitur occidisse hominem & somnus propriē in terminis legis Corneliæ de siciis. c. quinto. v. l. 3. in princ. ff. eo. tit. & ista dicuntur esse mala venena, quæ facta sunt hominis necandi causa. d. l. 3. in princ. Secundo verò casu, quando partus siue infans nondum erat animatus, neque formatus secuto abortu, non tenetur de siciis: sed alia pœna extraordinaria relegationis vel simili ad arbitrium iudicis, secundum qualitatem facti & personarum conditionem. d. l. diuus. & l. cicero. fin. & l. pregnantem ff. de pœn. & l. si mulierem visceribus. ff. ad leg. Corn. de sica.

¶ Mulier autem, quæ scienter poculum ipsum assumpsit ut faceret abortivum, si inde sit secutus abortus & infans iam animatus & completus erat, tenetur pœna legis Pompeiæ de patricidis: quia est matricida: ut l. 1. in ver. mater ff. ad leg. Pompe. de patric. & ibi Bar. & Bar. in d. l. diuus. idem tenet. quod si mulier, ipsa adhuc pregnantē recepta pecunia partum suum abegerit, tenetur pœna capitis indistinctē, siue partus erat iam animatus siue non: & hoc propter cuspidinem illam receptionis pecuniarum, quia dicitur assassinium: ut l. cicero. in princ. ff. de pœn. vide Bar. in d. l. diuus.

¶ Sed quia fit illa distinctio, quod aut partus erat animatus aut non: in materia abortionis quarto, quanto

Abortus in-
fantis anima-
ti aut inani-
mati.

Mala venena
hominis necan-
di causa.

Abortivum
procurantis
d. plex est di-
stinctio.

tempore partus siue infans in vtero matris dicitur esse animatus à die conceptionis. Respond. cum primum formatus fuerit infans & completus corpore, tunc anima ingreditur in ipso corpore quæ infunditur à Deo: illo tunc cum corpus reperitur formatum. xxxij. q. ij. quod vero. & c. moyses. non enim conuenit quòd anima prius infundatur in corpore illo, antequàm habeat perfectam formam in omnibus partibus & membris suis. quia non est conueniens quòd habitare debeat in corpore sicco, hoc est rudi & infirmi: debet enim habere sedem siue domum suam perfectam, in qua habitare possit: ut dicit glos. in d. c. quod vero. & c. moyses. quæ glo. in ver. sicco: dicit quòd secundum quorundam opinionem anima dicitur habitare in sanguine; & propterea dicitur quòd Normandi, Anglici, & Poloni fortiter bibunt ne contingat animam habitare in sicco.

¶ Rursus queritur, quo tempore, vel intra quantum tempus infans dicitur esse formatus in vtero matris. glo. in d. l. diuus. videtur tenere quòd in quadraginta diebus. Barto. ibi. dicit hoc esse verum in masculo: in foemina vero post. lx. dies. demum hoc declarandum reliquit naturalibus: dominus autem Conciliat. in suis differentiis. Physic. differ. xlix. dicit quòd trigesimo aut. xxxv. die ad plus partus siue infans in vtero matris dicitur esse formatus.

¶ Deinde ponit notabilem & pulchram doctrinam circa partus genituram, formationem, & augmentum, & de illius ortu. Dicit enim quòd vnusquisque infans à principio suæ creationis, dum primò incipit generari vltimè ad diem sui ortus recipit fomentum, & influentiam ab omnibus septem planetis, quorum vnusquisque singulo mense successiue sui syderis gratiam naturaliter operatur in ipso infante, in vtero matris iacente, secundum quæ paulatim infans recipit augmentum, ita quòd deuenit ad perfectionem suam & venit in lucem. Primo enim mense regnat Saturnus, qui est frigidus & siccus; inimicus vitæ humanæ quæ consistit in calido & humido, ut per glo. prædictam in d. c. quod vero. & c. moyses. istius planetæ seu syderis natura est sperma viri de recenti effluxum in vtero matris, quod adhuc liquidum est, vna cum spermate mulieris in simul coagulare & inspissare: ita quòd posse

Infans in vtero
vitate plantarum formatur & vegetatur.

Planeta dominante in infante in vtero.

Saturnus 1. mense infante coagulat & inspissat.

recipere formam, & adeò fortiter illud perstringit coagulando, quòd reducit illud tanquam in massam pasta: quo sic in vnum coagulato sit paulatim extensio & formatur primò caput, deinde alia membra, adeò quòd. xxx. die completo communiter infans solet habere formam suam perfectam.

¶ Secundo mense venit Iuppiter, qui est calidus amicus vitæ humanæ & inimicus mortis, & infantem ipsum, quem formatum reperit, extendit & auget: quos vero inuenit nondum esse bene formatos, illorum formas complet mirabili gratia & fortuna: quod euenire solet quandoque propter debilitatem matris: & hinc est, quòd mulieres istæ communiter solent secundo mense sentire in fantem in vtero commoueri.

¶ Tertio mense Mars succedit, qui est calidus & siccus ut ignis, & iste similiter fert opem augmento partus: illas humiditates, quas reperit ex residuis syderis Iouis, de siccatur, & incumbit augmento pueri.

¶ Quarto deinde mense venit Venus, quæ frigida & humida vtraque, & ipsa similiter temperat superfluas caliditates ignitas præcedentis syderis.

¶ Quinto succedit Mercurius.

¶ Sexto Sol.

¶ Septimo Luna & vnumquodque syderis procedit proportionabiliter secundum eius naturam in augmentum ipsius infantis. completo igitur septimo mense cursus iste sydereus reuertitur iterum ad primum quod est Saturnus, qui regnat & operatur octauo mense. Deinde ad Iouem qui venit nono mense: postea Martem qui decimo: & sic de singulis successiue. Et hinc est quòd infans, qui nascitur septimo mense vivit eo, quia nascitur sub sydere lunæ, vitæ humanæ compatibili: & quia tunc infans dicitur esse perfectus. ex quo participauit de natura & qualitatibus omnium septem syderum, siue planetarum, si nascitur illo septimo mense, dum Luna domiatur, vivit: & quamplures reperiuntur qui nati sunt septimo mense & viuunt: si vero octauo mense veniret in lucem, periret vel nunquam vivit, ratio est, quia venit sub sydere Saturni maligno, & multum contrario vitæ hominis, ex quo, ut dixi, est frigidus & siccus, habet conformitatem

Iuppiter 2. mense
se infantem extendit.

Mars 3. mense
augmentum incubit.

Venus 4. mense.

Mercurius 5.

Sol 6. mense.
Luna 7.

Saturnus 8.

Iupp. 9.

cum morte: illi igitur, qui sub isto sydere veniunt in lucem, adeo grauiter vulnerantur & premuntur, istius syderis malignitate, & frigiditate, quod necesse est vt pereant. Hi vero, qui nouo mense veniunt in lucem, prout maior pars venit, omnes communiter viuunt & crescunt, ex quo sub loue, ceteris benigniore sydere, & humane vite conseruatore, oriuntur: de quo magis qua de aliis natura letatur: hæc licet sit aliquantulum extra materiam nostram, tamen quia sunt delectabilis intelligentie scilicet pro iunioribus hic inferere placuit.

¶ Redeamus nunc ad materiam nostram, qua quærebamus, quanto tempore infans in utero matris dicitur esse formatus: & concludendum est secundum opinionem d. d. doc. quod communiter. xxx. & quandoque xxxv. die ad plus à die ipsius conceptionis, quidam alij dixerunt quod masculus post xl. foemina vero post. lxxx. dies habet perfectam formam. ita dicit glo. v. d. i. in prin. in ver. xl. quam refert & sequitur Abb. in c. si aliquis in fi. de homic. tamen de iure ciuili non est discedendum ab opinione gl. in d. l. diuus. quæ est communiter approbata. Si igitur post dictum tempus mulier acceperit poculum abortiois scienter tenetur vt matricida, & legis Pompeiæ de parricidis poenâ punienda est. vt. d. l. i. §. mat. ff. ad. l. g. Pom. de parric.

¶ Si autem alius scienter dederit poculum prædictum, quod ipsa mulier ignoranter accepit, ille qui tradidit punitur poena legis Corneliæ de sicariis: vt l. i. in prin. §. l. 3. ff. eodem sit. de sic.

¶ Si vero poculum prædictum assumptum fuerit ante tempus prædictum. scilicet antequam puerperium esset formatum in utero: & tunc aut mulier accepit pecuniam pro bibendo poculum, vt faceret abortiuum: & isto casu mulier semper punitur poena capitis, siue infans erat iam formatus, siue non. d. l. cicero. in prin. & ibi. Bar. & idem Bar. in d. l. diuus. ff. de extraor. crimin. Si vero mulier pecuniam non accepit, non punitur poena mortis: quando ante tempus formationis & vite ipsius infantis assumpsit poculum: sed alia poenâ extraordinaria relegationis. d. l. diuus. & ibi glo. & Bar. in l. pregnantem. & l. cicero. §. in. ff. de poen. & l. si mulierem visceribus. ff. ad l. Cor. de sic. quod verum est.

Abortiuum à pregnantē sumptum modo attenditur.

Pœna abortiu à pregnantē sumpti in iure ciuili.

de iure ciuili per iura prædicta.

¶ De iure autem canonico. inferitur poena spiritalis scilicet excommunicationis quocumque tempore fuerint data dicta pocula, etiam si essent data mulieri, nihil adhuc habenti in utero, ad effectum ne concipiat, eadem poena spiritalis. *Abortiuū sumpti ex iure canonico*

Prædicta omnia tamen procedunt, quando fuit secutus effectus, quod mulier fecit abortiuum partum: sed quid si non obstante poculo mulier peperit filium viuentem, & qui durauit in vita: an qui dedit poculum, vel ipsa mulier puniatur, & qua poena: vide do. And. Barb. in consi. 23. in 2. vol. vbi dicit quod non debet puniri poena mortis, ex quo non fuit secutus effectus: quia hoc in maleficiis potius spectatur euentus, quam solus animus delinquentis sine effectu: nihilominus nõ euader impunitus qui sceleret tradidit vel quæ scienter assumpsit, quia poterit relegari per ea quæ habentur in l. si quis aliquis. §. qui abortiois ff. de poen.

Abortiuo non obstante si mulier peperit viuentem quis & qua poena tenetur.

¶ Quandoque vero ex poculo huiusmodi sumptum pro muliere perit: & tunc ille, qui tradit, punitur poena ultimi supplicij, licet non dederit dolose contra ipsum quia res mali exempli est, & iste proprie casus in d. §. qui abortiois in fi. Quid si aliquis dederit poculum amatorium mulieri pregnantī, vt flecteret eius animum ad amandum ipsum tradentem, ex quo poculo mulier ipsa perit, qua poena puniatur tradens: dic quod eadem poena ultimi supplicij, quamuis animum occidendi nõ habuerit, & dolo non fecerit: vt d. §. qui abortiois. qui dedit vt vniuersumque casum in terminis, hæc tamen quæ supra diximus procedunt de iure ciuili & inter laicos. De iure autem canonico vltra ea, quæ diximus s̄ clarius hic distinguitur.

Abortiuum tradens ex quo sequatur mors, eadem moris poena tenetur.

Amatorium pregnantē propter ad amorem, ex quo mortua sit qua poena mulietur.

distingue, quod aut loquimur de iure antiquo secundum legem Moysis: aut de iure nouo secundum constitutiones Pontificum. Primo casu si infans iam formatus & animatus erat, quod qualiter & quanto tempore dicatur esse formatus & animatus, diximus supra ea. q. tunc det animam pro anima, & sic punitur poena mortis qui dedit poculum abortiois quo necauit infantem: vt in c. Moyses. 32. q. 2. in prin. aut partus nondum erat completus in forma, nec animatus; & tradens poculum huiusmodi

huiusmodi mulctatur pecunia arbitrio iudicis. d. c. Moyses. Ratio est, quia non potest dici examinatum ille quod caret anima, quam non habet adhuc.

¶ Secundo verò casu, quando loquimur de iure Pontificio, aut loquimur de pœna irregularitatis vel degradationis, & ista non inferitur nisi clericus effectualiter hominem viuentem occiderit, vel quod sit natus, vel adhuc in utero matris, non refertur *in. c. 1. c. c. sicut dignum. §. 1. de homic. c. per glo. in. d. c. Moyses. c. si aliquis glo. eo. tit. c. glo. in. c. consulisti. ij. qu. iv. idem sequitur Panor. in. d. c. si aliquis.* aut loquimur de pœna excommunicationis, & ista inferitur pro quocunque abortiuo securo, siue puerperium erat animatum siue non, & iura ipsi appellant istud homicidium: sed antequàm iufans sit plene formatus & animatus non potest dici proprie homicidium: quia non potest corpus exanimari quod adhuc caret anima: ut supra proxime diximus. isto casu igitur improprie dicitur homicidium: vide *tex. in dicto. c. si aliquis. c. ibi do. Abb.* imò hac pœna punitur, etiam aliquis libidine aut odio daret mulieri, quæ nondum concepit, venenata pocula sterilitatis ad hoc ne coeundo concipere possit. *ut. d. c. si aliquis.* ubi est casus vide nota. quòd non solum quis tenetur de homicidio pro abortiuo iam facto: sed pro fiendo, vel pro impedimento præstito ad concipiendum.

*Abortiuum
componentes
& ministran-
tes aque pu-
risantur.*


¶ Et nota etiam hoc vnum in tota materia poculorum, quòd non solum punitur qui scienter tradidit poculum, verum etiam ille qui scienter fecit & composuit: ita expressè *not. Panor. in. d. c. si aliquis. in. princ. c. not. in. l. 1. in. princ. c. l. ij. in. princ. ff. ad leg. Cor. de sic. hoc idem seruatur in quibuscunque aliis sortilegiis. ut not. Arch. xxvi. q. v. quicunque. c. 1. dist. si quis viduam. xxxij. q. vlt. pessimam. ff. ad legem iul. maie. c. l. 1. c. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. adduxisse.*

C A P.

C A P. XIV.

S Y M M A R I V M.

1. Sacerdos celebrans, si prætendens sortilegium faciat preces inhonestas & indebitas, quam pœnam incurrat.
2. Sacerdos celebrans contra viuentem, ut citius moriatur, infamis efficitur.
3. Sacerdos simplex aut ignotans, an pro sacramentorum abusu sit potius, quam expertus excusandus.

1.  Ecimò quartò ultra ea, quæ diximus supra *Sacerdos mis-* in. ii. q. videndum est quid de sacerdotibus, *sas celebrans* qui super rebus prophanis, & apertis ad fa- *ad effectum in* ciendum sortilegia, & ad illum duntaxat effectum o- *sortilegij qua* blatis vnam aut plures missas scienter celebrant, adhibi- *pœna tenen-* tur. tis nefariis & inhonestis precibus, & verbis superstitio- *tas celebrans* sis, quibus pœnis puniuntur. Res vero super quibus *ad effectum in* solent missas ipsas celebrare sunt vt plurimum istæ, pa- *sortilegij qua* nis crudus sine pasta, aut coctus vt placenta, item ca- *pœna tenen-* lamita, quandoque cutis indumenti pueri nascentis *tas celebrans* quam appellant *pelliculam virginem*, & alia his similia, *ad effectum in* simplicia, aut mixta, imposita super altari illis mo- *sortilegij qua* dis, de quibus supra diximus in 3. q. pro isto facino- *pœna tenen-* re: dic quòd de iure canonum clericus omnino depo- *tas celebrans* nitur: *ut in c. si quis episcopus. 26. quæst. 5. si enim pro so-* la celebratione missæ defunctorum dicta pro viuenti- *ad effectum in* bus vt citius moriantur, aut periculum mortis incur- *sortilegij qua* rant, sacerdos perpetuo priuatur officio, beneficio, or- *pœna tenen-* dine, gradu arque dignitate, in perpetui exilij ergastulo, *tas celebrans* vnà cū cõsulete, vel id fieri procurate, relegatur. *ad effectum in* *ut in c. quicunq. 26. q. 5. dix. c. 5. 11. q. ver. pro facitori. quato magis* deberet

*Sacerdos cele-
brans contra
viuentem vt
moriem acce-
leret infamis
notatur.*

deberet iste sacerdos deponi, & relegari qui in missarum suarum celebratione illa prophana & immunda turpiter commiscuit; illaque vel Deo, aut potius demoni vouere turpibus & superstitiosis precibus non veretur, certe non video cur minori poena puniri possit: maxime quando scienter ista patrauit. *d. e. quicumque. in ij. parte circa finem. pro quo facit in arg. i. ex. de conse. dist. ij. cum omni crimen in fin. ubi grauitur punitur clericus depositione, qui abutitur ordine sacramenti, licet id non faciat ad effectum sortilegiandi, aut per modum superstitiosum, ut latius infra dicam.*

Sacerdotis
simplicitas
aut ignoran-
tia in sacra-
mentorum ab-
usu excusa-
tionis loco sint.

¶ Quidam verò dixerunt, quòd pro huiusmodi facinore sit poena arbitraria iuxta doctrinam d. Abb. in d. c. ij. extra eo. titulo, hoc tamen tolerari posset quotiescunque factum non esset valde turpe, vel persona sacerdotis esset adeò simplex, & debilis ingenij, quòd de facili quis cognoscere posset, quòd bona fide ductus fuerit circumuentus putans benefacere & non peccare: *ut in d. c. ij. & est tex. & ibi. Bar. in l. si adulterium cum incestu. in ver. si. idem poliani ff. ad leg. iul. de adul.*

CAP. XV.

SUMMARIUM.

¶ Sacerdos abutens debito modo & ordine sacrificandi quam poenam incurrit.

DECIMOQVINTO quæro, quid de sacerdotibus, qui abutuntur debito modo & ordine sacrificandi: ut quia non ponant vinum cum aqua simul in calice: sed vinum tantum, aquam solam, vel botrum vuarum coraprimunt in calice, aut panniculum musto intinctum & diu conseruatum aqua ablauant, & illam lauaturam ponunt in calice loco vini aqua commixti, aut panem sacramenti intinctum in vino calicis sacramento tradunt laicis pro communione: siue Eucharistia sacramento: quibus poenis puniuntur: omnia ista narrantur in tex. in. c. cum omne crimen. de conse. dist. ij. & con

& concluditur, in fine quòd sacerdos pro isto facinore debet priuari ad tempus omni ordine, & gradu arbitrio iudicis, & tanciu sic priuatus existere, donec iudici visum fuerit illum congruam poenitentiam peregrisse, ut postea purgatus ad omnia sua pristina restitatur, *ut ibi dicitur.*

CAP. XVI.

SUMMARIUM.

- 1 Vasa sacra Ecclesiastica, vel res Ecclesie benedictas polluens, & in usum prophanum illas conuertens, qua poena sit puniendus.
- 2 Presbyter vel diaconus rebus abutens sacris vel sacratis qualiter puniantur.
- 3 Presbyter vel clericus admiscens res sacras sortilegiis omni dignitate priuantur.
- 4 Rebus sacris vel benedictis abutens habetur ut sacrilegus.

DECIMO SEXTO quæro, qua poena punitur sacerdos vel laicus, qui vasa Ecclesiastica sacrata vel vestes sacras aut benedictas (ut est altaris palla, cal. x. patena, purificatorium, tabernaculum sacramenti Eucharistia, aut aliquarum reliquiarum, item lapidem sacratum, totum aut partem, siue corporale, maeipulum, stolam, camisiam, Res sacras polluens & prophanans qua poena tenetur. imaginem crucis, aut Beate Mariæ virginis & alia his similia acceperit, & ad prophane vsus irreuerenter conuerterit, aut damnabilius in sortilegiis commiscuerit. Dic quòd primo casu, quando quis abutitur illis in prophanis domesticis vsibus circa sortilegia, de iure antiquo secundum legem Moysis ultioni diuina percutiebantur, & sæpius morte, & totius status subuersione, si erant reges vel alij principes, *ut habetur Daniel. 5. Vbi rex Balchassar filius Nabuchodonosor postquàm cepit ex-*

ga Deum & res sacras irreuerenter se habere, & quod sacrata vel benedicta vasa aurea & argentea ex sacro templo Domini in Hierusalem abstulerat, & cum illis ipse rex Balthassar una cum principibus & primatibus suis, vxoribus, atque concubinis in conuiuiis suis vinum biberant, iratus est valde Deus de tanta eorum insolentia; & primo monuit regem Balthasarem quodam preconiio literarum miraculose scriptarum in albo pariete aulae regiae, quas nemo sapientum ipsius regis Baltharris, sed solus Daniel interpretatus est, & comminatus fuit futurum malum iudicium contra ipsum, adeo vt illa nocte ipse Rex Balthassar ab inimicis suis interfectus est, & regnum suum ad extraneas manus deuenit. *vide in. d. c. Daniel. de quo fit mentio de conse. dist. 1. c. vestimenta. & c. in sancta.* unde concludi potest, quod de iure antiquo pro huiusmodi rapina & abusu sit poena mortis & bonorum suorum publicatio aut mala successio.

¶ De iure vero Pontificio Diaconus pro isto crimine tribus annis & sex mensibus excommunicatus existit, & ab altaris ministerio omnino suspensus habetur.

Presbyteri poena in abusu sacrorum.

¶ Presbyter vero decem annis & sex mensibus remanet excommunicatus, & *habetur de conse. dist. 1. nemo per ignorantiam.*

¶ Si vero bona praedicta ipsi immiscuerunt in sortilegis, aut alijs tradiderunt vt immiscerent, grauius puniuntur: quia clericus debet deponi, & omnibus suis officijs, atque beneficijs, ordine, gradu, & dignitate privari, & in perpetuum carcerem intrudi, aut in exilium perpetuum mitti. *vt d. c. si quis Episcopus. & c. quicumque in si. xxvi. q. v. vel dic secundum Abb. in d. c. ij. extra eo. tit. quod erit poena arbitraria, secundum arbitrium iudicis moderanda, attenda qualitate facti, & personarum conditione, vt alia diximus. supra eod. per dicta iura, quae amplius non refero vt capiam breuitatem.*

Rebus sacris abusus etiam poena sacrilegij tenetur.

¶ Et nota vnum in tota materia sortilegiorum, quod ille, qui abutitur rebus sacris vel benedictis & Ecclesiasticis semel dedicatis, non solum tenetur poenis de quibus s. verum etiam tenetur poena sacrilegij, quia in veritate per similem contrectationem rerum sacrarum committitur

ut sacrilegium, vt *habetur. xvij. q. iij. sacrilegium. & c. si quis consumax. §. 1. & domi. loano. lect. in sum. in titulo. de sacri. q. iij. & Sanctus Thom. in secunda secunda. q. xcix. artic. iij. versic. dicendum. & de poena ipsorum: vide in dict. c. si quis consumax. Imo dicit Archi. in c. felicis. de pen. lib. vj. in prin. quod sacrilegium committit quilibet de ordinibus clericorum, qui aridos, incantatores, aruspices, & similes consuluit, vel similia fecit, intelligens in effectu quod Sortilegus dicitur. *Sortilegus dicitur: omnis sortilegus potest dici sacrilegus, & de sacrilegio ei potest sacrificii: vide tamen quae latius dicam infra tit. sequent. q. 1. legus.* Et nota etiam quod pro isto crimine subtractionis valorum sacrorum de Ecclesia imponuntur grauiores poenae, de quibus *habetur. xij. q. ij. de viro. vide ibi.**

CAP. XVII.

SVMMARIVM.

- 1 Sacerdos preces nefandas in sua celebratione faciens qualiter puniatur.
- 2 Exemplum sacerdotis Hispani, preces prophanas in suis sacrificijs offerre consuevit.
- 3 Votum inhonestum Deo exhibens quam poenam incurrat.

DECIMOSEPTIMO quæro quid de his sacerdotibus, qui in missarum suarum celebrationibus huiusmodi aliquas preces nefandas & turpes absque alicuius rei immixtione, protulerint, illa aut Deo aut Dæmoni vouendo, non absque magna superstitione dicauerint; quæro qua poena puniantur: & vt facilius res ista apprehendi possit subdam exemplum prout habui semel in factis Romæ. Quidam vir Hispanus clericus in sacris beneficiatus & decretorum

Pœna sacerdotis preces inhonestas celebrationi immiscens.

doc:

doc. ætatis annorum xlv. vxi circa captus erat amox
 quarundam monialium iuuenum, quæ erant plurimum
 formâ venusta, quas iste sapius ad monasterium visita-
 bat & blandis verbis atque muneribus multoties blan-
 diabatur eis: adeo quod propter illarum pulchritudinem
 & venerabilem venustatem ille Hispanus paulatim cap-
 tit a descere, & frequentius illarum monasterij limina
 visitare, & in tam magnam devenit insaniam & cœcitatem,
 quod die nocteque tam in somnis quam in vigilia nihil
 aliud nisi illarum amplexus & concubitus meditabatur,
 corde, verbo, gestis, aut signis. Et in tam graue dementiam
 adductus fuit, quod assererebat expressè, ex quo ipse erat
 clericus esse sponsum Ecclesiæ & moniales illas similiter
 esse sponsas Ecclesiæ: nam quia dicebantur esse sponsæ
 Christi, qui representatur per Ecclesiam, concludebat
 quod sponsi & sponsæ spirituales, hoc est sacerdotes &
 moniales poterant adiuuicem carnaliter copulari sine
 peccato: & quod ita Deus præordinauerat putans sum-
 mum bonum in solo coitu consistere, & quod rurpius
 est, ipse sapius hoc prædicabat illis iuenculis: adeo quod
 ipsæ ceperunt illam curare: vnde ipse clericus postea
 devenit in maiorem insaniam: quia quotidie cum esse
 liberatus componebat aliquas orationes & preces nefar-
 rias, quibus orabat Deum & alios sanctos, vt præstarent
 sibi robur maximum in renibus, in lumbis vero calorem
 tantum pro posse facillime in magna abundantia luxu-
 riant, & coitum carnis sepiissime complere: & quia illa-
 rum monialium quædam vocabatur Cecilia, altera Vr-
 sula, alia vero Magdalena & Clara, in ipsis suis oratio-
 nibus, quas quotidie de nouo formabat summis precibus
 deprecabatur, virgines illas sanctas & beatas post Dei
 inuocationem vt ex dono gratiæ specialis in mentibus
 & cordibus ipsarum monialium hanc meditationem &
 firmam opinionem infunderent: ita quod ipsæ moniales
 firmiter putarent & crederent nullum aliud magis, me-
 ritorium opus Deo fieri posse, quam coire, & carnaliter
 commisceri, crescere & multiplicare, nulla adhibita per-
 sonarum distinctione, sit sacra vel prophana: sit coniu-
 gate vel soluta: sit contaginea vel extranea, & similia:
 & quod ex coitu huiusmodi putarent votum castitatis
 nulla

Summum bo-
 num quod pone-
 bat in coitu.

nullatenus infringi posse: sed magis hoc Deo placere
 quam holocaustum sive sacrificium: & vltra hoc quod
 ardentius illarum corda incalecerent ad amandum & ve-
 hementer diligendum virum ipsum sacerdotem, qui
 erat sponsus Ecclesiæ & eius vota carnalia firmiter ma-
 xima cum humilitate adimplere, eiusque mandatis vt ve-
 ri patris parere, asserens quod illo modo consumman-
 dum erat matrimonium spirituale inter religiosos vi-
 ros & mulieres quemadmodum matrimonium carnale
 consummat per veram vtriusque coniugum carnalem
 copulam: vt in c. contineba. v. primo responso. de despon. im-
 pub. & in c. tua nos. de sponsa.

Matrimonij
 spiritualis co-
 summatio.

Quas quidem schedulas ipse clericus portabat
 quotidie ad quoddam monasterium, vbi morabantur
 quidam boni & purissimi sacerdotes mendicantes, qui
 potius simplicitate & bonitate quam doctrina religio-
 nem suam profitebantur, & die qualibet ad Ecclesiam
 illius monasterij accedebat ad missam, & singulis diebus
 vnâ ex ipsis schedulis dabat sacerdoti; & dabat etiam
 iulum vnum pro elemosyna, ad hoc, vt in celebratione
 missæ, scilicet in momento preces illas Deo & sanctis
 virginibus prædictis offerret cum deuotione, orando
 Deum & sanctas virgines prædictas, vt pia vota ipsius
 orantis exaudirent, & hoc modo decepit vnum vel duos
 ex simplicioribus & rudioribus illorum monachorum,
 & interim ipse quoque interesse missæ & totidem ead-
 demque preces ipse cum deuotione recitabat, & profe-
 quendo vterius in hac sua superstitione quotidie novas
 orationes componens devenit tandem ad manus cuius-
 dam monachi, qui erat ceteris magis doctus atque ex-
 pertus, qui sumpta schedula duplicata vnâ cum elemo-
 syna accessit ad altare & perlegens quæ intus erant ver-
 ba, valde obstupuit, & ne missæ sacrificium perturbaret
 dimisit schedulam illam in angulo altaris, & profe-
 cutus fuit missam: demum eâ completâ, ipse monachus
 multum reprehendit ipsum clericum Hispanum, dicens,
 quod verba illa erant valde turpia & sup. rstitiosa, nec
 merebantur per aliquem sacerdotem in tanto missæ my-
 sterio memorari: at ille subrisit deridens monachi illius
 simplicitatem & ignorantiam, cepitque secum vel di-

Scheda sa-
 cerdotis alteri
 data vt offer-
 rat Deo in ce-
 lebratione.

spurare, quia argutus erat & quasdam interpretationes diuinæ scripturæ longè erroneas attribuens, adeò quòd non transibat absque scrupulo & labe hæreticæ prauitatis, *ut alias diximus supra tit. 1. & 2.* Videns itaque monachus ille ipsum clericum tam graui errore apprehensum, sumptis pluribus ex illis suis schedulis, quas adiuuenit, de præmissis omnibus consulit quam primum Reueren. Dominum Vicarium Papæ: cuius tunc ego auditor aderam, mihiq; mandauit utrum hunc cognoscerem, & ipsum clericum pro modo culpæ cotriperem: qui statim incarceratus & examinatus omnia ad vnguen confessus est, immò à principio instabat pertinax in illa sua erronea opinione, volens defendere falsas quasdam & nouas interpretationes, quas diuinæ scripturæ attribuere, qui quam primum vidit me præparari ad declarandum illum hæreticum, & pœnis hæreticorum subiiciendum nisi errorem ipsum reuocaret: incontinenti omnia reuocauit, & errorem suum solenniter abiurauit: adeò quòd pro hæresis suspitione meruit veniam, & reuocauit omnes illas suas interpretationes, quas dederat diuinæ scripturæ & reliquas omnes insanias suas, quas supra narrauimus: nihilominus, ut cautiùs in futurum procederet, de mandato Summi Domini nostri pœnæ fuit relegatus ab vrbe ad certum quoddam tempus sanctorum.

¶ Ad propositum nunc quæstionis nostræ redeundo, quæro, si reperiatur aliquis sacerdos, qui scienter preces huiusmodi aut similes, quæ non tendunt ad verum diuinum cultum & salutem animæ, sed potius vertuntur in peccatum in rem damnabilem, in missæ solenni sacrificio celebrauerit: seu alio quouis modo vouerit aut obtulerit, qua pœna puniatur? Dic quòd isto casu putarem esse priuandum omni ordine, gradu, officii atque beneficiis Ecclesiasticis, quin etiam relegandum esse tam ipsum sacerdotem quam illum, qui ipsum cõsulit quam præmissa fieri mandat. *argu. eorum quæ habentur in dicto c. quicumque, in fin. xxvi. q. v.* vbi si sacerdos pro viuentibus celebrat missam defunctorum, ut illi, pro quibus missa celebratur, citius moriantur aut mortis periculum incurrant, sacerdos ipse punitur pœnis prædictis: & nihilomi-

Sacerdotis hæresis & sacrificio damnatur & pœna traditur.

Sacerdos missam defuncti, ad mortem viuentis, celebrans qua sit pœna puniendus.

nis ibi non apparet de aliqua supersticiosa oratione aut ceremoniis, sed solum de turpi celebrantis animo ac intentione, quanto magis in casu nostro ob oculos posito iste deberet hac pœna, & verò multò atrociori, puniri, qui preces istas obscenas diuino oculi admodum contrarias, & quæ omnes tendunt ad peccatum & totius Christianæ fidei læsionem, & Ecclesiæ Catholicæ detrimentum, dum quærit per sacrificium missæ præbere materiam peccandi & malè faciendi, per quam & eius holocaustum solent peccata dimitti. *de consecratione distin. 2. cum omne crimen & eadem distinctione. nihil in sacrificio & diximus supra titulo primo. q. secunda. in principio.* nihilominus isto casu non discederem ab opinione Abbatis, *de qua in dicto ca. secundo, extra eodem titulo:* scilicet quod pœnæ cuiusmodi sint aggrauandæ vel minuendæ iuxta qualitatem facti, aut turpitudinem, siue scandalum quod inde exoritur, & personarum conditionem, in quibus omnibus plurimum vertitur arbitrium iudicis: ponamus enim quòd esset aliquis simplex, humilis sacerdos, idiota, qui sit aliàs bonæ conditionis & famæ, & puræ conscientiæ, qui ad preces & mandata aliquius magni Principis, Baronis, aut viri magnæ conditionis similes preces emisisset: erit ne dicendum quòd sit puniendus ille, sicut alius versutus, malitiosus, & qui in istis turpitudinibus delectatur? certè non: & propterea bene & sanctè disposuit textus *in cap. seu dignum in principio, de homicidi. & in l. respiciendum. & l. aut facta. ff. de pœn. & l. quid ergo. & ibi Bart. ff. de his qui notantur infra. & Bar. Bal. & alij in l. prima. §. diuus. & in l. diuus. & l. in lege Cornelia.* Astenditur autem in omnibus criminibus attenditur principaliter animus & intentio delinquentis, an ex simplicitate quadam vel ignorantia, aut dolo & malicia inductus fuerit ad peccandum, taleque facinus perpetrandum, ut his diligenter & cautè attentis decernatur, & fiat variatio pœnæ, pro quo bene facit textus, & quod ibi not. gl. & Panormitanus *in dicto capi. secundo. extra eodem titulo.*

Pœnarum grauitas vnde imponatur fasinosus.

Astenditur autem in omnibus criminibus attenditur principaliter animus & intentio delinquentis.

Præterea ponamus, quod aliquis persuadet sacerdoti quod voueat, offerat uero eo preces quasdam in missa; quæ expressè non apparebant nec cognoscebantur, saltem per virum rudem & inexpertum, quod essent supersticiosa: ut quia in ipsis apparebant à principio verba quædam honesta & religiosa: deinde verò supersticiosa & diabolica, sed erant per nomina quædam adeò ignota ipsi sacerdoti, quod putabat omnia esse bona,

& nullam in se habere superstitionem: isto casu similiter putarem dictum sacerdotem esse longe

giè mirius puniendum, per ea quæ subrà diximus & dicto capit. & ibi gla, extra eodem titulo.

Laus Deo, beatæque ac gloriose Virgini
Mariæ Gratiæ immortales.

F I N I S.



I N D E X

ALPHABETICVS

RERVM VERBORVM

ac sententiarum memorabilium, quæ in hac secundi Tomi parte altera continentur.

A



B A C V C	Abortiuum tradens ex quo mors sequatur eadem mortis pœna tenetur. 495
trāslatas ab Angelo.	Abortiuum tradens homicida est corporalis. 482
335	Abortiuum procurantis duplex est distinctio. 491
Abiuratio Dæmonis cuiusdam.	Abortiuum componentes & ministrantes æquè puniuntur. 496
138	Abraham primus Dei martyr. 37. è fornace saluus euasit, ibidem, mandatum à Deo. 38
Abortus infans animati aut inanimati.	Abusus diuinarum appellationum. 77. rerum sanctarum in artibus magicis. 259. sacræ ad facilitorem adorationem instruit Dæmon. 452
491	Acerum cur Christus non biberit. 105
Abortiui à prægnate sumpti pœna in iure civili. 494.	
eiusdem pœna spiritalis ex iure canonico. 495	
Abortiuo non obstante si mulier peperit uiuentem quis & qua pœna teneatur. ibidem	
Abortiuum à prægnante sumptum multimodè attingitur. 494	

INDEX.

Acheronta mouere. 21
 Aduentus Christi testes. 48
 Egritudines omnes à Dæ-
 mone. 151
 Egyptij imaginibus vsi in
 necessitatibus. 131
 Acrimantia quid & vnde.
 352
 Alexander Magnus nomen
 Dei adorauit. 51
 Amatorium tradens pocu-
 lum homicida est. 482. &
 conceptorium poculum
 differunt. 483
 Amatorium tradens qua
 pœna puniatur. 487. præ-
 gnanti propinans ad a-
 morem, ex quo mortua
 sit, qua pœna mulctetur.
 495
 Amici duo viuentes & mor-
 tui. 88
 Amor parentum in crudeli-
 tatem versus. 40
 Angeli cur à sacerdotio ar-
 ceantur. 104. qualiter di-
 cantur comedere. 208.
 præsentia & præterita nô-
 tunt. 388. habitant in sic-
 cis corporibus. 418. stel-
 læ dicti sunt. 17. è quibus
 ord. nibus deiecti. 17. ho-
 minum custodes. 29
 Angelis paradus est desti-
 natus. 14. omnibus com-
 missa est eadem potestas.
 386
 Angelorum definitio. 410.
 operationes in assumptis
 corporibus. 412. minor

pars corrui. 17
 Angelus præmonuit Noë
 futuri diluuij. 35. Roma-
 nis eos castigans appa-
 ruit. 78
 Animalibus infirmitates à
 maleficiis inferuntur. 190
 Annulli septem planetarum
 Iarchæ &c. 131. Gygis &
 Paracelsi inuisibilem &
 victorem reddiderunt. 131
 Apostata quo casu hæretico
 sit dererior. 436
 Apostatas aggrediuntur aqi-
 lonei spiritus. 27
 Apparitio trium Angelorum
 facta Abrahæ. 8. Dæmo-
 num sub forma humana.
 ibidem. animarum defun-
 ctorum. 91. bonorum an-
 gelorū in assumptis cor-
 poribus. 204
 Apparitiones variæ angelo-
 rum. 216. & 217
 Apuleius in asinum versus.
 207
 Aqua maledictionis adule-
 ras prædens. 53
 Aquilo ominosus Cabali-
 stis. 27
 Arcades in lupos. 210
 Arenia siue Tyrza Noë
 vxor. 57
 Argenti fodinæ Dæmonum.
 148
 Argutia Dæmonum & for-
 tilegorum est eadem. 362
 Arioli qui & vnde sic dicti.
 352
 Ars fulguritoria. 58. Dæmo-
 num

INDEX.

num. 311. malefica est in
 odio. 466
 Articuli facultatis Tholo-
 giæ Parisiensis reproban-
 tes artes magicas. 267. ad
 272
 Artium magicarum finis.
 257
 Aruspices qui sint. 352
 Aspectus cœlestes cur au-
 gient Dæmones. 141
 Assumptio formarū in Dæ-
 mone pro occasione &
 substantiæ gradu. 33
 Astrologi qui sint. 352
 Astrologiæ cognitio exacta
 non est. 1. periti prioribus
 temporibus. ibidem.
 Astrologorum causæ sunt
 iudicum Ecclesiastico-
 rum. 286. futura prædi-
 centiam pœna est diuer-
 sa. 472
 Astutia Dæmonum in fodi-
 nis. 46
 Auditus Dæmonum. 87
 Auerois libri. 63
 Augures qui & vnde. 352
 S. Augustini dubiū de com-
 pressu mulierum & Dæ-
 monum. 341
 Augustus Antonio formida-
 bilis. 161
 Avium similitudinem indu-
 cit Dæmon. 82
 Aurum Diaboli instrumen-
 tum. 135
 Auspiciis omnia fiebant,
 56. & 59

B.

Basilisci conspectus mor-
 tifer. 160
 Balaam aridus. 291.
 Bathi vexillum cum chara-
 ctere X. profligat Polo-
 nos. 133
 Beatæ Virgini preces effusæ
 quid contra spectra va-
 leant. 119
 Bernardus Comensis inqui-
 sitioni deputatur. 170
 Blasphemia Lamiarum. 343
 Boni Angeli bonos puniunt.
 77. in recessu consolan-
 tur. 92
 Branchis vates. 46

C.

Cabala falsa qua. 66
 Cabalistarum error de
 creatione Dæmonum. 7
 Cæremoniæ Maleficarū. 113
 Cæremoniis magicis morbi
 non inferuntur. 398
 Cæini posterii. 36
 Campanarum & luminum
 vsus in Ecclesia. 31. sono
 Dæmon recessit. 336
 Canis loquela. 417
 Capituli Episcopi explica-
 tio. 180. 318. 339
 Carolensis quidam in prote-
 statione cæsus & tandem
 liberatus. 102
 Caseus præstigiolarum mu-
 lierum. 311
 Casus de sortilegiorū hæresi
 ad secreta reuelanda. 451
 Causa vna omnium & lum-
 me bona est. 6

INDEX

Causa posita aut sublata tollitur aut remouetur eff. etus. 320
 Causarum liberarum effectus quomodo cognoscantur. 298
 Cham patrem Noë fratibus deridendum propinat. 35
 Characteres & signa quibusuis Dæmonibus sua adscribuntur. 132
 Characteres Mathematici aut Magici, figuræ, vel litteræ damnantur. 276.
 & 277
 Chromantia. 66. an cum peccato exerceatur. 362
 Christi abnegatio & iuramentum Lamias apostatas facit. 343
 Christiani superstitionibus dediti. 67
 Christus quomodo fingatur à pictoribus. 49. post resurrectionem qualiter comederit. 224. luci comparatur. 375. à diabolo de terra eleuatus est. 415. & translatus est à diabolo. 335
 Circe cur dicatur socios Ulyssis in bestias conuerfisse. 213. & 220. eiusdem transformatio quæ fuerit. 312
 Clauis, lapides, &c. euomit an sint species naturales. 472
 Cœundi impotentia in maribus & fœminis. 394

Coitus contra naturam. 39.
 Dæmonum cum mulieribus. 204. & 427
 Colloquium cum Dæmonibus possibile. 203
 Comedere non conuenit Angelis. 221
 Comensis quidam Maleficus deprehensus est in Iudo Herodiadis. 170
 Concilij Ancyranæ decreta contra Sorilegos & Maleficos. 171. & 181
 Concubitus origo. 108
 Confessio delicti & regit peccata. 99. Dæmonum. 145. Strigum. 168. & 169. sociorum de illusionibus. 239. eorundem in causa hæresis. ibidem. cur iuramento facit iudiciū contra socium. 242
 Confessio in tormentis tribus modis extorquetur. 244. quæ præiudicare possit. 246
 Coniecturæ & præsumptiones contra Striges. 187. an valeant ad manifestandum. 235
 Consecratio seu execratio quomodo fiat. 369
 Cōsilia & cogitationes Dæmonum contra honorem Dei irrita. 22
 Constitutio Pij. V. de reis ad iudices sæculares remittendis. 194. item Alexandri VI. 198. item Innocentij VIII. 294

Contra

INDEX

Contraria contrariis curantur. 350
 Contrariorum eadem est ratio. 26. & 155
 Conuersantes cum Maleficis ut sint puniendi. 467
 Conuersatio Maleficarum fugienda. 373
 Conuersio Strigum & abiuratio. 171
 Conuiuij & conuiuium Dæmonum euanescent. 116
 Corpora Dæmonum sensum non ea sunt. 81. ut nostra variis membris distincta sunt. 85. à Dæmonibus assumpta an sint naturalia aut apparentia. 410
 Corruptores ut quid tolerentur. 261
 Creatio Dæmonum quæ sit. 6. hominis est solius Dei. 447
 S. Crucis abnegatio & conculcatio. 133. & reliquiarum proiectio sapit hæresim. 328
 Cultus variarum gentium. 58. professorum Sorilegorum. 282. Dæmoni ut creatori exhibetur. 357. Dæmonis obsecratur uisdem ferè ritibus & ordinibus ac inter Christianos & Catholicos. 408
 Cumanensium Dæmon. 102
 Cupiditatibus malorum satisfaciunt Dæmones. 161
 Curatio superstitiosa. 400

Curiositas hominum quod feratur. 295
 Cuis infantis ad sorilegia. 367. virginea. 368
 D.
Dæmon Angelum lucis effingit. 72. sub hominis nigerrimi forma. 82. horribiliores animalium formas cur affingat. ibidem.
 Dæmon subterraneus sub vetula forma. 126
 Dæmonem adorantes ceteris illi sunt cariores. 357
 Dæmones qui ex Philosophis. 3. sunt ex Stoicis. Platonis, & fide nostra. 4. dicti Diaboli ob calumniam. 5
 Dæmones qui ex Theologis. 5. ut Angeli boni & perfecti creati sunt omnes, sed dispari modo. 8
 Dæmones è cœlo vi plumbum in aquam præcipitati, & ad inferna relegati. 16. inferiores inclusi sunt særi. ibidem.
 Dæmones non nisi malum volunt & agunt. 19. qui sub aëre mansere. 20. quod in cœlo non potuerunt, id in terra tentauerunt. ibidem.
 Dæmones unde ansam nobis nocendi sumant. 32. accessu suo horrores concitant. 75. corporei sunt ex Thalmudistis & Rab-

INDEX.

bitis. 80. cibos non vorant. 88. cadaueribus gaudent. ibid. nos inuadendo quid refrigerij sentire videntur. 95

Dæmones Angelorum ministerio ligati. 106. opera sua per energumenos perficiunt. 110. non possunt ditare pro arbitrio. 124

Dæmones classibus distincti sunt. 115. cogi se fingunt. 148. possunt in nobis duobus modis operari. 438. in locum vxoris succubant viro. 419

Dæmoni omnia sua referentes. 38

Dæmonibus inferi destinati. 14. non licet animas renocare. 70. quædam effecta naturalia ascribuntur. 254

Dæmonis nomen quibus spiritibus conueniat. 4

Dæmonis magna est potestas & cupiditas ad nocendum. 210. assistentia spiritualis & corporalis. 225. tantâ est potestas, vt non alia compatetur ei. 226

Dæmonis inuocatio in foribus mittendis. 300. fraudes in decipiendis hominibus. 303. opera cur obscura. 375. noticia de rebus naturalibus. 392. virtus acutissima. 413. vox vt proferatur. 419

Dæmonum virtus & natura difficulter internoscitur. i. statio in cælis à creatione ad lapsum quanto tempore. 14. potestas à Deo limitata 24. voluntas nocendi diuersa. ibid. nomina. 68. ministeria erga homines. 70

Dæmonum astutia in illusionem. 72. in nocendo concordia. 77. nocendi cupiditas. 94. quorundam manus vt otiosi non simus. 97

Dæmonum potestas ab angelis imminuta. 137. opera famulitia. 147. noticia. 218. aduocatio quomodo fiat. 368

Dagon Syrorum idolum. 134

Decretum facultatis Theologie Parisiensis contra errores Magicos. 264. 267

Decussis Platonica. 117

Delati ab Angelis 115. à Dæmone. ibidem. sine crimine. ibidem.

Delatio Strigum realis est ex processibus. 169. 170. Lamiarum quæ. 201. 285. præstigiola est. 404

Delinquentibus animus & intentio in criminibus attenditur. 505

Demarathus in lupum verus. 119

Deportatio Christi & Samuelis

INDEX.

muclis an fuerit similis. 309

Deportatio Sortilegarum non est realis. 404

Descensus ad inferos. 45

Desperationis origo. 32

Dei & Dæmonis eadem sunt litteræ ex Cabalisticis. 72

Dei perfecta sunt opera. 7. pietas in hominem. 22. misericordia. 23. Paterna in nos affectio. 28. inuocatio & crucis signum prohibentur. 332

Deorum denominatio. 104

Deus Achaton quid significet. 474

Deus & homo in vno supposito. 31. cur Dæmones male facere permittat. 94. cur multa Magicis artibus perfici sinat. 142

Diaboli forma horrenda. 79

Christum nunquam rogauit. 146. fodinas incolentes. 149. cur Deus eos permittat auro & argento homines fallere. ibid. nocere possunt diuersimode. 151. non semper occupatos detinent. 155. possunt naturaliter mouere corpus de loco ad locum. 177. inuocantur à maleficis. 203

Diaboli cur interdum vera dicant. 204. varias inducunt formas ad decipiendum. 205. vbinam deri-

neantur vsque ad diem iudicij. 208. non adsunt inuocanti pro arbitrio. 209. non possunt ex corporibus assumptis semet emittere. 222. ad quem locum detrusi sint post lapsum. 224.

Diaboli sunt & mirabilia operantur. 153. sunt hostes naturæ humanæ. 255. vt sanent corpora. 258. cogi finguntur. 263

Diaboli sunt incapaces coitus. 341. vt alliciantur. 358. astutia in reddendis responsis. 390

Diabolica pompa euanesceat in laude Dei. 421

Diabolicæ sectæ professores exterminandi. 437

Diabolicis artibus dediti vt diuitiis & deliciis fruantur. 76

Diabolus specie prægrandis molossi. 118. non nisi mendax & homicida. 164. 203. cur actibus nostris assistat. 209. non potest cum omnibus magicis transmutare homines essentialiter in bruta. 217

Diabolus nihil gratis impertit. 307. maiestatem ementitur. 330.

Diabolus quomodo corpus conficere possit. 342. semine caret. ibid. cur sortilegia aliquo sanctitatis velamine prætexat. 384. quæ

I N D E X

manifestatit præsbytero
 Perusino. 391. habet noti-
 tiam rerum. ibid.
 Diabolus in forma humana
 an realiter detulerit Chri-
 stum. 414
 Diabolus aut Sortilegus an
 possint nocere corpori-
 bus Christianorum. 441
 Dianæ & Herodiadis ludus,
 175. de nocte celebratur.
 187
 Dilectio terrena annexum
 habet peccatum. 453
 S. Dionysij opinio de crea-
 tione Dæmonum. 8
 Dissidij Angelorum causæ
 petuntur a dispari volun-
 tate. 12
 Diuinarum prima species est
 sortilegij. 288. quatuor
 sunt eius species. ibidem.
 & 352
 Diuinitas quid sit. 296. cum
 Dæmonum inuocatione.
 299. hæresim non infe-
 rens. 301 est præcipua
 species sortilegij. 352
 Diuinationis tria sunt gene-
 ra. 348
 Diuinationum aliqua ex ca-
 cito pacto Dæmonum.
 ibidem.
 Diuinator quis dicatur. 296.
 differt à propheta. 298
 Diuini vnde. 298 352
 Diuinitas Christi mortuo-
 rum suscitatione proba-
 tur. 310
 Domus inhabitata & crebris

Dæmonum terroribus in-
 festata. 157. & 158
 Draco dictus Diabolus 18. è
 seraphico ordine. ibidem.
 Druides non pepercerunt
 humano sanguini in sa-
 crificiis. 41
E.
Effecta veneficorum om-
 nia Dei permisso. 84
 Effecta maleficorum vnde
 virtutem habeant. 364.
 Sortilegij quid requirant.
 365
 Elcazari annulo curatus
 energumenus. 139
 Elementis abutuntur Dæ-
 mones vt exerceant artes.
 103
 Empirica & methodica su-
 perstitiosa cuius sint vir-
 tutis. 278
 Energumeni qui sint. 99.
 quædam diuexata. ibid.
 an cogendi sint magico
 ritu. 121
 Episcopi de sortilegij cog-
 noscunt. 302
 Epala Strigimagogum &
 Dæmonum. 114. 332
 Equitatio in hircis ad ludos.
 420. 416
 Eucharistia, abusus ad ma-
 leficia. 300
 Examen maleficij facien-
 dum ab inquisitoribus.
 328
 Excommunicati cur. Sathana
 debantur vexandi tempo-
 re nascentis Ecclesiæ. 255
 Exem

I N D E X

Exemplum de Dæmone in-
 uocanti ipsum obtempe-
 rantis. 206
 Exorcistarum cautela. 122.
 non est par potestas. 122
Facienda multa perpe-
 trantur à Lamis ygi-
 lantibus. 293
 Fallax promissio Dæmo-
 num. 57
 Fallere nos solet Dæmon.
 262
 Fascinatio quid sit. 188
 Febus quid sit. 406
 Fides & intentio in observa-
 tionibus requiruntur. 260
 Figuræ superstitionis. 61
 Filiorum Dei concubitus
 cum filiis hominum. 108
 Filium Dei incarnandum
 prouidens Dæmon ado-
 rare cum suis recusauit.
 351
 Filius ex coitu Dæmonis
 natus quomodo dicatur.
 412
 Forminæ plures quam viri
 arti diabolice addicun-
 tur. 333. & vnde hoc.
 ibidem.
 Forma substantialis ab agen-
 te quomodo materia v-
 niatur. 307. quas requi-
 rat dispositiones vt infor-
 metur. 312
 Fuga Dæmonum in aduen-
 tu Christi. 49
 Futura duobus modis co-
 gnoscuntur. 297

Futurorum predictio vt con-
 cessa. 36. causa se habent
 ad effecta tripliciter. 297.
 noticiam nullus habet
 præter Deum. 360
 Futurorum incapax est Dæ-
 mon. 388. duplex est co-
 gnitio. 389. cognitio in
 suis causis. ibidem.
Generationem in impe-
 dientia veneficia. 394
 Genethliaci qui & vnde. 352
 Genij apud poetas qui mali
 dicantur. 25
 Genius Socratis quid ei re-
 uelaret. 113
 Gentis impia impatiens
 querimonia & in Deum
 inuectio. 263
 Geomantiæ superstitio &
 vnde dicatur. 352
 Gigantes illius causa cre-
 runt. 35
 Goëtiæ & pharmacie vsus
 inter Lamias. 72
 Græta Maga in vacca con-
 uersa. 140
 Gratiæ priuatio mors ani-
 mz. 33
 Grauiora crimina maiores
 & clariotes exigunt pro-
 bationes. 237
Hæreses ad quid. 256.
 Hæresis de coitu Dæmonum
 cum feminis. 343
 Hæresis Marcionistarum.
 299
 Hæresis Lamiarum. 176

INDEX.

Hæresis crimines multas requirit probationes. 243
 Hæretica respectu operantis. 450
 Hæreticorum quorundam error de creatione Demonum. 6
 Hæreticus quis sit censendus. 243
 Hebræorum gens. 38. litterarum punctis occupati. 30. errores. ibid. cæcitas. ibid. lingua ex integritate corrupta. 73
 Hecates ars magica & miracula. 74
 Heroës qui & venduntur. 109
 Heterus veste donatus à Dæmone. 146
 Historia Sabinens. Lamiz. 397. 398. 422
 Homagium & obedientia Dæmoni præstita à Maleficis. 202
 Homerus ab inferis excitatus. 68
 Homocidium siq̄ dolo commissum an capite puniatur. 478
 Homines qua ætate vexantur à Diabolo. 26. necesse est resistere diabolo. 33
 Homines Dæmonum imitatores. 99. non possunt vi magicarum consuetudinū bruta animalia. 211. omnium perditissimi & Dæmoni seruitutes quomodo dicantur. 329
 Hostia consecrata ad quid in puluere redacta. 366
 Hostiæ consecrata abulis ad amorem illicitum. 366
 Humanam speciem curat in Dæmon. 87
 Hydromantiæ genera. 60. ei Nema fuit addictus. 64
 Hydromantici qui & venduntur. 304. 352
Ides Agyptiorum. 158
 Idola plurima pro diis coluntur. 41
 Idololatriæ genera. 38
 Idololatriam & hæresim manifestam quæ sapiam fortilegia. 283
 Iesuistarum acta in Brasilia. 144
 Iesus ab Hebræis, Arabibus, Chaldæis & Cabalisticis quomodo dicatur. 1
 Ighem adorantes. 57
 Imaginatio facit casum. 258
 Imagines à Dæmonibus assumptæ non sunt terribiles nec aquez. 84. animarum falsæ. 97. necromanticæ quomodo cuedendæ. 129
 Imagines conficientes & istitentes an eximine careant. 130. astrologice & magicæ damnantur. 274. 275. & 277. Maleficæ Dæmonum operatione conficiuntur. 317
 Imagines cærez igni admeuentur etiam ad amorem. 363

INDEX.

363. ad locum sacrificio. rum à Sortilegis defertur. 379. an profuit effectui Sortilegorum. 283
 Imagines an Dæmon à Sortilegis fabricari doceat. 383
 Imagines irreuerenter tractatores an sint hæretici habendi. 454. & ut sint puniendi. 470
 Imaginis personæ cruciantur. 358
 Imaginum introductor Diabolus. 132
 Imaginum execratio. 358
 Imitatio psalmodum Davidis. 46
 Imprecationis olla iniecta. 134
 Improvisa accidentia cui imputentur. 480
 Incantationes in se experti. 154
 Incantatores. 351. & 354
 Incubi & succubi qui sunt. 222. & eorum apparitio. 90
 Incuborum vnus coit cum virgine. 111
 Infans in utero virtute placentiarum formatur & vegetatur. 492
 Infirmittates à Maleficis illata. 202
 Infirmittatum immittio. 370
 Inquisitorum cautela inter interrogationes obseruanda. 186. possunt compellere iudices seculares ad exhibendum hæreticum. 195
 Inquisitores vt possint cognoscere de lamis. 197
 Inquisitores Hispaniæ contra Lamias procedunt. 292. de Lamis vt hæreticis cognoscunt. 293
 Inquisitorum est cognoscere de sortilegiis. & superstitionibus. 287
 Instrumenta Sortilegorum. 381
 Intellectus Diaboli indiget superiori lumine ad diuinam cognitionem. 387
 Intelligentia Diaboli acutissima. 387
 Intencio corrumpit actum qui aliter excusari non potest. 483
 Inuidet Adamo Diabolus. 21
 Inuocantibus Dæmon colloquitur. 203
 Inuocatio superstitiosa Demonum. 68
 Iosephus Aegyptiis venditur à fratribus. 41
 Iosias sacra Soli ac Lunæ sustulit. 66
 Iudex secularis potest ab inquisitore compelli per excommunicationem. 196
 Iuliani apostatæ impium edictum contra Christianos. 148
 Iupiter cuius sit virtutis in formando & vegetando infan

INDEX.

- Infantem in utero nono
mense operatur. *ibid.* se-
cundo mense extendit in-
fantem. *ibidem.*
- L.**
- Lamech sollicitatur li-
bidine. 34
- Lamia quædam deportata &
deportata à Dæmone. 336.
- quædam Sabinensis. 337
- Lamie quæ & vnde. 109. &
192. & 332. ve hæreticæ
ab inquisitoribus punien-
dæ. 197. in castro Nazano
reperit. 335
- Lamiarum equitatio. quæ
fit. 285. equitatio super
bestias. 340. error de
equitatione & consortio
Dæmonum. damnatur.
232. transuectio & coitus
cum Dæmone an re vera
fiat. 334
- Lamiarum secta. 175. hære-
tica. 176. nefaria scelera.
199. multa facinora. 332.
duo genera. 339. utraque
secta noctu obambulat.
ibid.
- Lamiarum societas cum
Dæmone annexam habet
apostasiam vel hæresim.
247. aliqua soporata &
illusa. 334
- Lamias transfuchi non im-
pugnat. 116
- Laognotes maleficiati. 371
- Lares sic dicti Dæmones. 91
- Laræ & Lemures. 92. &
329
- Latria quid. 281
- Leges Diis acceptas referen-
tes. 41
- Legio Dæmon sic dictus.
100
- Legio Dæmonum cur por-
cos intravit. 216
- Legiones contra Samaritanos.
98
- Liberi arbitrij potestas ho-
mini à creatione conce-
sa. 308. cur Deus homini
dedit. 399
- Libri Magici igni damnati.
71. & Astrologici à Sixto
V. prohibiti. 287
- Libri sacri non omnibus
manifestati. 44
- Ligatio multifaria. 160. ma-
gna ligularum. 162. ve-
neræ potentie venefici
& lethifera. *ibidem.* quin-
que fit modis. 189. cum
precibus ad remedia mor-
borum. 409
- Ligatura comitis cuiusdam
Argentiniensis. 397
- Linium superstitio. 134
- maleficia. 374
- Linguis diuersis à vernacula
loquitur dæmoniacus. 31
- Litterarum studia inter-
dicta. 49
- Loca apparentium Dæmo-
num. 88. à Dæmonibus
vexata. 89. 118
- Lombardia Lamiarum hæ-
resi infecta. 198
- Lothi vxor in statuam trans-
formata. 129

Lucem

INDEX.

- Lucem odit qui male agere
intendit. 376
- Lucis præsentia Dæmonum
invidiæ retunduntur. 31
- Lucifer vnde. 10. eius com-
plices. *ibid.* tentat Euam
in paradiso. 22
- Lucretia quædam Lamia de-
prehenditur. 428
- Lucta Angeli cum Iacob. 30
- Ludi Beneuentani. 429
- Ludus Dianæ & Herodiadis.
113
- Luminum vsus ex primitiua
Ecclesia. 32
- Lumen cur oderint Dæmo-
nes. 87
- Lunæ Solisque cultus. 57.
abiit in insignia Turci-
rum. 107. magitudo. *ibid.*
carminibus cælo detra-
hebatur. 313. laborans
quomodo sonitibus iuu-
batur. 312
- Luporum Viennensium 12-
bies & voracitas. 98
- M.**
- M**achario puella se
obtulit. 136
- M**acharius Dæmonis fal-
laciæ soluit. 211
- Mage exules. 71
- Magi qui sunt. 304. & 353.
mirabilia operantur ex
pacto cum Dæmonibus.
305. illusionibus decepti
à Dæmone. 310. an pos-
sint transmutare in bruta.
311. Pharaonis an conuer-
terint virgas suas in ve-
ros dracones. 417
- Magica obseruantia in qui-
bus consistat. 252
- Magica tractant Lapij. 1022.
effecta vt damnentur. 259
- Magicæ artes Romanorum
lege prohibita. 215. cur
non sint permissæ. 252.
cuiusque bono etiam
interdicta. 291
- Magister magnæ experien-
tiæ quis. 395
- Magisterulus quis. 426
- Magus quidam celebris. 396
- Mahumeti aduentus. 42
- Maiestas apparentis Dæmo-
nis vnde petatur. 83
- Mala venena quæ hominis
necandi causa. 489
- Maleficarum scopus carnis
voluptas. 226. multa ge-
nera. 315. varia appellatio.
201. rusticitas & insen-
tia. 318. potestas & scien-
tia nocendi. *ibidem.* opera
vtriusque damnantur. 484
- Malefici à Dæmone decepti.
134. igne damnati. 139.
non possunt in omnes
mala inferre. 141. cur non
omnibus nocere possint.
ibid. non sunt carcerandi
sed morte dampnandi. 193
- Malefici qui sunt. 315. & 353
- Malefici an sint hæretici etiam
important consideranda.
322. in ea hæresi puniendi.
323
- Malefici curantes malefi-
ciales infirmitates. 349.
quomodo

I N D E X.

quomodo ingrediantur cubicula clausa. 371. de-
certantes adinuicem. 396
Malefici bonum operantes non puniuntur in iure. 397
Maleficia maleficiis destruc-
ta. 191. aduersus coniu-
gatos & alios. 206. & 218.
maleficiis destruere non
licet. 219. à quibus curen-
tur. 290. Dei inuocatione
& piis precibus destruan-
tur. 291
Maleficia amatoria quam
sint. 315. venefica in perso-
na. 316. quomodo dissolui
permittantur. 319. peteus
vt & operans peccat. 322.
cum Dæmonis inuoca-
tione. 325. extra corpus.
373. in limine ostij vel
sub puluino lecti aliquan-
do reconduntur. 374
Maleficiati difficilius cu-
rantur quam Dæmoniati.
290
Maleficij amatorij venefici
inquisitio. 323
Maleficiorum exercitium.
323
Maleficium potest solis ver-
bis perfici. 442
Malis Angelis malorum
executio commissa. 78
Malitia Dæmonum non
æqualis. 89
Malorum animæ non exi-
stunt. 7
Malorum quatuor sunt ge-
nera. 127. 128
Manus Diaboli attrahens &
compellens. 380
Maritus quidam vxotem
maleficam defendere co-
natur in iudicio. 408
Mars tertio mense incum-
bit augmento infantis.
493
Martinerus vocat ad con-
gregationem diabolicam.
33. & 426. stat pro for-
bus in forma hirci. ibid.
Masce quædam sic dicte.
165
Materia non obedit Dæmo-
ni. 140
Matrimonij dissolutio ex
maleficio. 395
Matrimonij spiritualis con-
summatio. 563
Medici sortilegijs vtuntur in
curationibus. 251
Medicina non valet contra
sortilegia. 350
Medicus Montis-pellulani
refellit de leonis ima-
gine ad curationem re-
num. 274. & 279
Membranz virginæ forma.
368
Mendacia Dæmonum. 91
Mendriſum oppidum Co-
mense Striges habet. 171
Menstruæ purgationis sup-
pressio. 160
Menstruata mulier inſicit
speculum. 188
Mercurius 3. mense incum-
bit augmento infantis in
vtero. 493

I N D E X.

projectum. 93
Meridiani Dæmones po-
tentissimi. 28
Merita sanctorum cuius
sint virtutis. 136
Melix certitudinem non
habuerunt Dæmones. 145
Michael beatorum spiri-
tuum dux. 12
Ministerij malum. 118
Miracula B. Mariæ Virginis.
100. differunt à prodigijs.
144. sunt bifariam. 215.
vera sunt supra vires na-
turæ. ibid.
Miracula quæ dicantur. 228.
Dæmonum ab intra. 229
Miraculi vox largè sumpta
quid sit. 228. definitio.
413
Misericordia Dei quomodo
comparatur. 262. diuinæ
terminus non est præfi-
gendus. 263
Montes loco templorum.
40
Morbus naturalis quis sit.
136
Morbis quibusdam liberati
appensione schedularum
&c. 163
Mortentes tentantur à Dia-
bolo. 34
Mortem portendunt Dæ-
mones frequenter contem-
ptu. 156
Motus localis ad alios du-
plex est consideratio. 414
Moyſes miraculis clarus. 62
Moyſis lignum in aquam
projectum. 93
Mulier à mollicie animi &
leuitate. 240. an possit ac-
cusare. ibidem. est testis
minus idoneus. 249
Mulier in sacra scriptura cur
potius dicatur quam
Eua. 333
Mulier quædam Sabinensis
in Lamiatu deprehensa.
337
Mulier facilis est & credula.
365. fragilis & flexilis.
381
Mulier conceptoria sumens
naturam violentat. 489
Mulierum credulitas nimia.
333. fragilitas & libido.
ibid.
Multa mala patrantur in
coactione Dæmonum. 78
Mures Peruanis calamitates
prænotarunt. 59
N.
Nabuchodonosor & a-
lij incantationes ex-
pelli sunt. 254
Naturæ malum. 128. vires
percaller Dæmon. 143
Natus cum serpente in hu-
mero. 131
Necessitas consilium rerum
agendarum meditatur. 262
Necromantici qui. 353
Necromanticoꝝ mors fre-
quentissima. 73. terra fre-
quentius obstructa. 78
Nestanebi imagines cereæ
ad quid submerſæ. 133
Nemo inuictus peccat. 364
Nili

I N D E X.

Nili angues.	143	Officium Dæmonis custo-	
Nodi magici.	160	dis Lamiarum.	350
Noë quies Domini.	35	Oleo sancto Romæ sunt	
Nomen Dei non inuocatur		abusa duæ Striges.	419
à Strigibus.	421	Onomantia.	66
Nomini Iesu efficacia,	115	Operari per instans non po-	
Nomina falsa Dæmonum.		test Dæmon.	17
61		Opprobria quæ commit-	
Nominū barbarorum con-		tant Striges.	168
hæctio.	401	Oprugatio Dæmonū con-	
Notoria superstitio.	67	tinua.	31
Nexæ malum. 128. effecta.		Oracula ex quereu reddita.	
ibidem.		46. cessabant grassanti-	
Naminis imminutio non		bis delictis.	53
tam ex syderibus quam		Oraculorum silentium.	47
ex flagitiis.	33	Orationes falsæ sortilegio-	
O.		rum.	346
Observantia effectuum		Orbis vniuersi commenda-	
non naturalium su-		tio. 9. quomodo designe-	
perstitiosa & suspecta est.		tur.	18
254		Ordo rerum à Dæmonibus	
Observatio rerum malici-		immutari non potest.	314
carum vxoris Sabinensis		Orpheus verba immutati	
à marito.	419	noluit.	74
Observationes quadam &		Ostridis reliquie.	
ceremoniæ in Ecclesia.		P.	
260		Pacti taciti ratihabitio	
Conservationes superstitio-		facta à Dæmone.	306
fas quomodo suadeant		qualitas & conditio. ibid.	
Dæmones quatuor de		Pactorum diabolicorum si-	
causis. 156. in artibus ma-		gna.	162
gicis.	260	Pactum Dei cum Abraham.	
Observationes & effecta ar-		38	
tium magicarum con-		Pactum cum Dæmone in	
demnantur. 273. 276. 277		observatione superstitio-	
Obsessi in statu peccandi		sa damnatur.	211
nec merendi esse possunt.		Pagani dicti Dæmones. 93.	
122		eorum poena. ibidem.	
Occupatio Dæmonum.	32	Pars australis propitiior.	12
Ochozias rex increpatur.	369	Particula: indumentorum	
		faciendo	

I N D E X.

Sacerdotium Sortilegiū		Poculum amatorium.	349.
amatoris miscetur.	329	conceptorium mortem	
Paupertas auida thesauri re-		accelerans quomodo dæ-	
periendi.	156	netur. 481. tradens morte	
Peccatores vt & aliquando		punitur per Sortilegia.	
sanctos ferunt Dæmones.		484. sterilitatis ministras	
159		& porrigens quam poe-	
Peccatum ex corruptione.	15	nam incurrat.	489
Pecuniam cur Dæmones eu-		Pœnæ & tormenta Dæmo-	
mulent.	147	num in exorcismis cui	
Perfectam rerum cognitio-		rei tribuantur.	154
nem nullus consequi po-		Pœnarum grauitas vnde fa-	
test.	55	cinoros imponatur. 505	
Peripateticorum opinio de		Pœtæ à Diabolo edocui. 44.	
Dæmonibus.	3	divinos prophetas æmu-	
Perplexitas oraculorum cui		lantes.	45
tribuenda.	54	Ponzinibus refellitur.	168
Perseus è virgine natus.	44	Porci in mare præcipitati.	
Petitio quæ soli Deo com-		97	
petit. 3. 5. ex virtute natu-		Potentia generatiua restitu-	
rali Dæmonis.	ibid.	ta.	396
Pharisæorum calumnia con-		Potitorum familia.	125.
tra Christum.	448	Præcepta Dei tabulis dua-	
Physiognomia.	66	bus lapideis insculpta. 42	
Pinguedo Pagani quæ & cu-		Prædictiones interdum cõ-	
ius sit virtutis.	393	probata. 55. ex demonstra-	
Platonis & Porphyrij error		tione.	362
de spiritibus.	5	Prælium Angelorum inter	
Plumbi infusio superstitio-		se vbinam fuerit commis-	
sa.	65	sium.	13
Pocula considerationem e-		Prænotio cum Dæmonis in-	
xempli & intentionis in-		uocatione est hæresis. 300	
ducunt in traditione. 486.		Præsbyteri poenæ in abusu	
citra mortem & scanda-		sacrorum.	500
lum absorpta non punitur.		Præscriptio loci datur Dæ-	
489		moni.	138
Poculi compositio & causa		Præstigiæ præstigijs impe-	
illius 483. traditio quæ		ditæ.	263
duabus etiam de causis		Præstigiola Magorum: irra-	
inducitur.	ibid.	mutationes.	230

INDEX.

Præsumptio vehemens qualem probationem faciat. 126
 Præuicatores Angelorum Romam conuocati. 104
 Præces Ecclesiarum qua ratione instituntur. 30
 Præces impiorum ad robur & calorem in coitu. 502
 Principibus Dæmones apparent. 148
 Priscilliani error de animarum inspiratione. 310
 Prodigia ex elementis locum dedere diis effingendis. 104. impendentes calamitates & spiritus prænuunciarunt. 105. & dira omnia in ortu impiorum. 110
 Prodigiorum captandorum modi diuersi. 60
 Professio Sortilegorum duplex. 281. tacita quæ. ibid. expressa quæ. ibid. solennis & publica. ibidem. priuata quæ. 282. tacita cur dicatur. 355. expressa duplex. 356. priuata aliquando fit iisdem solennitatibus ac religiosorum. ibid.
 Proles Dæmonum an verè dicatur. 342
 Promissa quæ non possit præstare Dæmon. 306
 Promissio Dæmonis ex pacto. 305
 Prognosticationis inuentio. 389
 Propheta quis. 296
 Protei transmutatio. 230
 Protestatio & abiuratio necessaria contra arreptionem & illusionem. 101
 Puella suscepit à Dæmone puerum & enixa est. III. rustica Latine & Græce respondet. 152. Panormitana S. Christinæ intercessione à Dæmone liberatur. 153. Aristotelis doctrinam professa est Dæmoniacæ. ibid.
 Puellæ cuiusdam confessio de delatione & congregatione Strigum. 170
 Puellæ Sabinensis historia. 412
 Pueris lactantibus nocent Dæmones. 362
 Pulmonum nostrorum qui vsus. 81
 Pyromantici qui. 330
 Pythagoricorum & Persicorum Magorum doctrina. 96
 Pythonici qui & vnde. 330

Q

Quæ in spiritu solo sūt, ea vel in corpore existunt. 179
 Quantitas spiritalis quæ. 138
 Quisque rerum suarum moderator & arbiter est. 416
 Qui sunt extra communionem fidelium non sunt amplius oues Christi. 416

R

Ratificatio confessionis factæ in tortura quiete

INDEX.

tem requirat obseruationem. 236. confessionis extra locum questionis valet. 245. confessionis cessante dolore tormentorum valet. ibidem.
 Rari habitio confessionis infra iustum tempus cessati doloris 245. professionis Sortilegorum. 356
 Ratio legis principalis est attendenda. 433
 Raziel Angelus quis sit Rabinistis. 23
 Rebus sacris abutens etiam pœna sacrilegij tenetur. 500.
 Reliquiæ sanctorum ad Dæmones fugandos. 120
 Remedia contra Maleficia etiam iure canonico interdita. 399
 Res malæ sunt ex malitia operantis. 321
 Res sacras polluens & profphanans qua pœna tenetur. 499
 Reseruata Deo soli. 447
 Responso Dæmonum quæ. 46. non tantum voce, sed etiam signis prodita. 52. cur dubia & perplexa. 54. & 261. & 390. redduntur sub idolorum forma. 360
 Resurrectio & Ascensio Christi. 45
 Resuscitare mortuum est potentia infinita. 180
 Reuelatio ex templis & alijs locis petita. 124
 Reuocatio animarum an sit possibilis. 69
 Romæ vna nocte quinquaginta puellæ dæmoniacæ factæ sunt. 95
 Romanorum leges qua lingua seruata. 43

S

Sabinensis Lamia virginis à marito caditur. 337. defertur à marito. 338
 Sacerdos abutens debito modo & ordine sacrificandi quam pœnam incurrat. 458
 Sacerdos quidam à Dæmone vectus. 116. immutans Ecclesiastica causa doloris infamis est. 469. missas celebrans ad effectum sortilegij qua pœna tenetur. 497. celebrans contra viuentem vt mortem acceleret infamia notatur ibidem. & qua pœna tenetur. 504. preces inhonestas celebrationi immiscens qualiter puniatur. 501
 Sacerdotis sacrilegi amor impudicus. 327. celebrantis & nihil consecrantis quæ sit pœna. 471. simplicitas aut ignorantia in abusu sacramentorum excusationis loco suat. 498
 hæresis & superstitio dæ-

I N D E X

natur & pœna aratur. 104
 Sacra maleficiis tantum mi-
 sceantur ad amorem. 366
 Sacramentalium abusus ad
 maleficia exercenda hære-
 fim sapit. 326
 Si Sacramenti abusus. 93
 Sacramenta omnia Ecclesie
 violantur. 150
 Sacrificia variarum gentiu.
 40. Lamiarum. 32
 Sacrificium filij Deus præ-
 cepit Abrahæ. 40
 Sal in epulis diabolicis de-
 sideratur. 338
 Salitores quinam dicantur.
 553
 Salomon in dubio versatur.
 261
 Salutis hieroglyphica apud
 Egyptios. 117
 Samuelis anima in sinu A-
 brahe 69. resurrectio eius-
 dem ibid. & an sit vera. 307.
 anima ab inferis suscita-
 ta. 309
 Sanctorum aliqui ministe-
 rio Dæmonum vti sunt.
 121
 Sathanae promissio. 350
 Sathanas Diabolus vnde di-
 ctus. 23
 Saturnus octavo mense in-
 cubit vegetationi infan-
 tis in utero. 393. idem etiã
 primo mense. 492
 Saul venæream adiens mor-
 te damnatur. 164
 Saxum in D. Dominicum a
 Dæmone projectum. 159
 Scheda sacerdotis cuiusdã
 alteri data vt in celebra-
 tione offerat Deo. 503
 Scheda collo appensã ad
 refectionem morborum.
 163
 Scriptura Dæmonum ad
 quid. 63
 Secreta naturæ non ignorat,
 nec obliuiscitur Dæmon.
 392. cordium perterrens
 Sortilegus dicitur hæreti-
 cus. 498
 Seleuci anchora. 311
 Semen ex alio corpore allu-
 munt Dæmones ad coï-
 tum. 222
 Serpens æneus sanat mor-
 sum serpētis venenati. 47
 Signa in celo. 117
 Signo crucis & nomine Iesu
 diabolica conuiuia euane-
 scunt. 117. Dæmon fuga-
 tus. 118
 Simon Magus. 324
 Societas Dæmonum cum
 Lamiis superstitiosa. 205
 & amicitia inuit inter
 hominem & Dæmonem.
 857
 Sociis criminis tanquam re-
 lictis criminosis non est
 credendum. 237
 Sol sexto mense incumbit
 augmento infantis. 493
 Solemnitates initiatoru Sor-
 tilegis. 411
 Solis eclipsis vniuersalis in
 plenilunio. 117
 Somno

I N D E X

Somniorum interpretatio
 dormientibus frequens.
 123
 Sortes quasitæ à bonis &
 malis. 64
 Sortis nomen quomodo su-
 matur. 347
 Sortilegi sunt de expressa
 professione diabolica. 449.
 cui præstent obsequium.
 259. hostes sunt humani
 generis. 345. amatoris ad-
 hibent sacramenta. 367
 Sortilegi qui proprie dican-
 tur. 345 & ceteri eiusmodi
 sectæ reliquis sunt paupe-
 riores. 361. quare in publi-
 ca custodia detenti non
 vtantur arte sua. 443. in-
 carcerati cur non possint
 euadere. 445
 Sortilegia quæ non subsunt
 inquisitioni. 305
 Sortilegia amatoria & vene-
 fica æquè puniuntur. 363
 recondita. 382. in residuis
 hominum. ibid. per parti-
 culas cadaverum suspenso-
 rum; ibidem. professionis
 expressæ sapiunt hæresim
 manifestè. 449
 Sortilegia cum mixturis reli-
 quarum sanctorum an fa-
 viant hæresim. 455
 Sortilegia venefica vt sint
 punienda in foro conscien-
 tiæ. 466
 Sortilegia sanatiua prohibi-
 ta. 468
 Sortilegij pœna in foro cõ-
 scientiæ. 461. contra la-
 eos. 463. doctor & discipu-
 lus eandem pœnas luent.
 468.
 Sortilegij orationes mixtæ.
 446. amatoris quæ im-
 misceantur. 363. tria con-
 currunt. 374. tacitis quæ
 instrumenta concurrant.
 378. initiatorum solemnita-
 tes. 415
 Sortilegio amatorio extra
 corpus interueniunt liga-
 turæ. 378
 Sortilegiorum species tres.
 348. species subalternæ ad
 alias. 351. mixturæ. 369. spe-
 cies est Maleficium. 370.
 sacrificia quibus locis fiat.
 377. pœna diuersa. 467.
 Sortilegium quid sit. 280. &
 345
 Sortilegium, quod manife-
 stam hæresim sapit, vt cog-
 noscatur. 283. & quod non
 sapit. ibid. hæreticale quod.
 284
 Sortilegium ad episcopos &
 iudices Ecclesiasticos spe-
 ctat. 286. variis modis per-
 fitur à personis tacitæ
 professionis. 289. in cor-
 pore. ibidem. extra corpus
 ibidem. diuinatum quid
 sit. 348.
 Sortilegium amatoriũ quid,
 348. Veneficum & male-
 ficum. 349. multis modis
 fit. 355. cum hostia conse-
 crata an manifesta sit hæ-

I N D E X.

reus. 450. ut puniatur. 464. ut reliqua damnatur. 465.

Sornilegorum professio duplex. 347. interrogatio- nes de præscientia futu- rorum. 377. fictitia pe- nitentia. 444

Sornilegus dici potest sacri- legus. 501

Spectra quæ. 109. unde di- cantur arma metueræ. 119.

Spectra forma materæ cu- iusdam defunctæ. 197

Sperma non generatur in corporibus assumptis. 411

Spermatitis ortus. ibidem.

Spes nulla de Deo à Dæmo- nibus inducta. 257

Spiritus nequitie licervinus sine formæ non tamen habent æquam tentandi potestatem. 25. ætherei fumosos sollicitant. 27. evanescentes sulphure- um relinquunt odorem. 85

Spiritus organicè non mo- ventur, ossibus & nervis carent. 86. tympanis so- nant. 106. nihil seminis polluat emittere. 109. aquis prædominantes. 226

Spiritus cur loco non in- sint. 138. qui vegetant. 253. omnes multæ sunt potentie. 415

Spirituum facultas & sob- stantia nota gentium la- cerdotibus. 1

Spirituum delusio & astutia. 2. pessimi omnium motu & difficilius pelluntur. 122. monita non sper- nenda. 124

Sterilitatis pocula iradens cui pœnæ subdatur. 489

Stoicorum opinio de Dæ- monibus. 3

Stratagemata Dæmonum in consideratione corporis humani. 16

Streptus in aère unde fiant. 106

Striges unde dictæ. 165. mul- tis nominibus dictæ. 166. 167

Striges ubi & quando con- gregentur. 166. quid Dia- bolo promittant. ibid. las- se & fatigatæ domum re- deunt. 428. quomodo adsunt conuenticula. 167. die Iouis conueniunt. 171

Striges deluduntur aliquando in somnis. 178. ex ratihi- bitione phantasticæ ap- paritionis apostatæ & he- reticæ sunt. 181. perfidæ & infideles. 182. apostatæ & idololatæ quomodo sint. ibid. & 185. hæreticæ. 183. & 185. quomodo ve- re sint apostatæ, idolola- tæ & hæreticæ. 184. & apostatæ differunt. 435

Striges cognoscuntur ex confessione & depositione

I N D E X.

sociatum. 135. manife- statur per coniecturas & præsumptiones. 187

Striges maleficis destruunt terræ fructus. 190. pro- fessæ quomodo ab Eccle- sia expellendæ. 284

Striges effectualiter & lo- caliter an deferantur. 284

ullo modo deferuntur in corpore. 407. defe- rantur etiam in corpore multis rationibus. 409

Striges Nazanz in Sabinensi territorio. 424

Strigatus pœna & cog- nitio. 172. Comensis origo ab annis centum & quin- quaginta. 173. ex familia- ritate Dæmonis & effe- ctis cognoscitur. 191. si- gna manifestationis. 192

Strigimagarû error de trans- mutatione in animalia. 231. processus. 428. 429. 430. operatio impossibi- lis est in spiritu solo. 440

Strix Sabinensis igni damna- tur. 423

Succuborum cõgressus cum iuuenibus. 111. an coeant & quomodo. 221

Summum bonum in coitu aliquis ponebit. 502

Superstitionum species. 62. omnes à Dæmone. 65

Superstitiosa quæ dicantur. 473. opera. 476

Syderum observatio à Ne- eromanticis quaestæ. 73

Synderesis quid sit. 214

T.

Tempia Dæmonum extru- cta. 48

Templum Salomonis vero Deo extructum. 48

Tenebræ Romanis suspe- cta. 31

Tentandi ratio quæ seruetur à Dæmone. 27

Tentatio diabolica. 380. est præcipua diaboli condi- tio. 433

Tentationum eodem genere non semper tentantur. 29

Tentationibus exercemur & non submergimur ex di- uina misericordia. 34

Tentator Christi & primo- rum parentum è supremo ordine. 25

Testimonium socij crimi- nis an sit sufficiens indi- cium ad torturam. 234. 241

Theologorum opinio de Dæmonibus. 3

Theophania. 66

Thefaurorum perquisitio præstigiata. 361

Thuscorum cultus qui. 58

Tituli Dæmonum. 29

Transcursus Lamiarum. 202

Transformatio apud pœtetas. 39. in aliam speciem à solo Deo. 176. 179. 100

Translatio corporum possi-

INDEX

bilis est spiritibus bonis. 114
 Transmigratio animarum & eius affectores. 96
 Transmutatio Dæmonum. 142
 Transmutationes quas nar- rant historici & poëtæ qualiter factæ intelligi debeant. 212. veræ fiunt per miracula. 214. in bruta à Dæmonibus factæ sunt illusoria & phantastica. 312
 Transiunctio Lamiarum im- probatur rationibus. 405. realis probatur ratione. 408

V.


Varietas sensibiliū tran- sit in mundi intelle- ctibus ornamentum. 9
 Vaticinia Sybillarum &c. 145
 Velocitas Dæmonum. 88
 Venationum ligaturæ. 65
 Veneficorum puluis malefi- cialis. 393
 Veneficium multifariam fit. 316
 Venena per pulveres & mix- turas. 359. naturalia. 485.
 Sortileg. & Malefici. ibid.
 Venena malefica tradens ad mortem pena mortis te- netur. 486
 Venena ministrantes morte sequente & medicorum

industria quam poenam incurrant. ibidem.
 Veneni verbum medium est & promiscuum. 479. di- uersa est ratio in iure. 485. sanatiui traditio mor- te secuta in qua sit poena. 488
 Venenorum tres sunt spe- cies. 480. æquiparatio so- la est in compositione & traditione. 484
 Venenum sanatiuum poenæ immunitatem inducit. 489
 Venus quarto mense in- cumbit vegetationi in- fantis in utero. 493
 Verba diuina ad fascino & contra recitantur. 61. superstitionum vana sunt. 74
 Verborum potentia malefi- ca. 371
 Versi quidam in bruta ani- malia. 159
 Vertumæ varia transforma- tio. 21
 Victoria nostra contra Dæ- mones vnde petenda. 15
 Viri Sabienſis cum vxore ad congregationem La- miarum transferent. 337. & 410 crebro interrogat de factis. ibidem.
 Virgæ magicæ compenien- dis thesauris. 350
 Viri prudentes Deo curæ sunt. 87
 Visiones Lamiarum. 340. in corpore

INDEX

corpore & in spiritu Vomitus maleficiati. 371
 fiunt. ibidem. Votum obedientiæ factum
 Vlyſſis læciorum mutatio. in manu Dæmonis. 350
 119
 Vmbre dicti Dæmones. 147
 Vocationes veneficæ dor- Vrbium salutem sibi Dæ-
 micantibus in thalamo mones tribuerunt. 53
 maleficiandis illata. 373
 Voce muliebri Dæmon in Vultu horridus Dæmon ap-
 nauis præcellosa sibi peri- paret.
 culi causam intulit. 112
 Voces Dæmonum. 86. arti- Z.
 culata. ibidem. Zoroaster qui & Nembro-
 Voces humanæ ex arbori- thus primus iouentor
 bus audita. 32 Magia. 36. igne petiit. 47

FINIS.



EX TYPOGRAPHIA

IOANNIS ROYAVLX,

ANNO DOMINI

1620.

